



KL

				Sol Aries		Luna Libra		Saturnus Leo directus		Jupiter Virgo retro		Mars Taurus directus		Venus Aries directus		Mercurius Pisces directus		Caput draconis	
				G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M
☍	g	A KL	1	20	9	22	16	8	1	16	24	7	5	18	33	24	21	15	24
	A	prisce	2	21	1	Scorpio 7	7		1		20	6	34	19	54	26	21		21
	b	m	3	22	7	20	10		2		15	1	51	21	9	21	43		18
△	c	am	4	23	3	Sagittarius 7	7		2		10	8	0	22	27	28	29		15
△	d	bro	5	24	2	19	47		3		4	8	43	23	21	29	42		12
△	e	si	6	25	0	Capricornus 4	14		3		0	9	26	24	19	Aries 1	26		9
□	f		7	25	57	18	42		4	15	51	10	8	26	13	2	14		6
△	g	ke	8	26	58	Aquarius 2	30		4		46	10	40	27	21	4	39		3
✶	A	ske	9	27	58	16	11		7		40	11	33	28	21	6	0		0
	b	o	10	28	53	Pisces 0	42		6		32	15	51	29	10	1	32	14	57
	c	nat	11	29	51	14	8		7		28	12	51	Taurus 1	13	9	42		54
	d	at	12	Taurus 0	49	Aries 27	45		8		[illegible]	13	40	2	31	10	13		51
	e	q	13	1	47	10	29		9		[illegible]	14	22	3	29	12	34		48
	f	b	14	2	47	23	8		10			15	17	7	0	14	51		47
☍	g	bur	15	3	43	Taurus 7	41		11			15	48	6	27	15	16		42
	A	a	16	4	40	18	4		12		19	16	30	7	34	15	42		39
	b	et	17	5	38	Gemini 0	21		13		16	11	13	8	44	19	28		36
	c	va	18	6	36	12	13		14		14	11	16	9	54	21	14		33
△	d	ker	19	7	34	24	6		16		12	18	39	11	4	23	0		30
✶	e	fre	20	8	32	Cancer 7	10		14		10	19	23	12	14	24	46		27
	f	ti	21	9	29	19	47		19		8	20	1	13	21	26	36		24
△	g	q	22	10	27	Leo 2	8		21		6	20	51	14	41	28	26		21
□	A	ge	23	11	24	12	49		23		4	21	34	15	47	Taurus 0	15		18
△	b	dr	24	12	22	27	33		26		2	22	55	17	8	2	7		15
△	c	mar	25	13	20	Virgo 8	58		29		0	22	41	18	24	3	58		12
	d	ti	26	14	10	21	12		32		58	23	31	19	37	5	50		9
	e	q	27	15	0	Libra 4	7		37		50	24	5	20	48	7	43		6
	f	vi	28	15	50	17	42		39		49	25	41	22	2	9	36		3
	g	ta	29	16	40	Scorpio 0	51		42		47	27	21	23	17	11	29		0
	A	kl	30	17	31	14	48	8	47		46	26	51	24	29	13	22	13	58

Coniunctiones vere cum aliis aspectibus solis et lune ex directo supra

Coniunctiones vere et alii aspectus planetarum cum luna ex directo supra


Parricidalis dr qui patrem vel sibi aliquem propinquum occidit capitum

N. Inv. 1223

S. Augustini Opuscula

Ista hic continentur originalia

Augustinus de doctrina xpiana a.
Concordancie evangeliorum beati Augustini b.
Augustinus de predestinacione c.
Augustinus de perseuerancia d.
Augustinus de gracia et libero arbitrio e.
Anshelmus Cur deus homo f.
Hugo de virtute orandi g.
Augustinus de vita xpiana h.
Beatus Thomas de anime puritate i.
Tractatus magistri Mathei de gracia de corpore xpi k.
Augustinus de natura boni l.





Summa de libro Retractationum in libris de doctrina xpiana aurelij augustini —

Libros de doctrina xpiana cum imperfectos comperissem perficere malui quam eis sic relictis ad alia retractanda transire. Compleui ergo tercium qui scriptus erat vsque ad eum locum vbi commemoratum est ex ewangelio testimonium de muliere que abscondit fermentum in tribus mensuris farine donec fermentaretur totum. Addidi etiam nouissimum librum et quatuor libris opus illud impleui quorum primi tres adiuuant ut scripture intelligantur. Quartus autem quomodo que intelligimus proferenda sunt. In secundo sane libro de auctore libri quem plures vocant sapientiam Salomonis quod etiam ipsum sicut ecclesiasticum Ihesus filius Syrach scripserit non ita constare sicut a me dictum est postea didici et omnino probabilius comperi non esse huius libri auctorem. Ubi autem dixi his xliiij libris testamenti veteris terminatur auctoritas ex consuetudine qua iam loquitur ecclesia vetus testamentum appellaui. Apostolus autem non videtur appellare testamentum vetus nisi quod datum est in monte Sinai et in eo quod dixi de tempore historia sanctum Ambrosium soluisse questionem tamquam coetanei fuerint Plato et Jeremias me fefellit memoria. Nam quid ille episcopus de hac re senserit in libro eius legitur quem de sacramentis vel philosophia scripsit. Hoc opus sic incipit Sunt precepta quedam

Incipit prohemium sancti augustini in quatuor libros de doctrina xpiana

Sunt precepta quedam tractandarum scripturarum que studiosis earum video non incommode posse tradi ut non solum legendo alios qui diuinarum litterarum operta aperuerunt sed et aliis ipsi aperiendo proficiant. Hec tradere institui volentibus et valentibus discere si deus ac dominus noster ea que de hac re cogitanti solet suggerere etiam scribenti mihi non deneget. Quod antequam exordiar uidetur mihi respondendum esse his qui ista hoc reprehensuri uidentur si non eos ante placauerimus. Quod si non nulli etiam postea ista reprehenderint saltem alios non mouebunt nec ab utili studio ad imperite pigritie reuocabuntur quos moueri posse nisi preuentos premunitosque inuenirent. Quidam enim reprehensuri sunt hoc opus nostrum cum ea que precepturi fuerimus non intellexerint. Quidam vero cum intellectis vti voluerint conatique fuerint scripturas diuinas secundum hec precepta tractare nec valuerint explicare nec aperire quod cupiunt inaniter me laborasse arbitrabuntur. Et quia ipsi non adiuuabantur hoc opere nullum adiuuari posse censebunt. Tercium genus est reprehensorum qui diuinas scripturas vel reuera bene tractant vel bene sibi tractare videntur. Qui cum nullis obseruationibus talibus quales nunc tradere institui facultatem reprehendendi sanctorum librorum se assecutos vel videant vel putant nemini esse precepta ista necessaria. Sed potius totum quod de illarum litterarum obscuritatibus laudabiliter aperitur diuino munere fieri posse clamitabunt. Quibus omnibus breuiter respondens illis qui hec que scribimus non intelligunt hoc dico ita me non esse reprehendendum quia hec non intelligunt tamquam si lunam veterem vel nouam sidusue aliquod clarum minime vellent videre quod ego intento digito demonstrare illis autem nec ad ipsum digitum meum videndum sufficeret acies esset oculorum non propterea mihi succensere deberent. Illi vero qui etiam istis preceptis cognitis atque perceptis ea que videntur in scripturis obscura non inueniunt nequeunt arbitrentur se digitum quidem meum videre posse sidera vero quibus demonstrandis intenditur videre non posse. Et illi ergo et isti me reprehendere desinant et lumen oculorum diuinitus sibi reprehendere et prebere deprecentur. Non enim si possum membrum meum ad aliquid demonstrandum mouere possum et oculos accendere

quibus vel ipsa demonstratio mea vel etiam
illud quod volo demonstrare cernatur. Iam
vero contra eos qui divino munere exultant et
sine talibus preceptis qualia nunc tradere
institui se sanctos libros intelligere atque
tractare gloriantur et propterea me superflua
voluisse scribere existimant sic est leni-
enda commotio ut quamvis magno dei
dono letentur tamen se per homines
didicisse vel litteras et propterea sibi ab An-
tonio sancto et perfecto viro egyptio mona-
cho insultari debere qui sine ulla scientia
litterarum scripturas divinas et memoriter
audiendo tenuisse et prudenter cogitando
intellexisse predicantur aut ab illo ser-
vo dei barbaro christiano de quo a gravissimis
fideque dignissimis viris nuper accepimus
quas litteras quoque ipsas nullo docente homine
in plenam notitiam orando ut sibi re-
velarentur accepit triduanis precibus
impetrans ut etiam codicem oblatum stu-
pentibus qui aderant legendo percurrerent
Aut si hec quisque falsa esse arbitratur
non ago pugnaciter. Certe enim cum christi-
anis nobis res est qui se scripturis sanctis
sine duce homine nosse gaudent et
si ita est vero et non mediocri bono gau-
dent. Concedant necesse est unumquemque
nostrum et ab ineunte pueritia consuetudine
audiendi linguam suam didicisse et aliam
aliquam vel grecam vel hebraicam vel quamlibet
ceterarum aut similiter audiendo aut per hominem
preceptorem accepisse. Iam ergo si placet
moneamus omnes fratres ne parvulos suos
ista doceant quia momento uno temporis ad-
veniente spiritu sancto repleti apostoli omnium gen-
tium linguis locuti sunt. Aut cui talia
non provenerint non se arbitretur christianum esse
aut spiritum sanctum accepisse se dubitet. Immo
vero et quod per homines discendum est sine super-
bia discat et per quem docetur alius sine super-
bia et sine invidia tradat quod accepit.
Neque temptemus eum cui credimus ne talibus
inimici versutiis et perversitate decepti ad ipsum
ad audiendum evangelium atque discendum volumus
ire in ecclesias aut codicem legere aut legentem
predicantemque audire hominem et expectemus
rapi usque in tertium celum sive in corpore sive
extra corpus sicut dicit apostolus. Et ibi audire inef-
fabilia verba que non licet homini loqui aut
videre dominum Iesum Christum et ab illo potius quam
ab hominibus audire evangelium. Caveamus tales
temptationes superbissimas magisque cogi-
temus et ipsum apostolum Paulum licet divina
et celesti voce prostratum et instructum ad
hominem tamen missum esse ut sacramenta perci-
peret atque copularetur ecclesie. Et centurionem
Cornelium quamvis exauditas orationes eius
et elemosinas respectas quod angelus ei
nuntiavit Petro tamen traditum imbuendum per
quem non solum sacramenta perciperet sed etiam
quid credendum quid sperandum quid diligendum
esset audiret. Et poterant utique hec omnia
per angelum fieri sed abiecta esset humana con-
dicio si per homines hominibus deus verbum
suum ministrare nolle videretur. Quomodo enim
verum esset quod dictum est templum enim dei
sanctum est quod estis vos si deus de humano
templo responsa non daret et totum quod discendum
hominibus tradi vellet de celo atque per an-
gelos personaret. Deinde ipsa caritas que
sibi homines invicem nodo unitatis astringit
non haberet aditum refundendorum et quasi misce-
ndorum sibimet animorum si homines per homines
nihil discerent. Et certe illum spadonem qui
Ysaiam prophetam legens non intelligebat neque
ad angelum apostolus misit neque enim per ange-
lum id quod non intelligebat expositum aut
divinitus in mente sine hominis ministerio re-
velatum est sed potius suggestione divina
missus est ad eum. Et sedit cum eo Phi-
lippus qui noverat Ysaiam prophetam eique
humanis verbis et lingua quod in scriptura
illa tectum erat aperuit. Nonne cum Mo-
yse deus loquebatur et tamen consilium regendi

atque administrandi tam magni populi a socero
suo alienigena scilicet homine et maxime
providus et minime superbus accepit. No-
verat enim ille vir ex quacumque anima verum
consilium processisset, non ei sed illi qui est
veritas incommutabili deo esse tribuendum.
Postremo quisquis se nullis preceptis in-
strui divino munere quecumque in scripturis
obscuriora sunt intelligere gloriatur, bene quidem
credit et verum est non esse illam facultatem
quasi a se ipso existentem sed divino munere
traditam. Ita enim dei gloriam querit et non suam.
Sed cum legit et nullo sibi homine exponente
intelligit, cur ipse aliis affectat expone-
re, ac non potius eos remittit deo, ut ipsi quoque
non per hominem sed illo intus docente intel-
ligant. Sed licet timet ne audiat a domino:
Serve nequam dare debebas pecuniam
meam nummulariis. Sicut ergo hii ea que
intelligunt produnt ceteris vel loquendo vel
scribendo, ita ego quoque si non solum ea que
intelligendo, sed etiam ea que observat per-
diderit culpari ab eis certe non debeo.
Quamquam nemo debet aliquid habere tamquam
suum proprium, nisi forte mendacium. Nam omne
verum ab illo est qui ait: Ego sum veritas.
Quid enim habemus quod non accepimus? Quod si
accepimus quid gloriamur quasi non acceperimus?
Qui legit audientibus litteras utique quas
agnoscit enuntiat. Qui autem ipsas litteras
tradit hoc agit ut alii quoque legere nove-
rint. Uterque tamen id insinuat quod accepit.
Sic etiam qui ea que in scripturis intel-
ligit exponit audientibus tamquam litteras quas
agnoscit lectoris officio. Qui autem aliter
precipit quomodo intelligendum sit, similis est
tradenti litteras. Hoc est precipienti quomodo sit
legendum, ut quomodo ille qui legere novit alio
lectore non indiget cum codicem invenerit
a quo audiat quid ibi scriptum sit. Sic iste
qui precepta que conamur tradere acceperit
cum in libris aliquam obscuritatem invenerit

quasdam regulas velut quasdam litteras te-
nens intellectorem aliud non requirat per quem
sibi quod opertum est retegatur. Sed quibusdam
vestigiis indagatis ad occultum sensum
sine ullo errore ipse perveniet. Aut certe
in absurditatem prave sententie non incidit
[illegible] quamquam et in ipso opere satis appa-
rere possit huic officioso operi nostro non
recte aliquos contradicere. Tamen si quis pro-
emio quibuslibet obsistentibus conveniter
videtur esse responsum. Huius vie quam in
hoc libro ingredi volumus tale nobis oc-
currit exordium. Explicit prohemium

Incipiunt capitula primi libri. capitulum primum

Duplex modus tractandi sacram scrip-
turam ii De eo quod omnis doctrina rerum sit
vel signorum iii De rebus utendis vel fru-
endis iiii Quid sit uti vel frui v De eo quod so-
la trinitate fruendum sit vi De eo quod deus licet in-
effabilis sit tamen ut cum effabilis vii De diversi-
mode deum investigantibus viii Cultu pur-
itaque vivendo pervenit ad veram vitam et sa-
pientiam incommutabilem ix De eo quod prius unum
sit mutabile immutabili preferre x De eo quod
purgato animo bonis quoque moribus peccata pelli
xi De eo quod remedio ad deum convalescimus xii
Quomodo se nobis ostendit deus ad nos veniens
xiii Comparatio qualiter ad nos venit deus xiiii
per contrarias operationes deum hominem sa-
nandi xv De resurrectione et ascensione domini
in lectu futurum iudicium erit xvi De ecclesia
que est corpus eius cerecet ut purget xvii
De venia nobis fecit donando peccata xviii
De ecclesie dedit autem dimittendi peccata
xix De resurrectione corpora nostra mutantur
in melius xx Qui hic non mutatur in melius
post hoc in peius commutabitur xxi De eo quod deum
propter deum se aut ipsum et proximum propter deum
diligendum xxii Non omnia diligenda quibus
utimur xxiii vitiosum sit aliis velle dominari
et vita anime de hoc xxiiii Convicta quod nemo
unquam carnem suam odio habuit xxv De eo quod pre-
cipue hoc diligat salutem corporis sui xxvi

cum nullum genus diligendarum rerum a deo pretermissum sit xxvii Rerum bonus estimator quod diligit diligenda xxviii Rerum autem cum vellet omnes diligat deus xxix Questio utrum angeli inclusi sint in duobus preceptis caritatis xxx Qualiter nos deus diligat fruendo an utendo xxxi Usus dei refertur ad nos et sunt frui invicem utrum xxxii Quod homine et angelo in deo fruendum sit xxxiii Licet Christus sit via tamen nos tenere noluit sed transire ad premium xxxiiii Temporalibus uti deum ipse eterna xxxv Qui sunt qui recte senciunt de sacra scriptura xxxvi Quale sentencium de scriptura titubat fides caritas languescit xxxvii Quibus mixtis inter eterna et temporalia xxxviii Fidem spem et caritatem tenentes in hac vita perfecti sunt xxxix omnem divinarum scripturarum ad fidem spem et caritatem referri

Incipit primus liber Capitulum primum cui dux est modus tractandi sacram

Due sunt res quibus scriptura nititur omnis tractatio scripturarum modus inveniendi que intelligenda sunt Modus proferendi que intellecta sunt De inveniendo prius de proferendo postea disseremus Magnum opus et arduum et si ad sustinendum difficile vereor ne ad suscipiendum temerarium Ita sane si de nobis ipsis presumeremus Nunc vero cum in illo sit spes peragendi cuius opus a quo nobis in cogitatione multa de hac re iam tradita tenemus non est metuendum ne dare desinat cetera cum ea que data sunt ceperit impendere Omnis enim res que dando non deficit dum habetur et non datur nondum habetur quomodo habenda est Ille enim ait Qui habet dabitur ei Dabit ergo habentibus id est cum benignitate utentibus eo quod acceperunt adimplebit atque cumulabit quod dedit Illi quinque et illi vii erant panes antequam inciperet dari esurientibus Quod postquam fieri cepit cophinos et sportas saciatis tot milibus hominum impleverunt Sicut ergo ille panis dum frangeretur accrevit Sic ea que ad hoc

i

habenti dabitur

opus aggrediendum iam dominus prebuit cum dispensari ceperit eo ipso suggerente multiplicabuntur ut in hoc nostro ministerio non solum nullam patiamur inopiam sed de mirabili habundancia gaudeamus

Capitulum ii Quod omnis doctrina rerum sit vel signorum

Omnis doctrina vel rerum vel signorum est sed res per signa discuntur Proprie autem nunc res appellavi que ad significandum aliquid adhibentur sicuti est lignum lapis pecus atque huiusmodi cetera Sed non illud lignum quod in aquas amaras moysen misisse legimus ut amaritudine careret Neque ille lapis quem Jacob sibi ad caput posuerat Neque illud pecus quod pro filio ymolavit abraham Hec namque ita res sunt ut aliarum eciam signa sint rerum Sunt autem alia signa quorum omnis usus in significando est Sicuti verba nemo enim utitur verbis nisi aliquid significandi gratia Ex quo intelligitur quid appellem signa Res eas videlicet que ad significandum aliquid adhibentur Quamobrem omne signum aliqua res eciam est Quod enim nulla res est omnino nichil est Non autem omnis res eciam signum est Et ideo in hac divisione rerum atque signorum cum de rebus loquimur ita loquimur ut eciam si earum aliqua adhiberi ad significandum possint non impediat partitionem qua prius de rebus post ea de signis disseremus Memoriterque teneamus id nunc in rebus considerandum esse quod sunt non quod eciam preter se ipsas significant

Capitulum iii De rebus utendis vel fruendis :—

Res ergo alie sunt quibus fruendum est alie quibus utendum alie que fruuntur alie que utuntur Ille quibus fruendum est nos beatos faciunt Istis quibus utendum est tendentes ad beatitudinem adiuvamur et quasi adminiculamur ut ad illas que nos beatos faciunt pervenire atque hiis inherere possimus Nos vero qui fruimur et utimur inter utrasque constituti si eis quibus utendum est frui voluerimus impeditur cursus noster et

et ad id aliquando etiam deflectimur ut ab his rebus quibus fruendum est obtinendis vel retardemur vel etiam revocemur inferiorum amore prepediti. c. iiii quibus sit uti vel frui.

Frui enim est amore inherere alicui rei propter seipsam. Uti autem quod in usum venerit ad id quod amas obtinendum referre, si tamen amandum est. Nam usus illicitus abusus potius vel abusio nominanda est. Quomodo ergo si essemus peregrini qui beate vivere non nisi in patria possemus, eaque peregrinatione utique miseri et miseriam finire cupientes in patriam redire vellemus, opus esset vel terrestribus vel marinis vehiculis quibus utendum esset ut ad patriam qua fruendum erat pervenire valeremus. Quod si amenitates itineris et ipsa gestatio vehiculorum nos delectaret, conversi ad fruendum his quibus uti debemus, nollemus cito viam finire, et perversa suavitate implicati alienaremur a patria, cuius suavitas faceret beatos. Sic in huius mortalitatis vita peregrinantes a domino, si redire in patriam volumus, ubi beati esse possimus, utendum est hoc mundo, non fruendum, ut invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciantur, hoc est ut de rebus corporalibus temporalibusque eterna et spiritualia capiamus. c. v quod de sola trinitate fruendum sit.

Res igitur quibus fruendum est pater et filius et spiritus sanctus eademque trinitas, summa quedam res est communisque omnibus ea fruentibus, si tamen res et non rerum omnium causa sit, si tamen et causa. Non enim facile nomen quod tante excellentie conveniat inveniri potest, nisi quod melius ita dicitur trinitas hec unus deus ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ita pater et filius et spiritus sanctus et singulus quisque horum deus et simul omnes unus deus, et singulus quisque horum plena substantia et simul omnes una substantia. Pater nec filius est nec spiritus sanctus, filius nec pater est nec spiritus sanctus, spiritus sanctus nec pater est nec filius, sed pater tantum pater, filius tantum filius, spiritus sanctus tantum spiritus sanctus. Eadem tribus eternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas. In patre unitas, in filio equalitas, in spiritu sancto unitatis equalitatisque concordia, et tria hec unum omnia ~~omnia~~ propter patrem, equalia omnia propter filium, connexa omnia propter spiritum sanctum. c. vi quod deus licet ineffabilis sit tamen ut dicitur effabilis.

Diximusne aliquid et sonuimus aliquid dignum deo? Immo vero nihil me aliud quam dicere voluisse sentio; si autem dixi, non hoc est quod dicere volui. Hoc unde scio nisi quia deus ineffabilis est; quod autem a me dictum est si ineffabile esset dictum non esset. Ac per hoc ne ineffabilis quidem dicendus est deus, quia et hoc cum dicitur aliquid dicitur, et fit nescio que pugna verborum, quoniam si illud est ineffabile quod dici non potest, non est ineffabile quod vel ineffabile dici potest. Que pugna verborum silentio cavenda potius quam voce pacanda est. Et tamen deus cum de illo nihil digne dici possit, admisit humane vocis obsequium et verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit. Nam inde est quod dicitur deus. Non enim revera in strepitu istarum duarum sillabarum ipse cognoscitur, sed tamen omnes latine lingue scios cum aures eorum sonus iste tetigerit movet ad cogitandam excellentissimam quandam immortalemque naturam. c. vii de diversimode deum investigantibus.

Nam cum ille unus cogitatur deorum deus ab his etiam qui alios et suspicantur et vocant et colunt deos sive in celo sive in terra, ita cogitatur ut aliquid quo nihil sit melius atque sublimius illa cogitatio conetur attingere. Sane quoniam diversis moventur bonis partim eis que ad corporis sensum pertinent, partim eis que ad animi intelligentiam pertinent, illi qui dediti sunt corporis sensibus aut ipsum celum aut quod in celo fulgentissimum vident aut ipsum mundum deum deorum esse arbitrantur. Vel si extra mundum ire contendunt aliquid lucidum ymaginantur idque vel infinitum vel ea forma que optima videtur inani suspicatione [margin: suspicatione] constituunt, aut humani corporis figuram cogitant si eam ceteris anteponunt. Quod si unum deum deorum esse non putant

et potius mutas et inmutabiles equaliter ordine deos etiam eos tamen putat euidenter aliquos corporis videntur excellere ita sigillatos animo tenent. Illi autem qui per intelligentiam pergunt uident quod deus est omnibus enim naturis non solum uisibilibus et corporalibus intelligibilibus uerum et spiritualibus omnibus mutabilibus prestitit omne tamen tanti excellere ...

ut qui dimittat nec quisquam inueniri potest qui hoc deum credat esse quo est aliquid ... Atque hoc deum esse omnes consentiunt quod ceteris rebus omnibus anteponunt.

c. vii. Quomodo perueniatur ad veram vitam et sapientiam

At quoniam omnes qui deum cogitant uiuum aliquid cogitant illi soli possunt non absurda et indigna existimare de deo qui vitam ipsam cogitant, et quecumque illis forma occurrerit corporis eam vita uiuere uel non uiuere statuunt et uiuentem non uiuenti anteponunt ...

[illegible]

c. x. Quorum sit mutabile immutabili preferre

Nemo enim est tam inprudenter insulsus qui dicat ... immutabilem sapientem vitam mutabili esse preferendam ...

c. x. Quomodo purgato animo bonis ... patria petitur

Quare ... illa veritate perfruendum sit que incommutabiliter uiuit ...

c. xi. Quomodo ... ad deum conualescamus

Quod nos non possemus nisi ipsa sapientia tante etiam nostre infirmitati congruere dignaretur ...

c. xii. Quomodo se nobis ... ostendat ...

Et tamquam sano et puro interiori oculo ubique sit mens ...

per sapientiam cognoscere deum, placuit deo per stultitiam predicationis salvos facere credentes. Non igitur per locorum spatia veniendo, sed in carne mortali mortalibus apparendo venisse ad nos dicitur. Illuc ergo venit ubi erat, quia in hoc mundo erat et mundus per eum factus est. Sed quoniam cupiditate fruendi pro ipso creatore creatura homines conformati huic mundo et mundi nomine congruentissime vocati non eum cognoverunt, propterea dixit evangelista: et mundus eum non cognovit. Itaque in sapientia dei non poterat mundus per sapientiam cognoscere deum. Cur ergo venit cum hic esset, nisi quia placuit deo per stultitiam predicationis salvos facere credentes.

Cap. xii. Comparatio qualiter ad nos venit deus.

Quomodo venit nisi quod verbum caro factum est et habitavit in nobis. Sicuti cum loquimur, ut id quod animo gerimus in audientis animum per aures carneas illabatur, fit sonus verbum quod corde gestamus et locutio vocatur, nec tamen in eundem sonum cogitatio nostra convertitur, sed apud se manens integra formam vocis qua se insinuet auribus sine aliqua labe sue mutationis assumit, ita verbum dei non commutatum caro tamen factum est ut habitaret in nobis.

Cap. xiii. Per contrarias curat deus homines.

Sicut autem curatio via est ad sanitatem, sic ista curatio peccatores sanandos reficiendosque suscepit. Et quemadmodum medici cum alligant vulnera non incomposite sed apte id faciunt, ut vinculi utilitatem quedam pulchritudo consequatur, sic medicina sapientie per hominis susceptionem nostris est accommodata vulneribus, de quibusdam contrariis curans et de quibusdam similibus. Sicut etiam ille qui medetur vulneri corporis adhibet quedam contraria, ut frigidum calido vel humidum sicco vel si quid aliud huiusmodi, adhibet etiam quedam similia sicut linteolum vel rotundum vulneri rotundo vel oblongum oblongo, ligaturamque ipsam non eandem membris omnibus sed similem similibus coaptat, sic sapientia dei hominem curans seipsam adhibuit ad sanandum, ipsa enim medicus, ipsa medicina. Quia ergo per superbiam homo lapsus est, humilitatem adhibuit ad sanandum.

Serpentis sapientia decepti sumus, dei stultitia liberamur. Quemadmodum autem illa sapientia vocabatur, erat vero stultitia contemnentibus deum, sic ista que vocatur stultitia sapientia est vincentibus diabolum. Nos immortalitate male usi sumus ut moreremur, Christus mortalitate bene usus est ut viveremus. Corrupto animo femine ingressus est morbus, integro corpore femine processit salus. Ad eandem contraria pertinet quod etiam exemplo virtutum eius vitia nostra curantur.

Cap. xv. De resurrectione et ascensione domini multos futuri iudicii terret.

Iam vero similia quasi ligamenta membris et vulneribus nostris adhibita illa sunt quod per feminam deceptos per feminam natus homo homines mortalis mortales morte mortuos liberavit. Et multa alia diligentius considerantibus quos instituti operis peragendi necessitas non rapit, vel a contrariis vel a similibus medicine christiane apparet institutio. Iam vero credita domini a mortuis resurrectio et in celum ascensio magna spe fulcit nostram fidem. Multum enim quam voluntarie pro nobis posuit, qui eam sic habuit in potestate resumere. Cum ita ergo se fiducia spei credentium consolatur, considerans quantus quanta pro nondum credentibus passus sit. Cum vero iudex vivorum atque mortuorum expectatur e celo, magnum timorem incutit negligentibus ut se ad diligentiam convertant, eumque magis bene agendo desiderent quam male agendo formident. Quibus autem verbis dici aut qua cogitatione capi potest premium quod ille in fine daturus est, quando ad consolationem nostram in huius itineris labore de spiritu suo tantum dedit, quo in adversis huius vite fiduciam caritatemque eius quem nondum videmus habeamus, et dona unicuique propria ad instructionem ecclesie sue, ut id quod ostendit esse faciendum non solum sine murmure sed etiam cum delectatione faciamus.

Cap. xvi. De ecclesia que est corpus eius quam excitet ut purget.

Est enim ecclesia corpus eius sicut apostolica doctrina commendat, que coniux etiam eius

vocat corpus quod suum multis membris diversa officia gerentibus nodo unitatis et caritatis tamquam sanitate astringit. Exercet autem hoc tempore et purgat medicinalibus quibusdam molestiis ut erutam de hoc seculo in eternum sibi copulet coniugem ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi. c. xvii ca. quod venia nobis fecit dona deo

Porro cum in via simus peccata nec via ista locorum est sed affectuum quam intercludebat quasi septa quedam spinosa preteritorum malitia peccatorum quid liberalius et misericordius facere potuit qui seipsum nobis viam qua rediremus substernere voluit nisi ut omnia donaret peccata conversis et gravia fixa reditus nostri interdicta pro nobis crucifixus evelleret. c. xviii ca. ecclesie dedit auctoritatem dimittendi peccata

Has igitur claves dedit ecclesie sue ut que solveret in terra soluta essent et in celo et que ligata in terra ligata essent in celo. Scilicet ut quisquis in ecclesia eius peccata dimitti non crederet non ei dimitterentur. Quisquis autem crederet seque ab eis correctus averteret in eiusdem ecclesie gremio constitutus eadem fide atque correctione sanaretur. Quisquis enim non credit dimitti sibi posse peccata fit deterior desperando quasi nihil illi melius quam malum esse remaneat cum de fructu sue conversionis infidus effectus sit.

c. xix ca. post resurrectionem corpora nostra mutantur in melius

Iam vero sicut animi quedam mors est vite prioris morumque relictio que fit penitendo sic et mors est corporis animationis pristine resolutio. Et quomodo animus post penitentiam qua priores mores perditos interimit reformatur in melius sic et corpus post istam mortem qua vinculo peccati omnes debemus credendum et sperandum est resurrectionis tempore in melius commutari ut non caro et sanguis regnum dei possideant quod fieri non potest sed ut corruptibile hoc induat incorruptionem et mortale hoc induat immortalitatem nullam faciens molestiam quia nullam patiens indigentiam ab anima beata perfecta quia cum summa quiete vegetatur. c. xx ca. qui non mutatur in melius

Cuius pena que in peius commutabitur. Cuius autem animus non moritur huic mundo neque incipit configurari veritati in maiorem mortem corpore trahitur nec ad commutationem celestis habitudinis sed ad luenda supplicia resurget. Hoc itaque fides habet atque ita se rem habere credendum est neque animum neque corpus humanum omnimodo interitum pati sed impios resurgere ad penas inestimabiles pios autem ad vitam eternam. c. xxi ca. deum propter deum se autem ipsum et proximum propter deum diligendum

In his igitur omnibus rebus ille tantum sunt quibus fruendum est quas eternas atque incommutabiles commemoravimus. Ceteris autem utendum est ut ad illarum perfruitionem pervenire possimus. Nos itaque qui fruimur et utimur aliis rebus aliqua res sumus. Magna enim quedam res est homo factus ad ymaginem et similitudinem dei non in quantum mortali corpore includitur sed in quantum bestias rationalis anime honore precellit. Itaque magna questio est utrum frui se homines debeant an uti an utrumque. Preceptum enim est nobis ut diligamus invicem. Sed queritur utrum homo propter se sit ab homine diligendus an propter aliud. Si enim propter se fruimur eo. Si propter aliud utimur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus. Quod autem propter se diligendum est in eo constituitur vita beata cuius etsi non dum res tamen spes eius nos hoc tempore consolatur. Maledictus autem homo qui spem suam ponit in homine. Sed nec seipso quisquam frui debet si liquide advertas quia nec seipsum debet propter seipsum diligere sed propter illum quo fruendum est. Tunc est quippe optimus homo cum tota vita sua pergit in incommutabilem vitam et toto affectu inheret illi. Si autem se propter se diligit non se refert ad deum sed ad seipsum conversus non ad incommutabile aliquid convertitur

et propter eam rem id cum de seipso aliquo, fruitur quia melior est cum totus heret atque constringitur in incommutabili bono quam cum inde vel ad seipsum relaxatur. Si ergo teipsum non propter te debes diligere sed propter illum ubi dilectionis tue rectissimus finis est, non succenseat alius homo si et ipsum propter deum diligis. Hec enim regula dilectionis divinitus constituta est: diliges, inquit, proximum sicut teipsum, deum vero ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas et omnem vitam tuam et omnem intellectum in illum conferas a quo habes ea ipsa que confers. Cum autem ait toto corde tota anima tota mente tota virtute, nullam partem vite nostre reliquit que vacare debeat et quasi locum dare ut alia re velit frui. Sed quicquid aliud diligendum venerit in animum illuc rapiatur quo totus impetus dilectionis currit. Quisquis ergo recte diligit proximum, hoc cum eo debet agere ut etiam ipse toto corde tota anima tota mente diligat deum. Sic enim eum diligens tamquam seipsum totam dilectionem sui et illius refert in illam dilectionem dei que nullum a se rivulum duci extra patitur cuius derivatione minuatur.

ut a seipso

c. xxii. Non omnia diligenda quibus utimur

Non autem omnia quibus utendum est diligenda sunt, sed ea sola que aut nobiscum in societate quadam referuntur in deum sicut est homo vel angelus, aut ad nos relata beneficio dei per nos indigent sicut est corpus. Nam utique martires non dilexerunt scelus persequentium se, quo tamen usi sunt ad promerendum deum.

c. xxiii. Quod vitiosi sit aliis velle dominari et vita anime deo herere

quatuor diligenda

Cum ergo quatuor sint diligenda, unum quod supra nos est, alterum quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est, de secundo et quarto nulla precepta danda fuerunt. Quantumlibet enim homo excidat a veritate remanet illi dilectio sui et dilectio corporis sui. Fugax enim animus ab incommutabili lumine omnium regnatore id agit ut ipse sibi regnet et corpori suo, et ideo non potest nisi et se et corpus suum diligere. Magnum autem aliquid se adeptum putat si et sociis et aliis hominibus dominari potuit. Inest enim vitioso animo ut magis appetat et sibi tamquam debitum vendicare quod uni proprie debetur deo. Talis autem sui dilectio melius odium vocatur. Iniquum est enim quia vult sibi servire quod infra se est, cum ipse superiori servire nolit. Rectissime quoque dictum est: qui autem diligit iniquitatem odit animam suam. Et ideo fit infirmus animus et de mortali corpore cruciatur. Necesse est enim ut et diligat et eius corruptione pregravetur. Immortalitas enim et incorruptio corporis de sanitate anime existit. Sanitas autem animi est firmissime inherere potiori id est incommutabili bono deo. Cum vero etiam eis qui sibi naturaliter pares sunt, hoc est hominibus, dominari affectat, intollerabilis omnino superbia est. Nemo ergo se odit. Et hinc quidem nulla cum aliqua secta questio fuit.

c. xxiiii. Quod nemo carnem suam odio habuit

Sed neque corpus suum quisquam odit. Verum est enim quod ait apostolus: nemo umquam carnem suam odio habuit. Et quod nonnulli dicunt malle se omnino sine corpore esse, falluntur omnino. Non enim corpus suum sed corruptiones eius et pondus oderunt. Non itaque nullum corpus sed incorruptum et celerrimum volunt habere, sed putant nullum corpus esse si tale fuerit, quia tale aliquid esse animam putant. Quod autem continentia quadam et laboribus quasi persequi videntur corpora sua, qui hoc recte faciunt non id agunt ut non habeant corpus, sed ut habeant subiugatum et paratum ad opera necessaria. Libidines enim male utentes corpore id est consuetudines et inclinationes anime ad fruendum inferioribus per ipsius corporis laboriosa quedam militia extinguere affectant. Nam non se interimunt, sed curam sue valitudinis gerunt. Qui autem perverse id agunt quasi naturali inimico suo corpori bellum ingerunt. In quo fallit eos quod legunt: caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem, hec enim sibi invicem adversantur. Dictum est enim

hoc per infirmitatem carnalis consuetudinis adversus quam spiritus concupiscat non ut interimat corpus sed ut concupiscencia eius id est mala consuetudine edomita faciat spiritui subiugatum quod naturalis ordo desiderat. Quia enim hoc erit post resurrectionem ut corpus omni modo cum quiete summa spiritui subditum immortaliter vigeat hoc etiam in hac vita meditandum est ut consuetudo carnalis mutetur in melius nec inordinatis motibus resistat spiritui. Quod donec fiat caro concupiscat adversus spiritum et spiritus adversus carnem non per odium resistente spiritu sed per principatum quia magis quod diligit vult esse subditum meliori nec per odium resistente carne sed per consuetudinis vinculum quod a parentum etiam propagine inveteratum nature lege inolevit. Hoc ergo agit spiritus in domanda carne ut solvat male consuetudinis quasi pacta perversa ut fiat pax consuetudinis bone. Verumtamen nec isti qui falsa opinione depravati corpora sua detestantur parati essent unum oculum vel sine sensu doloris amittere etiam si in altero tantum cernendi sensus remaneret quantus erat in duobus nisi aliqua res que preponenda esset urgeret. Isto atque huiusmodi documento satis ostenditur eis qui sine pertinacia verum requirunt quam certa sit apostoli sententia ubi ait Nemo enim umquam carnem suam odio habuit addidit etiam sed nutrit eam et fovet sicut christus ecclesiam. c. xxv

Quomodo precipue diligat homo salutem corporis

Modus ergo diligendi precipiendus est homini id est quomodo se diligat ut prosit sibi. Quin autem se diligat et prodesse sibi velit dubitare dementis est. Precipiendum etiam quomodo corpus suum diligat ut ei ordinate prudenterque consulat. Nam quia diligit etiam corpus suum idque salvum habere atque integrum velit eque manifestum est. Aliquid itaque amplius diligere aliquis potest quam salutem atque integritatem corporis sui. Nam multi et dolores et amissiones nonnullorum membrorum voluntarias susceperunt sed ut alia que amplius diligebant consequerentur. Non ergo propterea quisquam dicendus est non diligere salutem atque incolumitatem corporis sui quia plus aliquid diligit. Nam et avarus quamvis pecuniam diligat tamen emit sibi panem quod cum facit dat pecuniam quam multum diligit et augere desiderat sed quia pluris existimat salutem corporis sui que illo pane fulcitur. Supervacaneum est diutius de re manifestissima disputare quod tamen plerumque nos facere cogit error impiorum.

c. xxvi Quod nullum genus diligendarum rerum a deo premissum sit

Ergo cum precepto non opus est ut quisque se et corpus suum diligat id est quod sumus et id quod infra nos est ad nos tamen pertinet inconcussa nature lege diligimus que in bestias etiam promulgata est nam et bestie se atque corpora sua diligunt restabat ut et de illo quod supra nos et de illo quod iuxta nos est precepta sumeremus. Diliges inquit dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Finis itaque precepti est dilectio et ea gemina id est dei et proximi. Quod si te totum intelligas id est animam et corpus tuum et proximum totum id est animam et corpus eius homo enim constat ex anima et corpore nullum rerum diligendarum genus in his duobus preceptis pretermissum est. Cum enim precurrat dilectio dei eiusque dilectionis modus prescriptus appareat ita ut cetera in illum confluant de dilectione tua nihil dictum videtur sed cum dictum est diliges proximum tuum sicut teipsum simul et tui abs te dilectio non pretermissa est.

c. xxvii Rerum bonus existimator qui diligit diligenda

Ille autem iuste et sancte vivit qui rerum integer estimator est ipse est qui ordinatam habet dilectionem ne aut diligat quod non est diligendum aut non diligat quod diligendum est ut amplius diligat quod minus diligendum est aut eque

Corpus diligendum est

diligat quam minus vel amplius diligendum est aut
minus et amplius quod aeque diligendum est. Omnis
peccator inquantum peccator est non est diligendus
et omnis homo inquantum homo diligendus est propter Deum
Deus vero propter seipsum. Et si Deus omni homine
amplius diligendus est, amplius quisque Deum
debet diligere quam seipsum. Item amplius alius
homo diligendus est quam corpus nostrum, quia propter Deum
omnia ista diligenda sunt, et potest nobiscum alius
homo Deo perfrui quod non potest corpus, quia corpus per animam
vivit qua fruimur Deo. Homines autem aeque dili-
gendi sunt. Sed cum omnibus prodesse non possis,
his potissimum consulendum est qui pro locorum
et temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus
constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. Sicut
enim si tibi habundaret aliquid quod dari opor-
teret ei qui non haberet nec duobus dari
posset, si tibi occurrerent duo quorum neuter
alium vel indigentia vel erga te aliqua ne-
cessitudine superaret, nichil iustius faceres quam
ut sorte eligeres cui dandum esset quod dari
utrique non posset, sic in hominibus quibus
omnibus consulere nequeas pro sorte habendum est
prout quisque tibi temporaliter colligatius inherere
potuit. c xxviii Recte tamen aut velle ut omnes

Omnium autem qui nobiscum Deo frui possunt, partim eos diligimus
quos ipsi adiuvamus, partim eos a quibus
adiuvamur, partim quorum et indigemus ad-
iutorio et indigentie subvenimus, partim nec
ipsi quibus conferimus aliquid commodi nec
ab eis ut nobis conferatur attendimus. Velle
tamen debemus ut omnes nobiscum diligant Deum
et totum quod eos vel adiuvamus vel adiuvamur
ab eis ad unum illum finem referendum est. Si enim
in theatris nequicie quis aliquem diligit hi-
strionem et tamquam magno vel etiam summo bono
eius arte perfruitur, omnes diligit qui secum
eum diligunt non propter illos sed propter eum quem pa-
riter diligunt, et quanto est in eius amore
ferventior tanto agit quibus modis potest ut a pluri-
bus diligatur et tanto eum pluribus cupit ostendere,
et quem frigidiorem videt excitat eum quantum potest
laudibus illius. Si autem contra venientem invenerit,
odit in illo vehementer odium dilecti sui et
quibus modis valet instat ut auferat.
Quid nos in societate dilectionis Dei agere
convenit quo perfrui beate vivere est et a quo
habent omnes qui eum diligunt et quod sunt et
quod eum diligunt, de quo nichil metuimus ne cui-
quam possit cognitus displicere, et qui se vult
diligi non ut sibi aliquid sed ut eis qui di-
ligunt eternum premium conferat, quod est ipse
quem diligunt. Hinc efficitur ut et inimicos nostros
diligamus. Non enim eos timemus, quia nobis quod
diligimus auferre non possunt, sed miseramur
potius, quia tanto magis nos oderunt quanto
ab illo quem diligimus separati sunt. Ad quem
si conversi fuerint et illud tamquam beatificum
bonum et nos tamquam socios tanti boni ne-
cesse est ut diligant. c xxix Questio utrum an-
geli inclusi sint in duobus preceptis

Oritur autem in hoc loco non nulla questio
de angelis. Illo enim fruentes et ipsi
beati sunt quo et nos frui desideramus, et quan-
to in hac vita fruimur vel per speculum vel
per enigma tanto nostram peregrinationem tolera-
bilius sustinemus et ardentius finire cupi-
mus. Sed utrum ad illa duo precepta vel dilectio
pertineat angelorum non irrationabiliter queri-
tur. Nam quod nullum hominem exceperit ut proximum di-
ligamus et ipse Dominus in evangelio ostendit et apostolus
Paulus. Nam et ille cui duo ipsa precepta pro-
tulerat atque in eis pendere totam legem prophetas-
que dixerat, cum interrogaret eum dicens et quis
est meus proximus, hominem quendam proposuit de-
scendentem ab Ierusalem in Iericho incidisse in
latrones et ab eis graviter vulneratum saucium
et semivivum esse derelictum, cui proximum esse
non docuit nisi qui erga illum exstitit ad levandum atque
curandum misericors, ita ut hoc ille qui interro-
gaverat interrogatus ipse fateretur. Cui Dominus
ait: Vade et tu fac similiter, ut eum videlicet proximum
esse intelligamus cui vel exhibendum est officium
misericordie si indiget, vel exhibendum esset si in-
digeret. Ex quo iam consequens est ut et ille a
quo et nobis hoc vicissim exhibendum est proximus sit noster. Proximi enim nomen ad aliquid

est nec quisquam esse proximum nisi proximo proximum aut exceptum esse cui misericordie denegetur officium. Quis non videat quando usque ad inimicos etiam porrectum est eodem domino dicente: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Ita quod et Paulus docet dicens: Nam non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Quisquis ergo arbitratur non de omni homine apostolum precepisse, cogitur fateri quod absurdissimum et sceleratissimum est, visum fuisse apostolo non esse peccatum si quis aut non christiani aut inimici adulteraverit uxorem aut eum occiderit aut concupierit uxorem eius. Quod si dementis est dicere, manifestum est omnem hominem proximum esse deputandum, quia erga neminem operandum est malum. Iam vero si vel cui prebendum vel a quo nobis prebendum est officium misericordie recte proximus dicitur, manifestum est hoc precepto quo iubemur diligere proximum, etiam sanctos angelos contineri, a quibus nobis tanta nunc impenduntur officia, quanta multis divinarum scripturarum locis advertere facile est. Ex quo ipse deus et dominus noster proximum se nostrum dici voluit. Nam et seipsum significat dominus Ihesus Christus opitulatum esse semivivo iacenti in via afflicto et relicto a latronibus. Et propheta in oratione ait: Sicut proximum sicut fratrem nostrum ita complacebam. Sed quoniam excellentior et supra naturam nostram est divina substantia, preceptum quo diligamus deum a proximi dilectione distinctum est. Ille enim nobis prebet misericordiam propter suam bonitatem, nos autem nobis invicem propter illius, id est ille nostri miseretur ut se perfruamur, nos vero invicem miseremur ut illo perfruamur.

c. xxx Qualiter nos deus diligat fruendo an utendo

Quapropter adhuc ambiguum videtur esse cum dicimus ea re nos perfrui quam diligimus propter seipsam, et ea re fruendum nobis esse tantum qua efficimur beati, ceteris vero utendum. Diligit enim nos deus et multum nobis dilectionem eius divina scriptura commendat. Quomodo ergo diligit, ut nobis utatur an ut fruatur? Sed si fruitur, eget bono nostro, quod nemo sanus dixerit. Omne enim bonum nostrum vel ipse est vel ab ipso est. Cui autem obscurum vel dubium est non egere lucem nitore earum rerum quas ipsa illustravit? Dicit apertissime et propheta: Dixi domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Non ergo fruitur nobis sed utitur. Nam si neque fruitur neque utitur, non invenio quemadmodum diligat.

c. xxxi Usus dei refertur ad nos et suam bonitatem

Sed nec sic utitur ut nos. Nam nos res quibus utimur ad id referimus ut dei bonitate perfruamur. Deus vero ad suam bonitatem usum nostrum refert. Quia enim bonus est sumus, et in quantum sumus boni sumus. Porro quia iustus est, non impune mali sumus, et in quantum mali sumus, in tantum etiam minus sumus. Ille enim summe ac primitus est qui omnino incommutabilis est, et qui plenissime dicere potuit: Ego sum qui sum, et: Dices eis: Qui est misit me ad vos, ut cetera que sunt nisi ab illo esse non possint et in tantum bona sint in quantum acceperunt ut sint. Ille igitur usus qui dicitur dei, quo nobis utitur, non ad eius sed ad utilitatem nostram refertur, ad eius autem tantum bonitatem. Cum autem nos miseremur et cui consulimus, ad eius quidem utilitatem id facimus eamque intuemur, sed nescio quomodo etiam nostra fit consequens, cum eam misericordiam quam impendimus egenti sine mercede non relinquit deus. Hec autem merces summa est ut ipso perfruamur et omnes qui eo fruimur nos invicem in ipso perfruamur.

c. xxxii Quod homine et angelo in deo fruendum sit

Nam si in nobis id facimus, remanemus in via et spem beatitudinis nostre in homine aut in angelo collocamus. Quod et homo superbus et angelus superbus arrogat sibi atque in se aliorum spem gaudet constitui. Sanctus autem homo et sanctus angelus etiam fessos nos atque in se acquiescere et remanere cupientes, reficit potius aut eo sumptu quem propter nos aut illo quem propter se acceperunt, acceptum tamen, atque ita refectos in illum ire compellit quo fruentes pariter beati sumus. Nam et

apostolus clamat Numquid paulus est crucifixus
pro vobis aut in nomine pauli baptizati estis
et neque qui plantat est aliquid neque qui rigat
sed qui incrementum dat deus. Et angelus ado-
rantem se hominem monet ut illum potius ado-
ret sub quo ei deus etiam ipse conservus est. Cum
autem homine in deo frueris deo potius quam homine
frueris. Illo enim frueris quo efficeris beatus et
ad eum te venisse letaberis in quo spem po-
nis ut venias. Inde ad philemonem paulus
Ita frater inquit ego te fruar in domino. Quod si non
addidisset in domino et te fruar tantum dixisset
in eo constituisset spem beatitudinis sue. Quamquam
vicinissime dicitur frui cum dilectione uti. Cum
enim adest quod diligitur etiam delectacionem secum
necesse est gerat per quam si transieris eamque ad
illud ubi permanendum est retuleris uteris ea
et abusione non proprie diceris frui. Si vero inhe-
seris atque permanseris finem in ea ponens leti-
cie tue tunc proprie et vere frui diceris. Quod
faciendum non est nisi in illa trinitate
id est summo et incommutabili bono. c. xxxiii.
Licet xpistus sit via tamen nos tum tenere noluit

Vide quemadmodum sed transire ad patrem
cum ipsa veritas et verbum per quod facta sunt
omnia caro factum esset ut habitaret in nobis
dicit tamen apostolus Et si noveramus xpistum secundum
carnem sed iam non novimus. Ille quippe qui
non solum pervenientibus possessionem sed etiam viam
se voluit prebere venientibus ad principia via-
rum voluit carnem sumere. Unde est etiam illud
Dominus creavit me in principio viarum suarum ut
inde inciperent qui vellent venire. Apostolus
igitur quamvis adhuc ambularet in via et
ad palmam superne vocationis sequeretur vocantem
deum tamen ea que retro sunt obliviscens et in
ea que in ante sunt extentus iam principium vi-
arum transierat hoc est et non indigebat a quo
tamen aggrediendum et exordiendum iter est omnibus
qui ad veritatem pervenire et in vita eterna per-
manere desiderant. Sic enim ait Ego sum via
veritas et vita hoc est per me venitur ad me
pervenitur in me permanetur. Cum enim ad ipsum
pervenitur etiam ad patrem pervenitur quia per equalem

ille cui est equalis cognoscitur vinciente et
tamquam agglutinante nos spiritu sancto quo
in summo atque incommutabili bono permanere
possimus. Ex quo intelligitur quam nulla res in via
nos tenere debeat quando nec ipse dominus in quantum
via nostra esse dignatus est tenere nos voluit
sed transire ne rebus temporalibus quamvis pro
salute nostra ab illo susceptis et gestis
hereamus infirmiter sed per eas potius curramus
alacriter ut ad eum ipsum qui naturam nostram
a temporalibus liberavit et collocavit ad dex-
teram patris provehi atque pervenire mereamur.
c. xxxiiii. in eo temporalibus uti debemus propter eterna

Omnium igitur que dicta sunt ex quo de rebus
tractamus hec summa est ut intelli-
gatur legis et omnium divinarum scripturarum et
plenitudo et finis esse dilectio rei qua
fruendum est et rei que nobiscum eadem re frui
potest quia ut se diligat quisque precepto non opus
est. Hoc ergo ut nossemus atque possemus facta
est tota pro salute nostra per divinam providen-
tiam dispensatio temporalis qua debemus uti
non quasi mansoria quadam dilectione et de-
lectatione sed transitoria potius tamquam vie et
tamquam vehiculorum vel aliorum quorumlibet
instrumentorum aut si quid congruencius
dici potest ut ea quibus ferimur propter illud ad
quod ferimur diligamus. c. xxxv. Quis sit qui
vere senserit de scriptura

Quisquis igitur scripturas divinas vel quamlibet earum partem
intellexisse sibi videtur ita ut eis geminam caritatem
intellectu non edificet nondum intellexit. Quisquis
vero talem inde sententiam duxerit ut huic edifi-
cande caritati sit utilis nec tamen hoc dixerit
quod ille quem legit eo loco sensisse probabitur
non perniciose fallitur nec omnino mentitur.
Inest quippe in mentiente vo-
luntas falsa dicendi et ideo multos invenimus
qui mentiri velint qui autem falli
neminem. Cum ergo hoc sciens homo faciat illud
nesciens patiatur satis apparet in una eademque
re illum qui fallitur eo qui mentitur esse
meliorem quandoquidem pati melius est iniquitatem
quam facere. Omnis autem qui mentitur iniquitatem
facit et si cuiquam videtur utile esse aliquando

mendatium potest videri utile aliquando esse

mendatium

iniquitate. Nemo enim mentiens in eo quod mentitur servat fidem, nam hoc utique vult ut cui mentitur fidem sibi habeat, quam tamen ei mentiendo non servat. Omnis autem fidei violator iniquus est. Aut igitur iniquitas aliquando est utilis, quod fieri non potest, aut mendacium semper inutile est. Sed quisquis in scripturis aliud sentit quam ille qui scripsit, illis non mentientibus fallitur. Sed tamen, ut dicere ceperam, si ea sententia fallitur qua edificet caritatem que finis precepti est, ita fallitur ac si quisquam errore deserens viam eo tamen per agrum pergat quo etiam via illa perducit. Corrigendus est tamen et quam sit utilis viam non deserere demonstrandum est, ne consuetudine deviandi etiam in transversum aut perversum ire cogatur. c xxxvi.

De mend.

Caritas est finis precepti

Male sentientibus de scriptura titubat fides et caritas languescit.

Asserendo enim temere quod ille non sensit quem legit, plerumque incurrit in alia que illi sententie contexere nequeat; que si vera esse et certa consentit, illud non possit verum esse quod senserat, fitque in eo nescio quo modo ut amando sententiam suam scripture incipiat offensior esse quam sibi. Quod malum si serpere siverit, evertetur ex eo. Per fidem enim ambulamus non per speciem. Titubabit autem fides si divinarum scripturarum vacillat auctoritas; porro fide titubante caritas ipsa etiam languescit. Nam si a fide quisque ceciderit, a caritate etiam necesse est cadat; non enim potest diligere quod esse non credit. Porro si et credit et diligit, bene agendo et preceptis morum bonorum obtemperando efficit ut etiam speret se ad id quod diligit esse venturum. c xxxvii. Caritas maior sit inter eterna et temporalia:-

cepit ut

Tria quibus omnis scientia militat

Itaque tria hec sunt quibus et scientia omnis et prophetia militat: fides, spes, caritas. Sed fidei succedit species quam videbimus, et spei succedit beatitudo ipsa ad quam perventuri sumus; caritas autem etiam istis decedentibus augebitur potius. Si enim credendo diligimus quod nondum videmus, quanto magis cum videre ceperimus! Et si sperando diligimus quo nondum pervenimus, quanto magis cum pervenerimus! Inter temporalia quippe et eterna hoc interest, quod temporale aliquid plus diligitur antequam habeatur, vilescit autem cum advenerit; non enim satiat animam cui vera est et certa sedes eternitas. Eternum autem ardentius diligitur adeptum quam desideratum; nulli enim desideranti eo conceditur plus de illo existimare quam sese habet, ut ei vilescat cum minus invenerit; sed quantumcumque quisque veniens existimaverit, plus perveniens inventurus est. c xxxviii. Fidem spem et caritatem tenentes in hac vita perfecti sunt.

Homo itaque fide et spe et caritate subnixus eaque inconcusse retinens non indiget scripturis nisi ad alios instruendos. Itaque multi per hec tria etiam in solitudine sine codicibus vivunt. Unde in illis arbitror iam impletum esse quod dictum est: Sive prophetie evacuabuntur, sive lingue cessabunt, sive scientia destruetur. Quibus tamen quasi machinis tanta spei et fidei et caritatis in eis surrexit instructio ut perfectum aliquid tenentes ea que sunt ex parte non querant; perfectum sane quantum in hac vita potest. Nam in comparatione future vite nullius iusti et sancti vita est perfecta. Ideo manent, inquit, fides spes caritas, tria hec; maior autem horum est caritas, quia et cum quis ad eterna pervenerit, duobus istis decedentibus caritas auctior et certior permanebit. c xxxix.

Caritas manet

Omnem divinam scripturam ad fidem spem et caritatem referri.

Quapropter cum quis cognoverit finem precepti esse caritatem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, omnem intellectum divinarum scripturarum ad ista tria relaturus ad tractationem illorum librorum securus accedat. Cum enim dixit caritatem, addidit de corde puro, ut nihil aliud amet nisi id quod diligendum est. Coniunxit autem conscientiam bonam propter spem; illa enim se ad id quod credit et diligit perventurum esse desperat cui male conscientie scrupulus inest. Tertio ait: et fide non ficta. Si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc et non diligit quod non est diligendum, et recte vivendo id speramus ut nullo modo spes nostra fallatur. Et propterea de rebus continentibus fidem quantum pro tempore satis esse arbitratus sum dicere volui, quia in aliis voluminibus sive per alios sive per nos multa iam

doctrina sunt mores. Itaque sit iste liber quintus. Tertius ceterum
de signis quantum divina doctrina exigit disseremus. Explicit li-
ber primus. Incipiunt capitula libri secundi. Capitulum primum
Signorum alia naturalia alia data et que sunt
naturalia. ii De signis datis tantum a deo non aliunde
iii Diversa signa per diversos sensus. iiii Cum insignior pre-
stantia sunt signa verborum. v Cum per scripturas vo-
luntas dei invenitur. vi Utrumque sit res obscurita-
te divine scripture. vii Ad perfectum gradus cognoscen-
de voluntatis dei. viii Continuus precipue legendi et qui
liber canonis. ix Notitia harum divinorum li-
brorum memorie commendare. x De dubiis et
incognitis signis regitur scriptura. xi Cum interpretatio
scripturarum necessaria et quam multi interpretes. xii Cum
multiplex interpretatio puriorem sensum reddit. xiii
Propter unum sensum ad primam linguam recurrendum.
xiiii Cum ignotorum verborum et ignota locutio facit
esse lectorem. xv De diversis interpretibus et qui
prestat. xvi Ad obscuritatem scripture valet rerum
et linguarum notitia. xvii Error gentilium non
attendit de musis. xviii Propter superstitiones superstitio-
nes nec musica nec muse fugiende. xix
Duo esse genera doctrine etiam more gentilium.
xx Diversa genera superstitionum et observationum
xxi Cum mathematici errent etiam per universum seculum.
xxii Cum superstitiosa quedam fugienda. xxiii
Dyam hiis intellectum homines qualia suspicantur
tur. xxiiii De institutis hominum superfluis et ne-
cessariis. xxv Utrumque instituta repudienda vel
que assumenda. xxvi Instituta alia ad
corpus alia ad animam pertinere. xxvii Historia
prodest non tamen divina sed gentilis. xxviii
Cum demonstratio rerum et siderum sit. xxix
Cum de diversis artibus fugiende sunt locutiones
in scriptura. xxx Disputationem questionem terminat
veritas sacre pagina. xxxi Utrumque
sit regula connexionum. xxxii Sicut in falsis
veras sic in veris falsas fieri conclusiones.
xxxiii Utilior veritas quam connexionum va-
nitas. xxxiiii Sacra diffiniendi dividendi
vel partiendi sonare recepta. xxxv Non est elo-
quentie facultas culpanda. xxxvi Plerumque
ipsas res leuius dici quam ipsarum significationum
xxxvii Regula numerorum non instituta ho-
minibus sed indagata. xxxviii Continuo plus
debet sequi doctrina. xxxix Philosophorum dicta
exemplo Hebreorum et Egiptiorum recipien-
da. xxxx Cum proficienti necessaria sit humilitas
xxxxi Exemplo ostendit habundatiorem divinarum
quam gentilium doctrinam per quod incognita ani-
ligua considerando. Explicit capitula. Incipit
liber secundus. Capitulum primum Signorum alia na-
turalia alia data et que sunt naturalia
Quoniam cum de rebus scriberem prim-
si commonens ne quis in eis atten-
deret nisi quod sunt, non etiam si quid
aliud preter se significant, vicissi-
m de signis disserens hoc dico ne
quis in eis attendat quod sunt, sed potius quod
signa sunt, id est quod significant. Signum est enim   Signum
res preter speciem quam ingerit sensibus aliquid ex se   1 sensibus aliud
faciens in cogitationem venire. Sicut viso vesti-
gio transisse animal aliquid, cuius vestigium est co-
gitamus. et fumo viso, ignem subesse co-
gnoscimus et voce animantis audita, affec-
tionem animi eius advertimus. Et tuba sonante
milites vel progredi vel ingredi vel regredi, et si quid aliud
pugna postulat oportere noverint. Signo-
rum igitur alia sunt naturalia alia data. Naturalia   Signa naturalia
sunt que sine voluntate, atque ullo appetitu
significandi, preter se aliquid aliud ex se cog-
nosci faciunt sicuti est fumus significat ignem.
Non enim volens significare id facit. Sed rerum
expertarum animadversione et notatione cog-
noscitur ignem subesse etiam si fumus solus
appareat. Sed et vestigium transeuntis animantis
ad hoc genus pertinet. Et vultus irati seu
tristis affectionem animi significat, etiam nulla
eius voluntate qui aut iratus aut tristis est
aut si quis alius motus animi, vultu indice
proditur, etiam nobis non id agentibus ut prodatur.
Sed de hoc toto genere nunc disserere non est
propositum. Cum tamen incidit in partitionem nostram
preteriri omnino non potuit atque id in hoc-
tenus notatum esse sufficiet. c ii De signis
datis tantum a deo tamen aliunde
Data vero sunt signa que sibi quisque viventia

uel cuiuscumque in anima uiuentis dat ad demonstrandum et proferendum quantum potest motum animi sui uel sensa aut intellecta quaelibet. Nec ulla causa est nobis significandi, id est signi dandi, nisi ad depromendum et traiciendum in alterius animum id quod animo gerit qui signum dat. Horum igitur signorum genus quantum ad homines attinet considerare atque tractare statuimus, quia et signa diuinitus data, que in scripturis sanctis continentur, per homines nobis indicata sunt qui ea conscripserunt. Habent autem bestie quedam inter se signa quibus produnt appetitum animi sui. Nam et gallus gallinaceus reperto cibo dat signum uocis gallinae ut accurrat, et columbus gemitu columbam uocat uel ab ea uicissim uocatur, et multa huiusmodi animaduerti solent. Que utrum sicut uultus aut dolentis clamor sine uoluntate significandi sequantur motum animi an uere ad signum [signandum] dentur, alia questio est et ad rem que agitur non pertinet. Quam partem ab hoc opere tamquam non necessariam remouemus.

i. trist

c iii diuisa signa per diuersos sensus

Signorum igitur quibus inter se homines sua sensa communicant quedam pertinent ad oculorum sensum, pleraque ad aurium, paucissima ad ceteros sensus. Nam cum innuimus, non damus signum nisi oculis eius quem uolumus per hoc signum uoluntatis nostre participem facere. Et quidam motibus manuum pleraque significant. Et histriones omnium membrorum motibus dant signa quedam scientibus et cum oculis eorum quasi fabulantur, et uexilla draconesque militares per oculos insinuant uoluntatem ducum. Et sunt hec omnia quasi quedam uerba uisibilia. Ad aures autem que pertinent, ut dixi, plura sunt in uerbis maxime. Nam et tuba et tibia et cythara dant plerumque non solum suauem sed etiam significantem sonum. Sed omnia signa uerbis comparata paucissima sunt. Verba enim prorsus inter homines obtinuerunt principatum significandi quecumque animo concipiuntur, si ea quisque prodere uelit. Nam et odore unguenti dominus, quo perfusi sunt pedes eius, signum aliquod dedit, et sacramento corporis et sanguinis sui pregustato

Verba hominum

significauit quod uoluit, et cum mulier tangendo fimbriam uestimenti eius salua facta est non nihil significat. Sed innumerabilis multitudo signorum quibus suas cogitationes homines exerunt in uerbis constituta est. Nam et illa signa omnia quorum genera breuiter attigi potui uerbis enuntiare, uerba uero illis signis nullo modo possent.

ibi

c iiii cur nisi per litteras fiunt signa verborum

Sed quia uerberato aere statim transeunt nec diutius manent quam sonant, instituta sunt per litteras signa uerborum. Ita uoces oculis ostenduntur non per se ipsas sed per signa quedam sua. Ista igitur signa non potuerunt communia esse omnibus gentibus peccato quodam dissensionis humane, cum ad se quisque principatum rapit. Cuius superbie signum erecta est illa turris in celum, ubi homines impii non solum animos sed et uoces dissonas habere meruerunt.

c v cur per scripturam voluntas dei invenitur

Ex quo factum est ut et scriptura diuina, qua tantis morbis humanarum uoluptatum subuenitur, ab una lingua profecta que potuit oportune per orbem terrarum disseminari, per uarias interpretum linguas longe lateque diffusa innotesceret gentibus ad salutem. Quam legentes nihil aliud appetunt quam cogitationes uoluntatemque illorum a quibus conscripta est inuenire, et per illas uoluntatem dei, secundum quam tales homines locutos credimus.

c vi cur sit causa obscuritatis diuine scripture

Sed multis et multiplicibus obscuritatibus et ambiguitatibus decipiuntur qui temere legunt, aliud pro alio sentientes, quibusdam autem locis quid uel falso suspicentur non inueniunt; ita obscure dicta quedam densissimam caliginem obducunt. Quod totum prouisum esse diuinitus non dubito ad edomandam labore superbiam et intellectum a fastidio renouandum, cui facile inuestigata plerumque uilescunt. Quid enim est, queso, quod si quisquam dicat sanctos esse homines atque perfectos, quorum uita et moribus Christi ecclesia de quibuscumque superstitionibus precidit eos qui ad se ueniunt et imitatione bonorum sibimet quodammodo incorporat, qui boni fideles et ueri serui dei deponentes onera seculi ad sanctum lauacrum

lavacrum venerunt atque [inde] a sanctis dentibus acceptos
sancti spiritus, fructum dant gemine caritatis, id est dei et pro-
ximi. Quid est ergo quod si hoc quisque dicat mi-
nus delectat audientem quam si ad eundem sensum
locum illum exponat de canticis canticorum ubi
dictum est ecclesie, cum tamquam pulchra femina quedam
laudaretur: Dentes tui sicut grex detonsarum
ascendentium de lavacro que omnes geminos
creant, et sterilis non est in illis. Numquid aliud ho-
mo discat quam cum id planissimis verbis sine simili-
tudinis eius adminiculo audierit? Et tamen nescio
quomodo suavius intueor sanctos cum eos quasi dentes
ecclesie video precidere ab erroribus homines atque
in eius corpus emollita duritia quasi demorsos
mansosque transferre. Oves etiam iocundissime agnosco
detonsas oneribus secularibus [tamquam velleribus] depositis
et ascendentes de lavacro, id est de baptismate, cre-
are omnes geminos, duo precepta dilectionis,
et nullam esse ab isto sancto fructu sterilem video.
Sed quare suavius videam quam si nulla de di-
vinis libris talis similitudo promeretur, cum res ea-
dem sit eademque cognitio, difficile est dicere, et
alia questio est. Nunc tamen nemo ambigit et per
similitudines libentius quaeque cognosci, et cum
aliqua difficultate quesita multo gratius in-
veniri. Qui enim prorsus non inveniunt
quod querunt, fame laborant; qui autem non que-
runt quia in promptu habent, fastidio sepe
marcescunt. In utroque autem sensu languor
cavendus est. Magnifice igitur et salubriter spiritus
sanctus scripturas sanctas modificavit ut locis ap-
tioribus fami occurreret, obscurioribus autem fa-
stidia detergeret. Nihil enim fere de illis obscu-
ritatibus eruitur quod non planissime dictum
alibi reperiatur. Capitulum VII de septem gradibus co-
gnoscendi voluntatem dei.

Ante omnia
igitur opus est dei timore converti ad
cognoscendam eius voluntatem, quid nobis appe-
tendum fugiendumque precipiat. Timor autem
iste cogitationem de nostra mortalitate et de futura
morte necesse est incutiat, et quasi clavatis
carnibus omnes superbie motus ligno crucis
affigat. Deinde mitescere opus est pietate,
neque contradicere divine scripture sive intellecte sive
si aliqua nostra vicia percutit, sive non intellecte
quasi nos melius sapere meliusque precipere possimus,

Sed cogitare potius et credere id esse melius
et verius quod ibi scriptum est, etiam si lateat, quam
id quod nos per nos ipsos sapere possumus. Post
istos duos gradus timoris atque pietatis ad
tertium venitur scientie gradum, de quo nunc agere
institui. Nam in eo se exercet omnis divinarum
scripturarum studiosus, nihil in eis aliud inven-
turus quam diligendum esse deum propter deum et proxi-
mum propter deum, et illum quidem ex toto corde, et ex to-
ta anima, et ex tota mente, proximum vero tamquam seipsum, id est ut
tota dilectio proximi sicut et nostri referatur
in deum. De quibus duobus preceptis cum de rebus
ageremus libro superiore tractavimus. Necesse est
ergo ut primo se quisque in scripturis inveniat
amore huius seculi, hoc est temporalium rerum,
implicatum, longe seiunctum esse a tanto
amore dei et tanto amore proximi quantum scrip-
tura ipsa prescribit. Tunc vero ille timor quo
cogitat de iudicio dei, et illa pietas qua
non potest nisi credere et cedere auctoritati sanctorum
librorum, cogit eum seipsum lugere. Nam ista
scientia bone spei hominem non se iactantem sed
lamentantem facit, quo affectu impetrat
sedulis precibus consolationem divini adiuto-
rii ne desperatione frangatur, et esse incipit
in quarto gradu, hoc est fortitudinis, quo esu-
ritur et sititur iustitia. Hoc enim affectu ab
omni mortifera iocunditate rerum transe-
untium sese extrahit, et inde se avertens con-
vertit ad dilectionem eternorum, incommutabilem
scilicet unitatem eandemque trinitatem. Quam ubi
aspexerit quantum potest in longinqua radiantem
suique aspectus infirmitate sustinere se illam
lucem non posse persenserit, in quinto gradu, hoc
est in consilio misericordie purgat animam tumul-
tuantem quodammodo atque obstrepentem sibi
de appetitu inferiorum conceptis sordibus. Hic
vero se in dilectione proximi gnaviter exercet in
eaque perficitur, et spe iam plenus atque
integer viribus, cum pervenerit usque ad inimici
dilectionem, ascendit [inde] in sextum gradum [intellectus, ubi]
iam ipsum oculum purgat quo videri deus potest, quantum
potest ab eis qui huic seculo moriuntur

Liber II

De canone librorum
qui sunt ... veteris testamenti

huic
Inquantum autem hic vivit non videt, et ideo certius iam certior et non solum tollerabilior sed etiam iocundior species lucis illius incipiat apparere in enigmate. Adhuc tamen et per speculum videri dicitur, quia magis per fidem quam per speciem ambulatur, cum in hac vita peregrinamur, quamvis conversationem habeamus in celis. In hoc autem gradu ita purgat oculum cordis ut veritati nec ipsum proximum preferat aut conferat proximum. Ergo nec seipsum, quia nec illum quem diligit sicut seipsum. Erit ergo iste filius tam simplici corde atque mundato, ut neque hominibus placendi studio detorqueatur a vero, nec respectu devitandorum quorumlibet incommodorum suorum que adversantur huic vite. Talis filius ascendit ad sapientiam, que ultima et septima est, qua pacatus tranquillusque perfruitur. Initium enim sapientie timor domini. Ab illo enim usque ad ipsam per hos gradus pervenitur tenditur que.

c. viii Divine scripture legende et qui libri canonis

Sed nos ad tertium illum gradum considerationem referamus, de quo disserere quod dominus suggesserit atque tractare instituimus. Erit enim divinarum scripturarum sollertissimus indagator qui primo totas legerit notasque habuerit, et si nondum intellectu, iam tamen lectione, dumtaxat eas que appellantur canonice. Nam ceteras securius leget fide veritatis instructus, ne preoccupent imbecillem animum et periculosis mendaciis atque fantasmatibus illudentes preiudicent aliquid contra sanam intelligentiam. In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurium auctoritatem sequatur. Inter quas sane ille sint que apostolicas sedes habere et epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut eas que ab omnibus accipiuntur ecclesiis catholicis preponat eis quas quedam non accipiunt. In eis vero que non accipiuntur ab omnibus, preponat eas quas plures gravioresque accipiunt eis quas pauciores minorisque auctoritatis ecclesie tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi, quamquam hoc invenire non possit, equalis tamen auctoritatis eas habendas puto. Totus autem canon scripturarum in quo

istam considerationem versandam dicimus his libris continetur: quinque Moyseos, id est Genesi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio, et uno libro Iesu Nave, uno Iudicum, uno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad regnorum principium videtur pertinere; deinde quatuor regnorum, et duobus Paralipomenon, non consequentibus, sed quasi a latere adiunctis simulque pergentibus. Hec est historia que sibimet annexa tempora continet atque ordinem rerum. Sunt alie tamquam ex diverso ordine que neque huic ordini neque inter se connectuntur, sicut est Iob et Tobias et Hester et Iudith et Machabeorum duo libri et Esdre duo, qui magis subsequi videntur ordinatam illam historiam usque ad regnorum vel Paralipomenon terminatam. Deinde prophete, in quibus David unus liber Psalmorum, et Salomonis tres, Proverbiorum, Canticum canticorum et Ecclesiastes. Nam illi duo libri, unus qui Sapientia et alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur. Nam Iesus filius Sirach eos conscripsisse constantissime perhibetur; qui tamen quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt. Reliqui sunt eorum libri qui proprie prophete appellantur, duodecim prophetarum libri singuli, qui connexi sibimet, quoniam numquam seiuncti sunt, pro uno habentur, quorum prophetarum nomina sunt hec: Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuk, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Deinde quatuor prophete sunt maiorum voluminum, Ysaias, Ieremias, Daniel, Ezechiel. His xliiii libris terminatur veteris testamenti terminatur auctoritas. Novi autem quatuor libris evangelii, secundum Matheum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Iohannem; quatuordecim epistolis apostoli Pauli, ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galathas, ad Ephesios, ad Philipenses, ad Thessalonicenses duabus, ad Colossenses, ad Thimotheum duabus, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebreos; Petri duabus, tribus Iohannis, una Iude, una Iacobi, Actibus apostolorum libro, Apocalipsi Iohannis uno libro. In his omnibus libris timentes deum et pietate mansueti querunt voluntatem dei.

c. ix Notitia divinorum librorum memorie commendare

nota quod memoria est necessaria

Huius operis et laboris prima observatio est ut dixinus nosse istos libros, et si nondum ad intellectum legendo tamen vel mandare memorie vel omnino incognitos non esse. Deinde illa que in eis aperte posita sunt vel precepta vivendi vel regule credendi, sollercius diligencius investiganda sunt, que tanto quisque plura invenit quanto est intelligencia capacior. In hiis enim que in scripturis aperte posita sunt inveniuntur illa omnia que continent fidem moresque vivendi, spem scilicet atque caritatem, de quibus libro superiore tractavimus. Tum vero facta quadam familiaritate cum ipsa lingua divinarum scripturarum in ea que obscura sunt aperienda et discucienda pergendum est, ut ad obscuriores locuciones illustrandas de manifestioribus sumantur exempla, et quedam certarum sentenciarum testimonia dubitacionem incertis auferant. In qua re memoria valet plurimum, que si defuerit non potest hiis preceptis dari. c x de dubiis et ignotis tegitur scriptura.

Duabus autem de causis non intelliguntur ea que scripta sunt, si aut ignotis aut ambiguis signis obteguntur. Sunt autem signa vel propria vel translata. Propria dicuntur cum his rebus significandis adhibentur propter quas sunt instituta, sicut dicimus bovem et intelligimus pecus quod omnes nobiscum latine lingue homines hoc nomine vocant. Translata sunt cum et ipse res quas propriis verbis significamus ad aliquid aliud significandum usurpantur, sicut dicimus bovem et per has duas sillabas intelligimus pecus quod isto nomine appellari solet. Sed rursus per illud pecus intelligimus evangelistam, quem significavit scriptura interpretante apostolo dicente: Bovem triturantem non frenabis. c xi cur interpretari scripturam necessarium et quod multi interpretes

Contra ignota autem signa propria magnum remedium est linguarum cognicio, et latine quidem lingue homines quos nunc instruendos suscepimus duabus aliis ad scripturarum divinarum cognicionem opus habent, hebrea scilicet et greca, ut ad exemplaria precedencia recurratur, si quam dubitacionem attulerit latinorum interpretum infinita varietas, quamquam et hebrea ~~[struck]~~

at vba

non interpretata ~~simul~~ sepe invenimus in libris, sicut amen, alleluia et racha et osanna, et si qua sunt alia, quorum partim propter sanctiorem auctoritatem quamvis interpretari potuisset servata est antiquitas, sicut est amen et alleluia; partim vero in aliam linguam transferri non potuisse dicuntur, sicut alia duo que posuimus. Sunt enim quedam verba certarum linguarum que in usum alterius lingue per interpretacionem transire non possunt. Et hoc maxime interiectionibus accidit, que verba motum animi significant potius quam sentencie concepte ullam particulam; nam et hec duo talia esse perhibentur. Dicunt enim racha indignantis esse vocem, osanna letantis. Sed non propter hec pauca que notare atque interrogare [intelligere] facile est, sed propter diversitates, ut dictum est, interpretum illarum linguarum cognicio est necessaria. Qui enim scripturas ex hebrea in grecam verterunt numerari possunt, latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus ~~[struck]~~ venit codex grecus et aliquantum facultatis sibi utriusque lingue habere videbatur, ausus est interpretari. c xii cur multiplex interpretacio non puriorem sensum reddat

Que quidem res plus adiuvit intelligenciam quam impedivit, si modo legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sentencias plurium codicum sepe manifestavit inspeccio. Sicut illud Ysaie prophete unus interpres ait: et domesticos seminis tui ne despexeris; alius autem ait: et carnem tuam ne despexeris. Uterque sibimet invicem attestatus est; nam alter ex altero exponitur, quia et caro posset accipi proprie, ut corpus suum quisque ne despiceret se putaret admonitum, et domesticos seminis ~~[struck]~~ translate tunc christianos posset intelligi ex eodem verbi semine nobiscum spiritualiter natos. Nunc autem collato interpretum sensu probabilior occurrit sentencia, proprie de consanguineis non despiciendis esse preceptum, quoniam domesticos seminis cum ad carnem retulerit consanguinei potissimum occurrunt. Unde esse arbitror illud apostoli esse quod ait

Si quo modo ad emulacionem adducam carnem meam ut salvos faciam aliquos ex illis, id est ut emulando eos qui crediderant et ipsi crederent. Carnem enim suam dixit iudeos propter consanguinitatem. Item illud eiusdem Ysaie: nisi credideritis non intelligetis; alius interpretatus est: nisi credideritis non permanebitis. Quis horum verba secutus sit, nisi exemplaria lingue precedentis legantur, incertum est. Sed tamen ex utroque magnum aliquid insinuatur scienter legentibus. Difficile est enim ita diversos a se interpretes fieri ut non se aliqua vicinitate contingant. Ergo quoniam intellectus in specie sempiterna est, fides vero in rerum temporalium quibusdam cunabulis quasi lacte alit parvulos; nunc autem per fidem ambulamus, non per speciem; nisi autem per fidem ambulaverimus, ad speciem pervenire non poterimus, que non transit sed permanet per intellectum purgatum nobis coherentibus veritati; propterea ille ait: nisi credideritis non permanebitis; ille autem: nisi credideritis non intelligetis. Et ex ambiguo lingue precedentis plurimum interpres fallitur, cui non bene nota sententia est, et eam significacionem transfert que a sensu scriptoris penitus aliena est; sicut quidam codices habent: acuti pedes eorum ad effundendum sanguinem; oxys enim grecum est et acutum apud grecos et velocem significat. Ille ergo vidit sententiam qui transtulit: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem; ille autem alius ancipiti signo in aliam partem raptus erravit. Et talia quidem non obscura sed falsa sunt, quorum alia condicio est; non enim intelligendos sed emendandos tales codices potius precipiendum est. Hinc est etiam illud quod moschos grece vitulus latine dicitur, moscheumata quidam non intellexerunt esse plantaciones et vitulamina interpretati sunt; qui error tam multos codices preoccupavit ut vix inveniatur aliter scriptum, et tamen sententia manifestissima est, quia clarescit consequentibus verbis. Nam adulterine plantaciones non dabunt radices altas convenientius dicitur quam vitulamina que pedibus in terra gradiuntur, non radicibus herent. Quam translacionem in eo loco etiam cetera contexta custodiunt.

c. xiii. Propter tercium sensum ad primam linguam recurrendum.

Sed quoniam et que sit ipsa sententia, quam plures interpretes pro sua quisque facultate atque iudicio conantur eloqui, non apparet nisi in ea lingua inspiciatur quam interpretantur, et plerumque a sensu auctoris devius aberrat interpres si non sit doctissimus, aut linguarum illarum ex quibus in latinam scriptura pervenit petenda cognicio est, aut habende interpretaciones eorum qui se verbis nimis obstrinxerunt, non quia sufficiunt sed ut ex eis veritas vel error detegatur aliorum qui non magis verba quam sententias interpretando sequi valuerunt. Nam non solum verba singula sed etiam locuciones sepe transferuntur que omnino in latine lingue usum, si quis consuetudinem veterum qui latine locuti sunt tenere voluit, transire non possunt; que aliquando intellectui nichil adimunt, sed offendunt tamen eos qui plus delectantur rebus cum etiam in earum signis sua quedam servatur integritas. Nam solecismus qui dicitur nichil est aliud quam cum verba non ea lege sibi coaptantur qua coaptaverunt qui priores nobis non sine auctoritate aliqua locuti sunt. Utrum enim inter homines an inter hominibus dicatur, ad rerum non pertinet cognitorem. Item barbarismus quid aliud est nisi verbum non eis litteris vel sono enunciatum quo ab eis qui ante nos latine locuti sunt enunciari solet? Utrum autem ignoscere producta an correpta tercia sillaba dicatur, non multum curat qui peccatis suis ut deus ignoscat petit, quolibet modo illud verbum sonare potuerit. Quid est ergo integritas locucionis, nisi aliene consuetudinis conservacio loquencium veterum auctoritate firmate? Sed tamen eo magis inde offenduntur homines quo infirmiores sunt, et eo infirmiores quo docciores videri volunt, non rerum sciencia qua edificamur sed signorum, qua non inflari omnino difficile est, cum et ipsa rerum sciencia sepe cervicem erigat nisi dominico reprimatur iugo. Quid enim obest intellectori quod ita

Marginalia: verba vel — fides pertinet ... species ... — plerumque — soloecismus — barbarismus — vitulus — [illegible]

quod ... [illegible] : difficile est non inflari ... [illegible]

proprie est quod est terra in qua isti impediuntur super ea si bona est an nequam, et que sunt civitates in quibus ipsi habitant in ipsis. Omnino locutionum magis aliene lingue esse arbitror quam sensum aliquem alterum. Illud etiam quod iam auferre non possumus de ore cantantium populorum, super ipsum autem florebit sanctificatio mea, nihil profecto sententie detrahit; auditor tamen peritior mallet hoc corrigi ut non floreret sed florebit diceretur. Nec quicquam impedit correctionem nisi consuetudo cantantium. Ista ergo facile etiam contempni possunt, si quis ea cavere voluerit, que sano intellectui nichil detrahunt. At vero illud quod ait apostolus, quod stultum est dei sapientius est hominibus et quod infirmum est dei fortius est hominibus. Si quis in eo grecam locutionem servare voluisset ut diceret quod stultum est dei sapientius est hominum, et quod infirmum est dei fortius est hominum, vigilantis quidem lectoris intentio iret in sententie veritatem, sed tamen aliquis tardior aut non intelligeret aut perverse intelligeret. Non enim vitiosa locutio est in latina lingua talis, verum etiam in ambiguitatem cadit ut quasi hominum stultum vel hominum infirmum sapientius vel fortius videatur esse quam dei. Quamquam et illud sapientius est hominibus non caret ambiguo etiam si soloecismo careat. Utrum enim his hominibus ab eo quod est hic homo, an his hominibus ab eo quod est hoc homini dictum sit non apparet nisi illuminatione sententie. Melius sic itaque dicitur sapientius est quam homines, fortius est quam homines.

c xiiii de ignotis verbis et ignota locutione faciunt herere lectorem

De ambiguis autem signis post loquemur. Nunc de incognitis agimus quorum due forme sunt quantum ad verba pertinet. Namque aut ignotum verbum facit herere lectorem aut ignota locutio. Que si ex alienis linguis veniunt aut querenda sunt ab earum linguarum hominibus aut lingue eedem si et ocium et ingenium est discende aut plurium interpretum consulenda collatio est. Si autem ipsius lingue nostre aliqua verba locutionesque ignoramus legendi consuetudine audiendique innotescunt. Nulla sane sunt magis mandanda memorie quam illa verborum locutionumque genera que ignoramus, ut cum vel peritior occurrerit de quo queri possit vel talis lectio que vel precedentibus vel consequentibus vel utrisque ostendat quam vim habeat quidve significet quod ignoramus, facile adiuvante memoria possimus advertere et discere. Quamquam tanta est vis consuetudinis etiam ad discendum ut qui in scripturis sanctis quodammodo nutriti educatique sunt magis alias locutiones mirentur easque minus latinas putent quam illas quas in scripturis sanctis didicerunt neque in latine lingue auctoribus reperiuntur. Plurimum hic quoque adiuvat interpretum numerositas collatis codicibus inspecta atque discussa tantum absit falsitas. Nam codicibus emendandis primitus debet invigilare sollertia eorum qui scripturas divinas nosse desiderant, ut emendatis non emendati cedant, ex uno dumtaxat interpretationis genere venientes.

c xv de diversis interpretibus et quis precellant

In ipsis autem interpretationibus itala ceteris preferatur nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententie et latinis quibuslibet emendandis greci codices adhibeantur, in quibus septuaginta interpretum quod ad vetus testamentum attinet excellit auctoritas, qui iam per omnes peritiores ecclesias tanta presentia sancti spiritus interpretati esse dicuntur ut os unum tot hominum fuerit. Quod si ut fertur multique non indigni fide predicant singuli cellis etiam singulis separati ad interpretandum essent, nihil in alicuius eorum codice inventum est quod non iisdem verbis eodemque verborum ordine invenirent ceteri. Quis huic auctoritati conferre aliquid nedum preferre audeat. Si autem contulerunt ut una omnium communi tractatu iudicioque vox fieret ne sic quidem unum hominem quemlibet peritia quantalibet ad emendandum tot seniorum doctorumque consensum aspirare oportet aut decet. Quamobrem etiam si aliquid aliter in hebreis exemplaribus invenitur quam isti posuerunt, cedendum esse arbitror divine dispensationi que per eos facta est ut libros quos gens iudea ceterorum populorum vel religione vel invidia prodere nolebat, credituris per dominum gentibus

ministra regis ptolomei prefecta tanto ope-
ri? Itaque fieri potest ut sic illi interpretati
sint quemadmodum congruere gentibus ille qui
eos agebat et qui unum os omnibus fece-
rat spiritus sanctus iudicavit. Sed tamen
ut superius dixi, horum quoque interpretum qui
verbis tenacius inheserunt collatio non est
inutilis ad explanandam sepe sententiam. Lati-
ni ergo ut dicere ceperam codices veteris testa-
menti si necesse fuerit grecorum auctoritate emen-
dandi sunt, et eorum potissimum qui cum
septuaginta essent uno ore interpretati perhibentur.
Libros autem novi testamenti si quid in
latinis varietatibus titubat, grecis cedere oportere non du-
bium est, et maxime qui apud ecclesias doc-
tiores et diligentiores repperiuntur. c. xvi

Ad obscuritatem scripture valet rerum et lin-
guarum notitia.

In translatis vero signis
si qua forte ignota cogunt herere lectorem
partim linguarum notitia partim vero rerum
investiganda sunt. Aliquid enim ad similitudinem valet
ut procul dubio secretum quiddam insinuat Si-
loa piscina ubi lavare faciem iussus est
cui dominus oculos luto de sputo facto illinierat
quod tamen lingue nomen ignote nisi ab evangelista
interpretatum esset tam magnus intellectus lateret.
Sic etiam multa que ab auctoribus eorundem libro-
rum interpretata non sunt nomina hebrea
non est dubium habere non parvam vim atque ad-
iutorium ad solvenda enigmata scripturarum
si quis ea possit interpretari. Quod non-
nulli eiusdem lingue periti homines non pa-
rvum beneficium posteris contulerunt
qui separata de scripturis eadem verba omnia inter-
pretati sunt et quid sit adam et quid
eva, quid abraham, quid moyses, sive
etiam locorum nomina, quid sit ierusalem vel
sion vel iericho vel syna vel libanus vel
iordanis et quecumque alia in illa lingua
nobis sunt incognita nomina. Quibus apertis
et interpretatis multe in scripturis figurate
locutiones manifestantur. Rerum autem ig-
norantia facit obscuras figuratas locu-
tiones, cum ignoramus vel animantium vel lapidum
vel herbarum naturas aliarumve rerum que

plerumque in scripturis alicuius similitudinis gratia po-
nuntur. Nam et de serpente quod notum est totum
corpus eum pro capite obicere ferientibus quantum illu-
strat sensum illum quo dominus iubet astutos nos
esse sicut serpentes ut scilicet pro capite nostro quod est
christus corpus potius persequentibus offeramus ne fides
christiana tamquam necetur in nobis si parcentes corpori
negemus deum, vel illud quod per caverne angusti-
as coartatus deposita veteri tunica vires novas
accipere dicitur, quam concinit ad imitandam ipsam
serpentis astutiam exuendumque veterem hominem
sicut apostolus dicit ut induamur novo et exuendum
per angustias, dicente domino, Intrate per angustam
portam. Ut ergo notitia nature serpentis illustrat multas similitudines
quas de hoc animante scriptura dare consue-
vit, sic ignorantia nonnullorum animalium que
non minus per similitudines commemorat impedit
plurimum intellectorem. Sic lapidum sic her-
barum vel quecumque tenentur radicibus. Nam et
carbunculi notitia quod lucet in tenebris
illuminat etiam multa obscura librorum ubicumque
propter similitudinem ponitur, et ignorantia berilli vel
adamantis claudit plerumque intelligentie fores.
Nec aliam ob causam facile est intelligere
pacem perpetuam significari olee ramusculo quem
rediens ad archam columba pertulit, nisi quia
novimus et olei lenem contactum non
facile alieno humore corrumpi et arborem
ipsam frondere perenniter. Multi autem propter
ignorantiam ysopi dum nesciunt quam
vim habeat vel ad purgandum pulmonem
vel ut dicitur ad saxa radicibus penetranda cum
sit herba brevis atque humilis omnino in-
venire non possunt quare dictum sit Asperges me
domine ysopo et mundabor. Numerorum etiam imperi-
tia multa facit non intelligi translate ac
mistice posita in scripturis. Ingenium quippe
ut ita dixerim ingenuum non potest sine mora
moveri quid sibi velit quod et moy-
ses et helias et ipse dominus xl diebus ieiu-
naverunt. Cuius actionis figurata quidam nodus
nisi cognitione et consideratione

Margin notes: siloa piscina; ignorancia rerum; carbunculi berilli et ysopus; ysopus; ysopus

denarius numerus creatoris et creature est scientia [?]
septenarius creature [?]
quadragenarius de quinquagenario [?]

[illegible]

Non solum habet enim denarium quater tactum
cum omni rerum mutatis temporibus / quaternario nam-
que numero et diurna et annua curricula peraguntur
diurna matutinis meridianis vespertinis noctur-
nisque horarum spaciis / annua vernis estivis
autumpnalibus et hyemalibus que mensibus / A temporum
autem delectatione dum in temporibus vivimus propter eternita-
tem in qua vivere volumus abstinendum et ieiunan-
dum est quamvis temporum cursibus ipsa nobis insinuetur
doctrina contempnendorum temporum et appetendorum eter-
norum porro autem denarius numerus creatoris atque
creature significat scientiam / nam trinitas creatoris
est septenarius autem numerus creaturam indicat
propter vitam et corpus / nam in illa tria sunt / unde
et toto corde / tota anima / tota mente diligen-
dus est deus / in corpore autem manifestissime
quatuor apparent quibus constat elementa / In
hoc ergo denario dum nobis insinuatur
quater ductus castus et continenter a temporum de-
lectatione vivere / hoc est xl diebus ieiunare
hoc lex cuius persona est in moyse / hoc prophetia
cuius personam gerit helias / hoc ipse dominus
monet qui tamquam testimonium habens ex lege et
prophetis medius inter illos in monte tribus
discipulis videntibus atque stupentibus claruit
deinde ita queritur quomodo ex quinquagenarius et
quadragenario numero existat / qui non medio-
criter in nostra religione sacratus est propter penthe-
costen / et quomodo ter ductus est propter tria tempora
ante legem / sub lege / sub gratia / vel propter nomen
patris et filii et spiritus sancti / adiuncta eminencius
ipsa trinitate ad purgatissime ecclesie misterium [?]
referatur pervenitque ad centum quinquaginta
tres pisces / quos post resurrectionem domini
in dexteram partem missa ceperunt / Ita multis
aliis atque aliis numerorum formis quedam simili-
tudinum in libris sanctis secreta ponuntur que
propter numerorum imperitiam legentibus clausa
fuerint / non pauca etiam claudit atque obtegit
non nullarum rerum musicarum ignorancia
nam et de psalterii et cithare differencia / quidam non
inscite aliquas rerum figuras aperuit / et
decacordum psalterium non importune
inter doctos queritur utrum habeat aliquam musice
legem que ad tantum numerum nervorum cogit
an vero si non habet eo ipso magis sacratius ac-
cipiendus sit ipse numerus vel propter decalogum
legis et de quo item numero si queratur non nisi
ad creatorem creaturamque referendus sit
vel propter undenarium superius expositum / ipsum denarium
et ille numerus edificationis templi cuius comme-
minit in evangelio quadraginta scilicet et sex
annorum nescio quid musicum sonat et
relatus ad fabricam dominici corporis propter
quod mencio templi facta est cogit non
nullos hereticos confiteri filium dei non falso
sed vero et humano corpore indutum et utrumque
quippe et musicam plerisque locis in sanctis scripturis
honorabiliter posita invenimus

c xvii Error gentilium non attendendus de musis

Non enim audiendi sunt errores gentilium
superstitionum qui novem musas Iovis
et memorie filias esse finxerunt / Refel-
lit eos varro quo nescio utrum apud
eos quisquam talium rerum doctior vel cu-
riosior esse possit / Dicit enim civitatem
nescio quam / non enim nomen recolo locasse
apud tres artifices terna simulacra musa-
rum quod in templo appollinis donum poneret
ut quisquis artificum pulchriora formasset
ab illo potissimum electa emeret / Ita
contigisse ut opera sua quoque illi artifices eque
pulcra explicarent et placuisse civitati
omnes novem atque omnes esse emptas ut
in appollinis templo dedicarentur / quibus
postea dicit hesiodum poetam imposuisse
vocabula / non igitur Iupiter novem musas genuit
sed tres fabri ternas creaverunt / tres autem non
propterea illa civitas locaverat quia in som-
nis eas viderat aut tot se cuiusquam illorum
oculis demonstraverant / sed quia facile erat
animadvertere omnem sonum que materies
cantilenarum est triformem esse natura / aut
enim voce editur sicut eorum qui faucibus
sine organo canunt aut flatu sicut tubarum
et tybiarum aut pulsu sicut in citharis et
tympanis et quibuslibet aliis que percutiendo
canora sunt c xviii propter superstitiones nec

Sed sine musica nec virtutes fugiende
sive ita se habeat quod varro retulit sive
non ita nos tamen non propter superstitionem

Errores gentilium de musis

tubarum

prophanorum debemus musicam fugere. Sed si quid
inde utile ad intelligendas sanctas scripturas
rapere potuerimus nec ad illorum theatricas
nugas converti. Si quid de cytharis et de
organis quod aliquid ad spiritualia capienda
valeat disputemus. Neque enim et litteras discere
non debuimus quia earum deum dicunt esse Mercurium. Aut quia iusticie virtutique templa de-
dicaverunt et que corde gestanda sunt in la-
pidibus adorare maluerunt propterea nobis
iusticia atque virtus fugienda est. Immo vero
quisquis bonus verusque christianus est domini sui
esse intelligat ubicumque invenerit veritatem
quam conferens et agnoscens etiam in litteris
sacris superstitiosa figmenta repudiet dole-
atque homines atque caveat qui cognoscen-
tes deum non ut deum glorificaverunt aut gratias egerunt
sed evanuerunt in cogitationibus suis et
obscuratum est insipiens cor eorum dicen-
tes se enim esse sapientes stulti facti sunt
et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in
similitudinem ymaginis corruptibilis hominis
et volucrum et quadrupedum et serpentium.

c. xix. Duo esse genera doctrine in moribus gentilium

Sed ut totum istum locum nam est maxi-
mus diligentius explicemus. Duo sunt
genera doctrinarum que in gentilibus in mo-
ribus exercentur. Unum earum rerum quas
instituerunt homines alterum earum quas
animadverterunt iam peractas aut divinitus
institutas. Illud quod est secundum institutiones
hominum partim superstitiosum est partim non
est superstitiosum. c. xx. Diversa genera superstitionum et observacionum

Superstitiosum est quicquid institutum est ab hominibus
ad facienda ydola pertinens vel ad colendam
sicut deum creaturam partemve ullam creature
vel ad consultaciones et pacta quedam significa-
tionum cum demonibus placita atque federa-
ta qualia sunt molimina magicarum ar-
tium que quidem commemorare potius quam
docere assolent poete. Ex quo genere sunt sed
quasi licenciore vanitate aruspicum et au-
gurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes
ligature atque remedia que medicorum
quoque disciplina condempnat sive in precantationibus
sive in quibusdam notis quos caracteres vocant
sive in quibusdam rebus suspendendis atque illigandis
vel etiam saltandis quodammodo non ad temperacionem
corporum sed ad quasdam significationes aut occultas
aut etiam manifestas que mitiori nomine phi-
sica vocant ut quasi non superstitione implicare sed
natura prodesse videantur sicut inaures in summo
aurium singularum aut de strucionum ossibus
ansule in digitis aut cum tibi dicitur singul-
cienti ut dextera manu sinistrum pollicem teneas.
His adiunguntur milia inanissimarum obser-
vacionum. Si membrum aliquod salierit si
iunctim ambulantibus amicis lapis vel canis
aut puer medius intervenerit atque illud quod la-
pidem calcant tamquam diremptorem amicitie
minus molestum est quam quod innocentem puerum
colapho percutiunt si pariter ambulantibus intervenit.
Sed bellum est quod aliquando pueri vindicantur
a canibus. Nam plerumque tam superstitiosi sunt
quidam ut etiam canem qui medius intervenerit fe-
rire audeant non impune. Nam citius a vano re-
medio cito in illum ille percussorem suum ad
verum medicum mittit. Hinc sunt etiam illa
limen calcare cum ante domum suam transit re-
dire ad lectum si quis dum se calciat sternuta-
verit redire ad domum si procedens offenderit
cum vestis eius a soricibus roditur plus timere
suspicione futuri mali quam presens dampnum dolere.
Unde illud eleganter dictum est Catonis qui
cum esset consultus a quodam qui sibi a soricibus
erosas caligas diceret respondit non esse illud
monstrum sed vere monstrum habendum fuisse
si sorices a caligis roderentur. Neque illi ab
hoc genere perniciose superstitionis segregandi
sunt qui genethliaci propter natalium consideraciones
dierum nunc autem vulgo mathe-
matici vocantur. c. xxi. De mathematicis erroris et prestigiis

Nam et ipsi quamvis veram stellarum positionem cum
quisque nascitur consectentur et aliquando etiam
pervestigent tamen quod inde conantur vel actiones
nostras vel actionum eventa predicere nimis er-
rant et vendunt imperitis hominibus mise-
rabilem servitutem. Nam quisque liber ad

Mercurius deus litterarum

A. non ut deum

Duo genera doctrinarum

Superstitiosum

Aruspices

De illis qui aliis errores ... velle nascentium mores et eventa predicere actus et eventa magna dementia est et miseria et ...

~~Quibus mathematicum eum ingressus fuit~~ dat pecuniam ut servum mercetur aut mittat aut venerit, vel potius omnes stellarum quibus illi qui prius erraverunt errore posteris propinaverunt vel bestiarum vel similitudinum vel hominum de ipsis hominibus honorandis imposuerunt vocabula. Non enim mirandum est cum etiam prioribus vetustioribusque temporibus sidus quod appellamus Luciferum honori et nomini Cesaris Romani dicare conati sunt, et fortasse fieret atque isset in vetustatem, nisi avia eius Venus praeoccupasset hoc nominis praedium, nec iure ullo ad heredes fieret quod numquam viva possederat aut possidendum petiverat. Ubi autem vacabat locus neque alicuius priorum mortuorum honore ut homo tenebatur, factum est quod in talibus rebus fieri solet, pro Quintili et Sextili mensibus Iulium atque Augustum vocamus ex honoribus hominum Iulii Cesaris et Augusti Cesaris nuncupatos, ut facile qui voluerit intelligat etiam illa sidera prius sine his nominibus vagata esse in celo. Mortuis autem illis quorum honorare memoriam vel coacti sunt homines regia potestate vel placuit humana vanitate, nomina eorum imponentes sideribus eos ipsos sibi mortuos in celum levare videbantur. Sed quolibet vocentur ab hominibus, tamen sunt sidera que deus instituit et ordinavit ut voluit, et est certus motus eorum quo tempora distinguuntur atque variantur. Quem motum variatum cum quisque nascitur se habeat facile est per eorum inventas et conscriptas regulas notare, quos sancta scriptura condempnat dicens: Si enim tantum potuerunt scire ut possent estimare seculum, quomodo eius dominum non facilius invenerunt. c. xxii. Quod superstitiosa quelibet fugienda.

Sed ea notatione velle nascentium mores actus eventa predicere magnus error et magna dementia est. Et apud eos quidem qui talia dediscenda didicerunt sine ulla dubitatione refellitur ista superstitio. Constellationes enim quas vocant notatio est siderum quomodo se habebant cum ille nasceretur de quo isti miseri a miserioribus consuluntur. Fieri autem potest ut aliqui gemini tam se sequantur ex utero ut intervallum temporis inter eos nullum possit apprehendi et constellationum numeris annotari. Unde necesse est nonnullos geminos easdem constellationes habere cum paria rerum vel que agunt vel que patiuntur eventa non habeant, sed plerumque ita dispara ut alius felicissimus alius infelicissimus vivat, sicut Esau et Iacob geminos accepimus natos, ita ut Iacob qui posterior nascebatur manu plantam precedentis fratris teneret. Horum certe dies atque hora nascentium non aliter notari posset nisi ut amborum constellatio esset una. Quantum autem intersit inter amborum mores facta labores atque successus, scriptura testis est iam ore omnium gentium predicata. Nec enim ad rem pertinet quod dicunt ipsum momentum minimum atque angustissimum temporis quod geminorum partum disterminat multum valere in rerum natura atque celestium corporum rapidissima velocitate. Ut enim concedam ut plurimum valeat, tamen in constellationibus a mathematicis inveniri non potest, quibus inspectis se fata dicunt predicere. Quod ergo in constellationibus non inveniunt, quas necesse est unas inspiciant sive de Iacob sive de eius fratre consulantur, quid eis prodest si distat in celo quod temere securi infamant, et non distat in tabula quam frustra solliciti intuentur? Quare iste quoque opiniones quibusdam rerum signis humana presumptione institutis ad eadem illa quasi quedam cum demonibus pacta et conventa referenda sunt. Hinc enim fit ut occulto quodam iudicio divino cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi et decipiendi pro meritis voluptatum suarum, illudentibus eos atque decipientibus prevaricatoribus angelis, quibus ista mundi pars infima secundum pulcherrimum ordinem rerum divine providentie lege subiecta est. Quibus illusionibus et deceptionibus

euenit et istis superstitiosis et perniciosis diuinationibus quibus multa preterita et futura dicuntur nec aliter accidunt quam dicantur multaque obseruantibus secundum obseruationes suas eueniunt quibus implicati curiosiores fiant et se magis magisque inserant multiplicibus laqueis perniciosissimi erroris. Hoc genus fornicationis anime salubriter diuina scriptura non tacuit neque ab ea sic deterruit animam ut propterea talia negaret esse sectanda quia falsa dicuntur a professoribus eorum sed etiam si dixerint nobis inquit et ita euenerit ne credatis eis. Non enim quia ymago samuelis mortui sauli regi vera prenunciauit propterea talia sacrilegia quibus illa ymago presentata est minus execranda sunt aut quia in actibus apostolorum ventriloqua femina verum testimonium perhibuit apostolis domini ideo paulus apostolus pepercit illi spiritui ac non potius feminam illius demonii correptione atque exclusione mundauit. Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatorie vel noxie superstitionis ex quadam pestifera societate hominum et demonum quasi pacta infidelis et dolose amicitie constituta penitus repudianda sunt et fugienda christiano. Non quod ydolum sit aliquid ait apostolus sed quia que ymolant demoniis ymolant et non deo nolo autem vos fieri socios demoniorum. Quod autem de ydolis et de ymolationibus que honori eorum exhibentur dixit apostolus hoc de omnibus ymaginariis signis sentiendum est que vel ad cultum ydolorum vel ad creaturam eius partes tamquam deum colendas trahunt vel ad remediorum aliarumque obseruationum curam pertinent que non sunt diuinitus ad dilectionem dei et proximi tamquam publice constituta sed priuatas appetitiones rerum temporalium corda dissipant miserorum. In omnibus ergo istis doctrinis societas demonum formidanda atque vitanda est qui nichil cum principe suo diabolo nisi reditum nostrum claudere atque obserare conantur. Sicut autem de stellis quas condidit et ordinauit deus humane et deceptorie coniecture ab hominibus institute sunt sic etiam de quibusque nascentibus vel quoquomodo diuine prouidencie administratione existentibus rebus multi multa quasi suspicionibus que regulariter collecta literis mandauerunt si forte insolite acciderint ut si mula pariat aut fulmine aliquid feriatur.

c. xxiiii Diabolum hiis irretire homines

Que omnia tantum va[lent] quanta suspicantur. Valent quantum presumptione animorum quasi quadam lingua cum demonibus federata sunt que tamen plena sunt omnia pestifere curiositatis cruciantis sollicitudinis mortifere seruitutis. Non enim quia valebant animaduersa sunt sed animaduertendo atque signando factum est ut valerent et ideo diuersis diuersa proueniunt secundum cogitationes et presumptiones suas. Illi enim spiritus qui decipere volunt talia procurant cuique qualem eum irretitum per suspiciones et consensiones eius vident. Sicut enim verbi gratia una figura littere que decussatim notatur aliud apud grecos aliud apud latinos valet non natura sed placito et consensione significandi et ideo qui vtramque linguam nouit si homini greco velit aliquid significare scribendo non in ea significatione ponit hanc literam in qua eam ponit cum homini scribit latino et beta vno eodemque sono apud grecos litere apud latinos oleris nomen est et cum dico lege in his duabus sillabis aliud grecus aliud latinus intelligit. Sicut ergo hec omnes significationes pro sue cuiusque societatis consensione animos mouent et quia diuersa consensio est diuerse mouent nec ideo consenserunt in eas homines quia iam valebant ad significationem sed ideo valent quia consenserunt in eas sic etiam illa signa quibus perniciosa demonum societas comparatur pro cuiusque obseruationibus valent. Quod manifestissime ostendit ritus augurum qui

genus fornicationis

Samuel

a et alpha

qui et aliquam observent et postea quam servata signa tenuerint id agunt ut videant volatus aut audiant voces avium que nulla signa sunt ista nisi consensus observantis accedat. c xxiiii De institutis hominum superfluis et necessariis

Quibus ut amputatis atque eradicatis ab animo christiano deinceps videamus instituta hominum non superstitiosa, id est non cum demonibus sed cum ipsis hominibus instituta. Nam omnia que ideo valent inter homines quia ita placuit inter eos ut valeant instituta hominum sunt, quorum partim superflua luxuriosaque instituta sunt, partim commoda et necessaria. Illa enim signa que saltando faciunt histriones, si natura non instituto et consensione hominum valerent, non primis temporibus saltante pantomimo preco populis Carthaginis indicaret quid saltator vellet intelligi. Adhuc enim multi meminerunt senes quorum relatu hec solemus audire. Quod ideo credendum est quia nunc quoque si quis theatrum talium nugarum imperitus intraverit, nisi ei dicatur ab altero quid illi motus significent, frustra totus intentus est. Appetunt tamen omnes quandam similitudinem in significando, ut ipsa signa in quantum possunt rebus que significantur similia sint. Sed quia multis modis simile aliquid alicui potest esse, non constant talia signa inter homines nisi consensus accedat. In picturis vero et statuis ceterisque huiusmodi simulatis operibus maxime peritorum artificum nemo errat cum similia viderit ut agnoscat quibus sint rebus similia. Et hoc totum genus inter superflua hominum instituta numerandum est, nisi cum interest quid eorum, qua de causa, et ubi, et quando, et cuius auctoritate fiat. Milia denique fictarum fabularum et falsitatum quarum mendaciis homines delectantur humana instituta sunt, et nichil magis hominum propria que a se ipsis habent existimanda sunt quam queque falsa atque mendacia. Commoda vero et necessaria hominum cum hominibus instituta sunt quecumque in habitu et cultu corporis ad sexus vel honores discernendos differentia placuit

et innumerabilia genera significationum sine quibus humana societas aut omnino aut minus commode geritur, queque in ponderibus atque mensuris et nummorum impressionibus et estimationibus sua cuique civitati et populo sunt propria et cetera huiusmodi, que nisi hominum instituta essent non per diversos populos varia essent, nec in ipsis singulis populis pro arbitrio suorum principum mutarentur. Sed hec tota pars humanorum institutorum que ad usum vite necessarium proficiunt nequaquam est fugienda christiano, immo etiam quantum satis est intuenda memoriaque retinenda. c xxv Que instituta repudianda vel que assumenda

Adumbrata enim quedam et naturalibus utcumque similia hominum instituta sunt. Quorum ea que ad societatem sunt ut dictum est demonum pertinent penitus repudianda sunt atque detestanda. Ea vero que homines ad homines habent assumenda in quantum non sunt luxuriosa atque superflua, et maxime litterarum figure sine quibus legere non possumus linguarumque varietas quantum satis est, de qua superius disputavimus. Ex eo genere sunt etiam note quas qui didicerunt proprie iam notarii appellantur. Utilia sunt ista nec discuntur illicite nec superstitione implicant nec luxu enervant si tantum occupant ut maioribus rebus ad quas adipiscendas servire debent non sint impedimento. c xxvi Instituta alia ad corpus alia ad animum pertinere

Iam vero illa que non instituendo sed aut transacta temporibus aut divinitus instituta investigando homines prodiderunt, ubicumque discantur non sunt hominum instituta existimanda. Quorum alia sunt ad sensus corporis, alia vero ad rationem animi pertinentia. Sed illa que sensu corporis attingimus vel narrata credimus vel demonstrata sentimus vel experta coniectamus. c xxvii Historia utilis

Quicquid igitur non tamen divina sed ceterum de ordine temporum transactorum gentilis indicat ea que appellatur historia plurimum nos adiuvat ad libros sanctos intelli-

et aliquid

Simile

fabule nulle

gentibus etiam si preter ecclesiam puerili eruditione
discatur, nos adiuvat. Nam et per olympiadas et per consu-
lum nomina multa sepe queruntur a nobis
et ignorantia consulatus quo natus est dominus
et quo passus est nonnullos coegit erra-
re ut putarent quadraginta sex annorum
etate passum esse dominum, quia per tot annos
edificatum est templum a iudeis quod ymagi-
nem dominici corporis habebat. Et annorum
quidem fere triginta baptizatum esse retinemus
auctoritate evangelica. Sed postea quot annos in
hac vita egerit quamquam textu ipso actionum
eius animadverti possit, tamen ne aliqua
etiam caligo dubitationis oriatur, ex histo-
ria gentium collata cum evangelio liquidius
certiusque colligitur. Tunc enim videbitur non
frustra esse dictum quadraginta sex annis tem-
plum edificatum sit, ut cum referri iste
numerus ad etatem domini non potuerit, ad
secretiorem instructionem referatur corporis huma-
ni, quod induere propter nos non dedignatus
est unicus dei filius per quem facta sunt
omnia. De utilitate autem historie, ut
omittam grecos, quantam noster Ambrosius
questionem solvit calumpniantibus platonis
lectoribus et dilectoribus, qui dicere ausi
sunt omnes domini nostri Iesu Christi sententias
quas mirari et predicare coguntur, de
platonis libris eum didicisse, cum longe
ante humanum adventum domini platonem
fuisse negari non possit. Nonne memo-
ratus episcopus considerata historia gen-
tium, cum reperisset platonem Ieremie
prophete temporibus profectum fuisse in egyptum,
ubi propheta ille tunc erat, probabilius esse osten-
dit quod plato potius nostris litteris per Ieremiam
fuit imbutus, ut illa posset docere vel scri-
bere que iure laudantur. Ante litteras
enim gentis hebreorum, in qua unius dei cul-
tus emicuit, ex qua secundum carnem venit
dominus noster, nec ipse quidem pitagoras fuit,
a cuius posteris platonem theologiam
didicisse isti asserunt. Ita temporum consideratione

plato ieremie fuit imbutus in egypto

pitagoras

temporibus fit multo credibilius istos potius de
nostris litteris habuisse quecumque bona et vera
dixerunt, quam de platonis dominum nostrum Iesum
Christum, quod dementissimum est credere. Narratione
autem historica cum preterita etiam hominum insti-
tuta narrantur, non inter humana instituta ipsa hi-
storia numeranda est, quia iam que transierunt
nec infecta fieri possunt, in ordine temporum
habenda sunt, quorum est conditor et admini-
strator deus. Aliud est enim facta narrare, aliud
facienda docere. Historia facta narrat fideliter
atque utiliter. Libri autem aruspicum et quecum-
que similes litteras facienda vel observanda mo-
nent docere, monitoris audacia non indicis
fide. c. xxviii de demonstratione rerum presentium et siderum sit

Est enim narratio demonstrationi similis, qua non preterita sed presentia in-
dicantur ignaris. In quo genere sunt quecumque
de locorum situ naturisque animalium lignorum
herbarum lapidum aliorumve corporum scripta sunt.
De quo genere superius egimus, eaque cognitio
valet ad enigmata scripturarum solvenda,
non ut pro quibusdam signis adhibeantur
tamquam ad remedia vel machinamenta super-
stitionis alicuius. Nam et illud genus iam dis-
tinctum ab hoc licito et libero separavimus. Aliud
enim est dicere: tritam istam herbam si biberis non
dolebit venter, et aliud est dicere: istam herbam
collo si suspenderis venter non dolebit. Ibi enim
comprobatur contemperatio salubris, hic signi-
ficatio superstitiosa damnatur. Quamquam ubi pre-
cantationes et invocationes et caracteres non
sunt, plerumque dubium est utrum res que al-
ligatur aut quoquo modo adiungitur sanando cor-
pori in natura valeat, quod libere adhibendum
est, an significativa quadam obligatione proveniat,
quod tanto prudentius oportet cavere quanto magis
efficacia prodesse videntur. Sed ubi latet
qua causa quid valeat, quo animo quisque
utatur interest, dumtaxat in sanandis vel temperandis
corporibus sive in medicina sive in agricul-
tura. Siderum autem cognoscendorum non nar-
ratio sed demonstratio est, quorum perpauca

Cognitio motuum celestium et siderum et explicatio multum adiuvat sed potius tractationem plus impedit divinarum scripturarum infructuosa intencione plurimis

Scriptura detestatur genus captiosarum conclusionum

scriptura commemorat. Sic autem plures notum
est lune cursus qui et ad passionem domini anni
versarie celebrandam sollempniter adhibetur.
Sic paucissimarum ceterarum quoque siderum vel
ortus vel occasus vel alia queque momenta
sine ullo errore sunt notissima. Que per se
ipsa cognitio quamquam superstitione non alli
get non multum tamen ac fere nil adiuvat
tractationem divinarum scripturarum et infructuo
sa intencione plus impedit et quia fami
liaris est perniciosissimo errori fatua fata
cantantium commodius honestiusque contempnitur.
Habet autem preter demonstrationem presentium
etiam preteritorum narracioni simile aliquid quod
a presenti positione motuque siderum et in pre
terita eorum vestigia regulariter licet recur
rere. Habet etiam futurorum regulares coniec
turas non suspiciosas et ominosas sed
certas et ratas non ut ex eis aliquid tra
here in nostra facta et eventa temptemus
qualia mathematicorum deliramenta sunt
sed quantum ad ipsa pertinet sidera. Nam sicut
is qui computat lunam etiam hodie inspe
xerit quota sit et ante quotlibet annos quota
fuit et post quotlibet annos quota futura
sit potest predicere. sic de unoquoque siderum qui
ea perite computant respondere consueverunt.
De qua tota cognitione quantum ad usum eius
attinet quid mihi videatur aperui. c xxix Cum di
versis artibus figurate sunt locuciones scripturarum

Ceterarum autem artium quibus aliquid fabri
catur vel quod remaneat post operationem ar
tificis ab illo effectum sicut domus et scamnum et
vas aliquod atque alia huiusmodi vel que mini
sterium quoddam exhibent operanti deo sicut medicina
et agricultura et gubernatio vel quarum omnis
effectus est actio sicut saltationis et cursionis
et luctaminis harum ergo cunctarum artium
de preteritis experimenta faciunt etiam futura conici
nam nullus earum artifex membra movet in
operando nisi preteritorum memoriam cum futurorum
expectatione contexat. Harum cognitio tenu
iter in ipsa vita humana usurpanda
est non ad operandum nisi forte officium aliquod

cogat. Et quoniam nunc ~~nec~~ non agimus sed ad
iudicandum ne omnino nesciamus quod scriptura
velit insinuare cum ex hiis artibus aliquas
figuratas locuciones inserit. c xxx dispu
tacione questiones terminat virtus sacra pagina

Restat ea que non ad corporis
sensus sed ad racionem ea pertinet ubi
disciplina regnat disputacionis et numeri.
Sed disputacionis disciplina ad omnia
genera questionum que in litteris sanctis sunt pe
netranda et dissolvenda plurimum valet.
Tantum ibi cavenda est libido rixandi et
puerilis quedam ostentacio decipiendi adversa
rium. Sunt enim multa que appellantur
sophismata false conclusiones racionum
et plerumque ita veras imitantes ut non
solum tardos sed ingeniosos etiam minus
diligenter attentos decipiant. Proposuit enim
quidam dicens ei cum quo loquebatur. Quod ego
sum tu non es. At ille consensit. Verum enim
erat ex parte vel eo ipso quod iste insidiosus
ille simplex erat. Tunc iste addidit. Ego
autem homo sum. Hoc quoque cum ab illo accepis
set conclusit dicens. Tu igitur non es homo.
Quod genus captiosarum conclusionum scriptura
quantum existimo detestatur illo loco ubi dictum
est: Qui sophistice loquitur odibilis est.
Quamquam et sermo non captiosus sed tamen
habundancius quam gravitatem decet verborum
ornamenta consectans sophisticus dicitur.
Sunt etiam vere connexiones raciocinationis
falsas habentes sententias que consequuntur errorem
illius cum quo agitur. que tamen ad hoc infe
runtur a bono et docto homine ut in his
erubescens ille cuius errorem consequuntur eundem
relinquat errorem quia si in eodem manere
voluerit necesse est etiam illa que dampnat
tenere cogatur. Non enim vera inferebat apostolus
cum diceret neque christus resurrexit et
illud aliud: Inanis est predicacio nostra
inanis est et fides vestra et deinceps alia
que omnino falsa sunt quia christus resur
rexit et non erat inanis predicacio eorum
qui hoc annunciabant nec fides eorum qui

nota hic argumentatio

hoc credunt. Sed ista falsa verissime co-
nectebantur illi sententie qua dicebant non esse
resurrectionem mortuorum. Istis autem falsis
repudiatis quoniam vera erat si mortui non
resurgunt consequens erit nulla mortuorum. Eciam
enim sunt vere connexiones non solum verarum
sed eciam falsarum sententiarum facile est veritatem con-
nexionum eciam in scolis illis discere que
preter ecclesiam sunt. Sententiarum autem veritas in
sanctis libris ecclesiasticis investiganda est

c. xxxi. Quod sit regula connexionis

Ipsa tamen veritas connexionis non institu-
ta, sed animadversa est ab hominibus et no-
tata ut eam possint vel discere vel docere
nam est in rerum racione perpetua et divi-
nitus instituta. Sicut enim qui narrat or-
dinem temporum non eum ipse componit et locorum
situs aut naturas animalium, vel stirpium vel la-
pidum vel serpentium qui ostendit non
res ostendit ab hominibus institutas. et ille
qui demonstrat sidera eorumque motus non
a se vel ab homine aliquo rem institutam
demonstravit. sic eciam qui dicit, cum falsum est
quod sequitur necesse est ut falsum sit quod precedit
verissime dicit, nec ipse facit ut ita sit
sed tamen ita esse demonstrat. Ex hac re-
gula est istud quod de apostolo commemoravimus
precedit enim non esse resurrectionem mor-
tuorum quod dicebant illi quorum errorem
destruere volebat apostolus. porro illam sententiam
precedentem qua dicebant non esse resu-
rrectionem mortuorum necessario sequitur neque
Christus resurrexit falsum est, Christus enim resu-
rrexit. falsum est ergo quod precedit. precedit
autem non esse resurrectionem mortuorum. est
igitur resurrectio mortuorum. quod totum breviter
sic dicitur. si non est resurrectio mortu-
orum neque Christus resurrexit. Christus enim re-
surrexit, est igitur resurrectio mortuorum.
Hoc ergo ut consequenti ablato auferatur
eciam necessario quod precedit, non instituerunt
homines sed ostenderunt. et hec regula per-
tinet ad veritatem connexionum non ad veri-
tatem sententiarum

c. xxxii. Sicut in falsis veras sic in veris falsas fieri conclusiones

Sed in hoc loco cum de resurrectione agere-
tur et regula vera connexionis est et ipsa in
conclusione sententia. In falsis autem sententiis conclu-
sionis veritas est isto modo. faciamus aliquem concessisse
si animal est cochlea vocem habet. hoc concesso pro-
batum fuit vocem cochleam non esse. quod con-
sequenti ablato istud quod precedit auferetur
concludit non esse animal cochleam. que sententia falsa
est sed ex concesso falso vera est conclusionis
connexio. veritas itaque sive per seipsam valet
autem veritas connexionis ex eius cum quo
agitur opinione vel connexione et concessione
consistit. Ideo autem ut supra diximus infer-
tur connexione quod falsum est ut eum cuius er-
rorem corrigere volumus peniteat concessisse
precedencia quorum consequencia videt esse
respuenda. Iam hinc intelligere est fa-
cile sic in falsis sentenciis veras sic in veris
sentenciis falsas conclusiones esse posse. Quam
Fac enim aliquem proposuisse si iustus est ille
bonus est. et eum concessisse. deinde assumpsisse
non est autem iustus et hoc eum concesso in-
tulisse conclusionem non est igitur bonus. Que
tamen et si vera sunt omnia non est tamen vera
regula conclusionis. non enim ablato conse-
quenti auferatur necessario quod precedit. ita eciam
ablato precedenti auferatur necessario quod sequitur.
Vera enim est cum dicimus si orator est homo
est. ex qua proposicione si assumamus non
est autem orator non erit consequens non est homo

c. xxxiii. Aliud est veritas connexionis aliud veritas sententiarum

Ergo aliud est nosse regulas connexionis aliud veritatem sententiarum. In illis
discitur quid sit consequens quid non consequens
quid repugnans. Consequens est si orator
est homo est. Non consequens si homo est ora-
tor est. Repugnans si homo est quadrupes
est. Hic ergo de ipsa connexione iudicatur
In veritate autem sententiarum ipsa per se sine con-
nexione consideranda est. Sed veris
certisque sententiis cum incerte verae connexione

indigent. Talis ipse enim status necesse est. Quicumque autem sic se iactant tamquam veritatem connexionis didicerint quod sententia ipsa sit veritas, et rursus quidam plerumque retinentes verum sententiarum male se contempnunt, quia leges conclusionis ignorant. Tamen melior sit qui noverit esse resurrectionem mortuorum, quam ille qui novit consequens esse ut si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit.

c. xxxiiii. Scientia diffiniendi dividendi et partiendi ratione recepta

Item scientia diffiniendi dividendi atque partiendi quamquam rebus etiam falsis plerumque adhibeatur, ipsa tamen falsa non est neque ab hominibus instituta, sed in rerum ratione comperta. Non enim quia in fabulis suis eam poete et opinionibus erroris sui vel falsi philosophi vel etiam heretici, hoc est falsi christiani, adhibere consueverunt, propterea falsum est neque in diffiniendo neque in dividendo aut partiendo complectendum est quod ad rem non pertinet ipsam, aut aliquid quod pertinet pretereundum. Hoc verum est etiam si ea que diffiniuntur aut distribuuntur vera non sunt. Nam et ipsum falsum diffinimus tamquam dicimus falsum esse significationem rei non ita se habentis ut significatur, sive alio aliquo modo, que diffinitio vera est, quamvis falsum verum esse non possit. Possumus etiam dividere dicentes, duo genera esse falsi: unum eorum que omnino esse non possint, alterum eorum que non sint, quamvis esse possint. Nam qui dicit septem et tria undecim esse, id dicit quod omnino esse non potest; qui autem dicit kalendis ianuariis pluisse, tamen et si factum non sit, id quod dicit et fieri potuit. Diffinitio igitur et divisio falsorum potest esse vera, quamvis falsa ipsa utique vera non sint.

c. xxxv. Non eloquentie facultas culpanda

Sunt etiam quedam precepta uberioris disputationis que iam eloquentia nominatur, que nichilominus vera sunt quamvis eis possint etiam falsa persuaderi. Sed quia et vera esse possunt, non est facultas ipsa culpabilis, sed ea facultate male utentium perversitas. Nam neque hoc ab hominibus institutum est ut caritatis expressio conciliet auditorem, aut ut facile quod intendit insinuet brevis et aperta narratio, et varietas eius sine fastidio teneat intentos, et cetera huiusmodi observationes que sive in falsis sive in veris causis vere sunt, tamen in quantum sciri vel credi aliquid faciunt, aut ad expetendum fugiendumve animos movent, invente potius quod ita se habeant, quam ita se haberent institute.

c. xxxvi. Plerumque ipsas res levius disci quam ipsarum scientiam

Sed hec pars tamen dicunt magis ut proferamus ea que intellecta sunt quam ut intelligamus adhibenda est. Illa vero per conclusionum et diffinitionum et distributionum plurimum intellectorem adiuvat, tamen absit error quo videtur sibi homines ipsam beate vite veritatem didicisse cum ista didicerunt. Quamquam plerumque accidat ut facilius homines res eas assequantur propter quas assequendas ista discuntur, quam illarum preceptorum nodosissimas et spinosissimas disciplinas. Tamquam si quispiam dare velit precepta ambulandi, moneat non esse levandum posteriorem pedem nisi cum posueris priorem, deinde minutatim quemadmodum articulorum et poplitum cardines optat movere describat, vera enim dicit nec aliter ambulari potest, sed facilius hoc homines faciendo ambulant quam animadvertunt cum faciunt aut intelligunt cum audiunt. Qui vero ambulare non possunt multo minus ea curant que nec experiendo possunt attendere. Ita plerumque citius ingeniosus videt non esse ratam conclusionem quam precepta eius capit. Tardus autem non eam videt sed multo minus quod illa precipit. Magis quam in hiis omnibus ipsa spectacula veritatis sepe delectant, quam ex eis in disputando aut iudicando adiuvamur, nisi forte quod exercitatiora reddunt ingenia, si etiam maligniora aut etiam inflatiora non reddat, hoc est ut aut decipere verisimili sermone atque interrogationibus

amet / aut aliquid magnum / quo se homines atque in occultis ... ponunt, si assecutus putet / quia ista didicerat. c. xxxvii Regula numerorum non instituta ab hominibus sed

Iam vero numeri disciplina cuilibet tardissimo clarum est quod non sit ab hominibus instituta, sed potius indagata et inventa. Non enim sicut primam sillabam ytalie quam breuem pronunciauerant veteres et non fuit virgilius et longa facta est, ita quisquis propter voluit, ita ter terna aut non sint nouem aut non possint efficere quadratam figuram, aut non ad ternarium numerum tripla sint aut ad senarium sesquialtera, ad nullum dupla, quia intelligibiles numeri semissem non habent. Siue ergo in se ipsis considerentur siue ad figurarum aut ad sonorum aliarumue motionum leges numeri adhibeantur, incommutabiles regulas habent neque ullo modo ab hominibus institutas sed ingeniosorum sagacitate compertas. c. xxxviii Quod tamen omnia que scire debet determinat.

Que tamen omnia quisquis ita dilexerit ut iactare se inter imperitos velit, et non potius querere unde sint vera que tantummodo vera esse persenserit, et unde quedam non solum vera sed etiam incommutabilia, que incommutabilia esse comprehenderit, ac sic a specie corporum usque ad humanam mentem perueniens, cum et ipsam mutabilem inuenerit, quia nunc docta nunc indocta sit constituta, cum tamen inter incommutabilem supra se veritatem et mutabilia infra se cetera, ad unius dei laudem atque dilectionem cuncta conuertere agnoscit, a quo cuncta esse cognoscit, doctus videri potest, esse autem sapiens nullo modo. Quamobrem videtur mihi studiosis et ingeniosis adolescentibus et timentibus deum beatamque vitam querentibus salubriter precipi ut nullas doctrinas que preter ecclesiam Christi exercentur tamquam ad beatam vitam capessendam secure sequi audeant, sed eas sobrie diligenterque diiudicent, et si quas inuenerint ab hominibus institutas uarias propter diuersam voluntatem instituentium et ignotas propter suspiciones errantium, maxime si habent etiam cum demonibus initam societatem per quasdam significationes quasi quedam pacta atque conuenta, repudient penitus et detestentur. Alienent etiam studium a superfluis et luxuriosis hominum institutis. Illa vero instituta hominum que ad societatem conuictus valent pro ipsa vite huius necessitate, non negligant. In ceteris vero doctrinis que apud gentes inueniuntur preter historiam rerum vel preteriti temporis vel presentis ad sensus corporis pertinentium, quibus etiam utilium artium corporalium experimenta et coniecture annumerantur, et preter rationem disputationis et numeri, nihil utile arbitror. In quibus omnibus tenendum est: ne quid nimis, et maxime in his que ad corporis sensus pertinentia voluuntur temporibus et continentur locis. Sicut autem quidam de verbis omnibus et nominibus hebreis et siris et egyptiis vel si qua alia lingua in scripturis sanctis inueniri potest, que in eis sine interpretatione sunt posita, fecerunt ut ea separatim interpretarentur, et quod Eusebius fecit de temporum historia propter librorum diuinorum questiones que usum eius flagitant, quod ergo hi fecerunt de his rebus ut non sit necesse christiano in multis propter pauca laborare, sic uideo posse fieri, si quem eorum qui possunt benignam sane operam fraterne utilitati delectet impendere, ut quoscumque terrarum locos queue animalia vel herbas atque arbores siue lapides siue metalla incognita species quaslibet scriptura commemorat, ea generatim digerens sola exposita litteris mandet. Potest etiam de numeris fieri, ut eorum tantum numerorum ratio exposita conscribatur quos diuina scriptura meminit. Quorum aliqua aut omnia iam forte facta sunt, sicut multa que a bonis doctis christianis elaborata et conscripta non arbitramur inuenimus, sed siue propter turbas negligentium siue propter inuidorum occultationes latent. Quod utrum et ratione disputandi fieri possit ignoro, et videtur mihi non posse, quia per totum textum scripturarum colligata est neruorum vice. Et ideo magis ad ambigua sol-

Eusebius temporum

perveniens

exponens

de philosophis iniustis possessoribus et uasis aureis ... egipciorum

uenda et explicanda de quibus prius loquimur
legentes adiuuat quam ad incognita signa cog-
noscenda de quibus nunc agimus. c xxxix

Philosophorum dicta exemplo hebreorum et egipciorum re-capienda

Philosophi autem qui uocantur
si qua forte uera et fidei nostre accommo-
data dixerunt maxime platonici non solum
formidanda non sunt, sed ab eis etiam tamquam
ab iniustis possessoribus in usum nostrum uen-
dicanda. Sicut enim egipcii non tantum ydola ha-
bebant et onera grauia que populus israel detes-
taretur et fugeret sed etiam uasa atque ornamen-
ta de auro et argento et uestes que ille
populus exiens de egipto sibi potius tamquam
ad usum meliorem clanculo uendicauit, non
auctoritate propria sed precepto dei ipsis egipciis ne-
scienter accommodantibus ea quibus non bene ute-
bantur, sic doctrine omnes gentilium non solum
simulata et superstitiosa figmenta et graues
sarcinas superuacui laboris habent, que
unusquisque nostrum duce christo de societate
gentilium exiens debet abhominari atque
deuitare, sed etiam liberales disciplinas usui
ueritatis aptiores et quedam morum precepta uti-
lissima continent, deque ipso uno deo cole-
ndo nonnulla inueniuntur uera apud eos, quod
eorum tamquam aurum et argentum, quod non ipsi
instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis di-
uine prouidencie que ubique infusa est erue-
runt et quo peruerse atque iniuriose ad
obsequia demoniorum abutuntur, tamen ab eorum
misera societate sese animo separans debet ab
eis auferre christianus ad usum iustum pre-
dicandi euangelium. Uestem quoque illorum id est hominum
quidem instituta sed tamen accommodata humane
societati qua in hac uita carere non possumus
accipere atque habere licuit in usum conuertenda
christianum. Nam quid aliud fecerunt multi bo-
ni fideles nostri? Nonne aspicimus quanto auro
et argento et ueste ~~suffarcinatus~~ suffarci-
natus exierit de egipto cyprianus doctor
suauissimus et martir beatissimus, quanto lac-
tancius quanto uictorinus optatus hylarius
ut de uiuis taceam, quanto innumerabiles
greci, quod prior ipse fidelissimus dei

(margin: subsarcinatus)

famulus moyses fecerat, de quo scriptum est eruditus
fuit omni sapientia egipciorum. Quibus omni-
bus uiris superstitiosa gentium consuetudo et
maxime illis temporibus cum christi respuens iu-
gum christianos persequebatur disciplinas quas
utiles habebat numquam commodaret si eas
in usum colendi unius dei quo uanus
ydolorum cultus exscinderetur conuersum iri suspica-
retur, sed dederunt aurum et argentum et ue-
stem suam exeunti de egipto populo dei
nescientes quemadmodum illa que dabant
in christi obsequium redderentur. Illud enim in exo-
do factum sine dubio figuratum est ut
hoc presignaret quod sine preiudicio alterius
aut paris aut melioris intelligencie dixe-
rimus. xl contra presumpti necessaria sit humilitas

Sed hoc modo instructus diuinarum scrip-
turarum studiosus, cum ad eas perscru-
tandas accesserit cepit illud apostoli co-
gitare non cesset, scientia inflat caritas e-
dificat. Ita enim sentit ut quamuis de
egipto diues exeat tamen nisi pascha ege-
rit saluum se esse non posse. Pascha autem
nostrum ymolatus est christus, nichilque ma-
gis ymolacio christi docet quam illud
quod ipse clamat tamquam ad eos quos in
egipto sub pharaone uidet laborare: Ue-
nite ad me omnes qui laboratis et one-
rati estis et ego uos reficiam. Tollite iu-
gum meum super uos et discite a me quia
mitis sum et humilis corde et inuenietis
requiem animabus uestris. Iugum enim meum
suaue est et sarcina mea leuis est.
Quibus nisi mitibus et humilibus corde quos (margin: mitibus bonis)
non inflat scientia sed caritas edificat? Me-
minerint ergo illorum qui pascha illo
tempore per umbrarum ymaginaria celebrabant
cum signi postes sanguine agni iubentur
ysopo fuisse signatos. Herba hec humilis et (margin: ysopus)
mitis est et nichil forcius penetrabilius
eius radicibus ut in caritate radicati et
fundati possimus comprehendere cum omnibus
sanctis que sit latitudo longitudo altitudo

no latitudo crucis / longitudo / altitudo / profundum

et profunditas .i. crucem domini / cuius latitudo
dicitur in transverso ligno quo extenduntur ma-
nus / longitudo a terra usque ad ipsam lati-
tudinem / quo a manibus et infra totum corpus
extenditur altitudo a latitudine sursum us-
que ad summum quo adheret caput profun-
dum vero quod terre infixum absconditur / Quo
signo crucis omnis actio ~~christiana~~ christiana
describitur / bene operari in christo / et ei perseveran-
ter inherere / sperare celestia / sacramenta
non prophanare / Per quam actionem purgati
valebimus cognoscere et supereminentem
scientie caritatem christi qua equalis est patri
per quem facta sunt omnia ut impleamur
in omnem plenitudinem dei / Est etiam in
ysopo vis purgatoria ne inflate scientie
de divitiis ab egypto ablatis superbe
aliquid pulmo tumidus anhelet /
Asperges me inquit domine ysopo et mun-
dabor lavabis me et super nivem dealbabor
Auditui meo dabis gaudium et leticiam
Deinde addit consequenter ut ostendat
purgationem a superbia significari ysopo
Exultabunt ossa humiliata c xli Ex-
emplo ostendit habundantiorem divinarum
Quantum autem quam gentilium doctrinam
Q minor est auri argenti que vestis que
copia quam de egypto secum ille populus ab-
stulit in comparatione divitiarum quas postea
ea Ierosolime consecutus est / que maxime
in salomone rege ostenduntur / tanta sit cuncta
scientia / que quidem est utilis collecta de
libris gentium si divinarum scripturarum scientie
comparetur / Nam quicquid homo didicerit
si noxium est ibi dampnatur si utile est
ibi invenitur / Et cum ibi quisque invenerit
omnia que utiliter alibi didicit / multo
habundantius ibi inveniet ea que nusquam
omnino alibi / sed in illarum tantum mira scrip-
turarum altitudine mirabili et mirabili
humilitate discuntur / Hac igitur instruc-
tione preditum / signa incognita lectorem
non impedient mitem et humilem cor-
de subiugatum leniter christo et oneratum

no hanc comparationem scripture dare et gentilium

leni
sarcinam / fundatum et radicatum et edifica-
tum in caritate / quam scientia inflare non
possit / accedat ad ambigua signa in scriptu-
ris consideranda et discutienda de quibus iam
tercio volumine dicere aggrediar quod dominus do-
nare dignabitur. Explicit liber secundus. Incipiunt
capitula libri tercii. capitulum primum. Cogni-
tis signis incognitis ambigua sint discutienda
ii Ex distinctione debita aufert ambiguitatem
iii Pronunciatio debita aufert dubium
iiii Dubietas ubi solvitur per circumstanciam ser-
monis v Figuratam locutionem ad literam non
accipi vi Iudei utiles signa pro rebus servan-
tes deo placuerunt vii Gentilium vero signa
pro rebus non accipi viii Christianitas utilia
suscipiens inutilia signa removit ix Quo-
modo signis sit utendum x Quomodo propria et que figura-
ta locutio et quid caritas xi Quomodo aspera et
que figurata locutio xii Item figurata et proprie
dicta locutio xiii Bona consuetudo cum figura-
ta participat vel proprio xiiii Consuetudo in sanctis
non mutat xv In figuratis locutionibus regula
servanda xvi Preceptiva locutio est figurata
et non figurata xvii Quomodo carnaliter precepta ad
spiritualia reducantur xviii Gesta veterum et
licet propria non tamen flagiciosa pro tempore xix Luxurio-
sos non credere posse licite uti feminis xx
Exemplo apostolorum veteres non libidinose
usos feminis xxi Exemplum david non libi-
dine affici in feminis xxii Item david exemplum
et quod veterum gesta figurata sed non omnia
exemplo xxiii Peccata sanctorum licet per figuram
non tamen per exemplum xxiiii In figurata locutione
querenda vitas xxv Una res nunc contraria
nunc diversa significat xxvi Obscurius posita
non semper identidem recipienda xxvii Quomodo
scrutanda eloquia dei xxviii Inerte sine fine
investigande xxix Quomodo scriptura utitur
tropis necessario xxx De septem thyconii regulis
xxxi Prima regula thyconii de domino et eius
corpore xxxii Secunda de domini corpore bipartito
xxxiii Tercia de promissis et lege xxxiiii Quarta
regula thyconii de genere et specie xxxv Quinta
regula de temporibus xxxvi Sexta regula recapi-
tulatio xxxvii Septima regula de diabolo et

et corpore eius xxxviii. Tropica locutio posita sermone levitae capitulum xxxix. Annotatio sine ignara locutionum explicare capitula. Incipit liber tercius. Cum primum cognitis signis incognitis ambigua sint discutienda

Homo timens deum voluntatem eius in scripturis sanctis diligenter inquirit. Et ne amet certamina pietate mansuetus praemunitus etiam scientia linguarum ne in verbis locutionibusque ignotis haereat, praemunitus etiam cognitione quarundam rerum necessariarum ne vim naturamque earum que propter similitudinem adhibentur ignoret, adiuvante etiam codicum veritate, quam sollers emendationis diligentia procuraverit, veniat ita instructus ad ambigua scripturarum discutienda atque solvenda. Ut autem signis ambiguis non decipiatur, quantum per nos instrui potest (fieri autem potest ut istas vias quas ostendere volumus tamquam puerilis vel magnitudine ingenii vel maioris illuminationis claritate derideat), sed tamen ut dicere coeperam, quantum per nos instrui valet, qui eo loco animi est ut per nos instrui valeat, sciat autem ambiguitatem scripturae aut in verbis propriis esse aut in translatis, que genera in secundo libro demonstravimus. c ii. Distinctio debita aufert ambiguitatem

Sed cum verba propria faciunt ambiguam scripturam, primo videndum est ne male distinxerimus aut pronuntiaverimus. Cum ergo adhibita intentio incertum esse perviderit quomodo distinguendum aut quomodo pronuntiandum sit, consulat regulam fidei quam de planioribus scripturarum locis et ecclesie auctoritate percepit, de qua satis egimus cum de rebus in primo libro loqueremur. Quod si ambe vel etiam omnes, si plures fuerint partes ambiguitatis, secundum fidem sonuerint, textus ipse sermonis a praecedentibus et consequentibus partibus que ambiguitatem illam in medio posuerunt restat consulendus, ut videamus cui nam sententie de pluribus que se ostendunt ferat suffragium eamque sibi contexi patiatur. Iam nunc exempla considera. Illa heretica distinctio: In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat, ut alius sit sensus: verbum hoc erat in principio apud deum, non vult deum verbum confiteri. Sed hoc regula fidei refellendum est, qua nobis de trinitatis equalitate prescribitur, ut dicamus: et deus erat verbum, deinde subiungamus: hoc erat in principio apud deum. Illa vero distinctionis ambiguitas neutra ex parte resistit fidei et ideo textu ipso sermonis diiudicanda est ubi ait apostolus: Et quid eligam ignoro, compellor autem ex duobus, concupiscentiam habens dissolvi et esse cum Christo, multo enim magis optimum, manere in carne necessarium propter vos. Incertum est enim utrum ex duobus concupiscentiam habens, an compellor autem ex duobus, ut illud adiungatur: concupiscentiam habens dissolvi et esse cum Christo. Sed quoniam ita sequitur: multo enim magis optimum, apparet eius optimi se dicere habere concupiscentiam, ut cum ex duobus compellatur, alterius tamen habeat concupiscentiam, alterius necessitatem, concupiscentiam scilicet esse cum Christo, necessitatem manere in carne. Que ambiguitas uno consequenti verbo diiudicatur quod positum est enim, quam particulam qui abstulerunt interpretes, illa potius sententia ducti sunt ut non solum compelli ex duobus, sed etiam duorum habere concupiscentiam videretur. Sic ergo distinguendum est: et quid eligam ignoro, compellor autem ex duobus; quam distinctionem sequitur: concupiscentiam habens dissolvi et esse cum Christo; et tamquam quereretur quare huius rei potius habeat concupiscentiam: multo enim magis optimum, inquit. Cur ergo ex duobus compellitur? Quia est manendi necessitas, quam ita subiecit: manere in carne necessarium propter vos. Ubi autem neque prescripto fidei neque ipsius sermonis textu ambiguitas explicari potest, nichil obest secundum quamlibet earum que ostenduntur sententiam distinguere, veluti est illa ad Corinthios: Has ergo habentes promissiones, karissimi, mundemus nos ab omni inquinatione carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos, neminem lesimus. Dubium quippe est utrum mundemus nos ab omni inquinatione carnis et spiritus secundum illud sententie ut sit sancta

optimi

Fratres

Nemini nocuimus

Liber

Consuetudo loquendi vulgaris plerumque utilior est significandis rebus etc.

corpore et spiritu animam integram nostram ab omni inquinamento carnis, ut alius sit sensus et spiritus perfectus sanctificationem in timore dei caput nos tenet. Igitur distinctio ambiguitatis in potestate legentis sit. Capitulum in pronunciatione dubia autem dubium

Quecumque autem de ambiguis distinctionibus diximus, eadem observanda sunt et in ambiguis pronunciationibus. Nam et ipse nisi lectoris nimia vicientur incuria, aut regulis fidei corriguntur, aut precedentis vel subsequentis contextione sermonis; aut si neutrum horum adhibetur ad correctionem nichilominus dubie remanebunt, ut quolibet lector pronunciaverit, non sit in culpa. Nisi enim fides revocet qua credimus deum non accusaturum adversus electos suos et Christum non condempnaturum electos, potest illud sic pronunciari: Quis accusabit adversus electos dei? ut hanc interrogationem quasi responsio consequatur: Deus qui iustificat. Et iterum interrogetur: Quis est qui condempnat? et respondeatur: Christus Ihesus qui mortuus est. Quod credere quia dementissimum est, ita pronunciabitur ut precedat percontatio, sequatur interrogatio. Inter percontationem autem et interrogationem hoc veteres interesse dixerunt, quod ad percontationem multa responderi possunt, ad interrogationem vero aut non aut etiam. Pronunciabitur ergo ita, ut post percontationem qua dicimus: Quis accusabit adversus electos dei? illud quod sequitur sono interrogantis enuncietur: Deus qui iustificat? ut tacite respondeatur: Non. Et ita percontemur: Quis est qui condempnat? Rursus interrogemus: Christus Ihesus qui mortuus est, magis autem qui resurrexit, qui est in dextera dei, qui et interpellat pro nobis? et ut ubique respondeatur: Non. At vero illo in loco ubi ait: Quid ergo dicemus? Quia gentes que non sectabantur iusticiam; nisi post percontationem qua dictum est: Quid ergo dicemus? responsio subiciatur: Quia gentes que non sectabantur iusticiam apprehenderunt iusticiam, textus consequens non coherebit. Sed quamlibet

aut vocem pronuncietur illud quod Nathanael dixit: A Nazareth potest aliquid boni esse, sive affirmantis, ut illud solum ad interrogationem pertineat quod ait A Nazareth, sive totum cum dubitatione interrogantis, quo discernam utrumque non invenio; uterque autem sensus fidem non impedit. Est autem ambiguitas in sono dubio sillabarum, et hec utique ad pronunciationem pertinet. Nam quod scriptum est: Non est absconditum a te os meum, quod fecisti in abscondito, non elucet legenti utrum correpta littera os pronunciet an producta. Si enim corripiat, ab eo quod sunt ossa; si autem producat, ab eo quod sunt ora intelligitur numerus singularis. Sed talia lingue precedentis inspectione diiudicantur. Nam in greco non stoma sed osteon positum est. Unde plerumque loquendi consuetudo vulgaris utilior est significandis rebus quam integritas litterata. Mallem quippe cum barbarismo dici: Non est absconditum a te ossum meum, quam ut ideo minus esset apertum, quia magis latinum est. Sed aliquando dubius sillabe sonus etiam vicino verbo ad eandem sententiam pertinente diiudicatur, sicut est illud apostoli: Que predico vobis, sicut predixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Qui si tantum dixisset: Que predico vobis, nec subiunxisset: sicut predixi, non nisi ad codicem precedentis lingue recurrendum esset, ut cognosceremus in eo quod dixit predico, producenda an corripienda esset media sillaba. Nunc autem manifestum est producendam esse; non enim ait sicut predicavi vobis, sed sicut predixi. Capitulum in dubietas ubi solvitur per contextum sermonis

Non solum autem ista, sed et ille ambiguitates que non ad distinctionem pertinent vel ad pronunciationem similiter considerande sunt, qualis illa est ad Thessalonicenses: Propterea consolati sumus in vobis. Dubium est enim utrum o fratres, an hos fratres. Neutrum autem horum est contra fidem; sed greca lingua hos casus non habet equales, et ideo illa inspecta renunciatur vocativus

[Marginal notes, left: dubia pronunciatio et pronunciacio; accusabit; Inter percontationem et interrogationem; pronunciabitur. Between columns: Barbarismus.]

ro fides. Quod si voluisset interpres dicere: propterea consolationem, non quin fides in nobis minus servitura esset in nobis. Sed minus et similia dubitanter audiuntur si addere(tur) nostri. Nemo enim fere ambigeret vocativum esse casum, cum audiret: propterea consolati sumus, fratres nostri, in vobis. Sed iam hoc periculosius permittitur. Ita scriptum est in illa epistola ad Corinthios, cum ait apostolus: Cotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu. Ait enim quidam interpres: cotidie morior per vestram gloriam iuro, quia in greco vox iurantis manifesta est sine ambiguo sono. Rarissime igitur et difficillime inveniri potest ambiguitas in propriis verbis, quantum ad libros divinarum scripturarum spectat, quam non aut circumstantia ipsa sermonis, qua cognoscitur scriptorum intentio, aut interpretum collatio, aut precedentis lingue solvat inspectio.

c. v. Figuratam locutionem ad litteram non accipi

Sed verborum translatorum ambiguitates, de quibus deinceps loquendum est, non mediocrem curam industriamque desiderant. Nam in principio cavendum est ne figuratam locutionem ad litteram accipias. Et ad hoc enim pertinet quod ait apostolus: Littera occidit, spiritus autem vivificat. Cum enim figurate dictum sic accipitur tamquam proprie dictum sit, carnaliter sapitur. Neque enim ulla mors anime congruentius appellatur quam cum id etiam quod in ea bestiis antecellit, hoc est intelligentia, carni subicitur sequendo litteram. Qui enim sequitur litteram, translata verba sicut propria tenet, neque illud quod proprio verbo significatur refert ad aliam significationem; sed si sabbatum audierit, verbi gratia, non intelligit nisi unum diem de septem qui continuo volumine repetuntur; et cum audierit sacrificium, non excedit cogitatione illud quod fieri de victimis pecorum terrenisque fructibus solet. Ea demum miserabilis est anime servitus, signa pro rebus accipere, et supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum eternum lumen levare non posse.

c. vi. Iudei signis pro rebus serviendo Deo placuerunt

Que tamen servitus in iudaico populo longe a ceterarum gentium more distabat, quandoquidem rebus temporalibus ita subiugati erant ut unus eis in omnibus commendaretur Deus. Et quamquam signa rerum spiritualium pro ipsis rebus observarent, nescientes quo referrentur, id tamen insitum habebant, quod tali servitute uni omnium, quem non videbant, placerent Deo. Quam custodiam tamquam sub pedagogo parvulorum fuisse scribit apostolus. Et ideo qui talibus signis pertinaciter inheserunt, contempnentem ista Dominum, cum iam tempus revelationis eorum venisset, ferre non potuerunt, atque inde calumpnias, quod sabbato curaret, moliti sunt principes eorum, populusque signis illis tamquam rebus astrictus non credebat Deum esse vel a Deo venisse, qui ea sicut a Iudeis observabantur nollet attendere. Sed qui crediderunt, ex quibus facta est prima ecclesia Ierosolimitana, satis ostenderunt quanta utilitas fuerit eo modo sub pedagogo custodiri, ut signa que temporaliter imposita erant servientibus ad unius Dei cultum, qui fecit celum et terram, opinionem servantium religarent. Nam illi quia proximi spiritualibus fuerunt (in ipsis enim temporalibus et carnalibus oneribus atque signis, quamvis que spiritualiter intelligenda essent nescirent, tamen unum colere Deum didicerant) tam capaces extiterunt Spiritus Sancti ut omnia sua venderent eorumque pretium indigentibus distribuendum ad pedes apostolorum ponerent seque totos Deo dicarent tamquam templum novum, cuius imagini terrene, quod est templum vetus, serviebant. Non enim scriptum est hoc ullas ecclesias gentium fecisse, quia non tam prope inventi erant qui simulacra manufacta deos habebant.

c. vii. In utilium rerum signa pro rebus non accipi

Et si quando aliqui eorum illa tamquam signa interpretari conabantur, ad creaturam colendam venerandamque referebant. Quid enim mihi prodest simulacrum, verbi gratia, Neptuni non ipsum habendum deum, sed eo significari universum mare vel etiam omnes alias aquas

miserabilis anime servitus
signa pro rebus accipere

que sentiebat expressit. Sicut a quodam poeta eorum dictum est, si bene recolo, ita dicitur: Tu Neptune pater, cui tempora cana crepanti cincta salo resonant, magnus cui perpetuo mento profluit Oceanus et flumina crinibus errant. Hec siliqua intus dulces resonando sonantes lapillos quatit; non est autem hominum cibus, sed porcorum siliqua. Novit quod dico qui evangelium novit. Quid ergo mihi prodest quod Neptuni simulacrum ad illam significationem refertur, nisi forte ut neutrum colam? Tam enim mihi statua quelibet quam mare universum non est deus. Fateor tamen altius esse mersos qui opera hominum deos putant, quam qui opera dei. Sed nobis unus diligendus et colendus deus precipitur, qui fecit hec omnia, quorum illi simulacra venerantur vel tanquam deos vel tanquam signa et ymagines deorum. Si ergo signum utiliter institutum pro ipsa re sequi, cui significande institutum est, carnalis est servitus, quanto magis inutilium rerum signa instituta pro rebus accipere? Que si tuleris ad eas ipsas que his significantur, eisque colendis animum obligaveris, nichilominus servili carnalique onere atque velamine non carebis.

c. viii. Christianitas utilia suscipit et inutilia signa removit

Quamobrem christiana libertas eos quos invenit sub signis utilibus tanquam prope inventos, interpretatis signis quibus subditi erant, elevatos ad eas res quarum illa signa sunt liberavit. Ex his facte sunt ecclesie sanctorum Israhelitarum. Quos autem invenit sub signis inutilibus, non solum servilem operationem sub talibus signis, sed etiam ipsa signa frustravit removitque omnia, ut a corruptione multitudinis simulatorum deorum, que sepe ac proprie fornicatio in scriptura vocatur, ad unius dei cultum gentes converterentur, nec sub ipsis iam signis utilibus servituri, sed exercitaturi potius animum in eorum intelligentia spirituali.

c. ix. Quibus signis sit utendum

Sub signo enim servit qui operatur aut veneratur aliquam rem significantem, nesciens illud quod significet; qui vero aut operatur aut veneratur utile signum divinitus institutum, cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur quod videtur et transit, sed potius illud quo talia cuncta referenda sunt. Talis autem homo spiritualis et liber est etiam tempore servitutis, quo carnalibus animis nondum oportet signa illa revelari, quorum iugo edomandi sunt. Tales autem spirituales erant patriarche et prophete omnesque qui in populo Israel erant, per quos nobis spiritus sanctus ipsa scripturarum et auxilia et solacia ministravit. Hoc vero tempore, posteaquam resurrectione domini nostri manifestissimum indicium nostre libertatis illuxit, nec eorum quidem signorum que iam intelligimus operatione gravi onerati sumus, sed quedam pauca pro multis eademque factu facillima et intellectu augustissima et observatione castissima ipse dominus et apostolica tradidit disciplina, sicuti est baptismi sacramentum et celebratio corporis et sanguinis domini. Que unusquisque cum percipit, quo referantur imbutus agnoscit, ut ea non carnali servitute, sed spirituali potius libertate veneretur. Ut autem litteram sequi et signa pro rebus que his significantur accipere servilis infirmitatis est, ita inutiliter signa interpretari male vagantis erroris est. Qui autem non intelligit quid significet signum, et tamen signum esse intelligit, nec ipse premitur servitute. Melius est autem vel premi incognitis sed utilibus signis, quam inutiliter ea interpretando a iugo servitutis eductam cervicem laqueis erroris inserere.

c. x. Que propria et que figurata locutio et quid cautius

Huic autem observationi qua cavemus figuratam locutionem, id est translatam, quasi propriam sequi, adiungenda etiam illa est, ne propriam quasi figuratam velimus accipere. Demonstrandus est igitur prius modus inveniende locutionis, propriane an figurata sit. Et iste omnino modus est, ut quicquid in sermone divino neque ad morum honestatem neque ad fidei veritatem proprie referri potest, figuratum esse cognoscas. Morum honestas ad diligendum deum et

Servire sub signo

in mores honestas

et proximi efficacitas ad cognoscendum deum et
proximum pertinet / Spes autem sua cuique est in con-
sciencia propria quemadmodum se sentit ad dileccionem
Spes vii. dei et proximi cognicionemque proficere / de quibus
omnibus primo libro dictum est / Sed quoniam proclive
est humanum genus non ex momentis ipsius libi-
dinis sed potius sue consuetudinis estimare
peccata fit plerumque ut quisque hominum ea tantum
culpanda arbitretur que sue regionis et
temporis homines vituperare atque dampnare con-
sueverunt / et ea tantum probanda atque laudanda
que consuetudo eorum cum quibus vivit ad-
mittit / Eoque contingit ut si quid scriptura
vel preceperit quod abhorreat a consuetudine au-
diencium vel quod non abhorret culpaverit si
animum eorum iam verbi vincit auctoritas / figuratam
locucionem putent / Non autem precipit scriptura
nisi caritatem / nec culpat nisi cupiditatem
et eo modo informat mores hominum / Item si a-
nimum preoccupavit alicuius erroris opi-
nio quicquid aliud asseruerit scriptura figura-
tum homines arbitrantur / Non autem asserit nisi
katholicam fidem rebus preteritis vel futuris
et presentibus / preteritorum narracio est futurorum pre-
nunciacio presencium demonstracio / Sed omnia hec
ad eandem caritatem nutriendam atque corroboran-
dam et cupiditatem vincendam atque exstin-
Caritas guendam valent / Caritatem voco motum ani-
mi ad fruendum deo propter ipsum et se atque proximo
Cupiditas propter deum / Cupiditatem autem voco motum animi
ad fruendum se et proximo et quolibet corpore non
propter deum / Quod autem agit indomita cupi-
Flagicium ditas ad corrumpendum animum et corpus suum
flagicium vocatur / quod autem agit ut noceat
Facinus alteri facinus dicitur / Et hec sunt duo genera
omnium peccatorum / Sed flagicia priora sunt / que
cum exinaniverint animum et ad quandam egesta-
tem perduxerint in facinora prosilitur quibus
removeantur impedimenta flagiciorum / aut
adiumenta querantur / Item quod agit caritas Caritas
quo sibi prosit utilitas est / quod autem agit
ut prosit proximo beneficencia nominatur / Et hic
precedit utilitas / quia nemo potest ex eo quod
non habet prodesse alteri / quanto enim magis
regnum cupiditatis destruitur tanto caritatis
augetur c xi [illegible] aperta et que figura-
Quecumque ergo asperum ta locucio
et quasi sevum dictum factumque
in scripturis sacris legitur ex persona dei
vel sanctorum eius ad cupiditatis regnum
destruendum valet / quod si perspicue so-
nat non est ad aliud referendum quasi figura-
te dictum sit sicuti est illud apostoli / Thezauri-
zas tibi iram in die novissimo et reve-
lacionis iusti iudicii dei qui reddet uni-
cuique secundum opera sua / his quidem qui
secundum sustinenciam boni operis gloriam / et
honorem / et incorrupcionem querentibus
vitam eternam / his autem qui contenciosi
sunt / et non credunt veritati credunt autem iniquitati / ira 1 et diffidunt
et indignacio / tribulacio et angustia in
omnem animam hominis operantis malum Iu-
dei primum et greci / Sed hoc ad eos cum
quibus evertitur ipsa cupiditas qui eam
vincere noluerunt / Cum autem in homine
cui dominabatur regna cupiditatis
subvertuntur / illa est aperta locucio / Qui
autem Ihesu Christi sunt carnem suam crucifixerunt
cum passionibus et concupiscenciis / Nisi
quia et hic quedam verba translata trac-
tantur sicuti est ira dei / et crucifixerunt /
Sed non multa tamen sunt / vel ita posita
ut obtegant sensum et allegoriam vel
enigmata faciant / quam proprie figuratam lo-
cucionem voco / Quod autem Ieremie dici-
tur Ecce constitui te hodie super gentes
et regna ut evellas et destruas et
disperdas et dissipes non dubium
quin figurata locucio tota sit ad eum finem
referenda quem diximus c xii inte figura-
Que autem ta et ppetita locucio
quasi flagiciosa imperitis videntur
sive tantum dicta / sive etiam facta sunt / vel
ex dei persona / vel ex hominum / quorum nobis
sanctitas commendatur tota sunt / quorum ad ca- 11 figurata
ritatis pastum enucleanda secreta sunt
Quisquis autem rebus pretereuntibus restriccius
utitur quam se habent mores eorum / cum
quibus vivit / aut temperans aut
superstitiosus est / quisquis vero sic eis

utentis ut metas consuetudinis bonorum inter
quos versatur excedat aut aliquid significat
aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus
non usus rerum sed libido utentis in culpa
est, nec ullo modo quisquam sobrius credidit
domini pedes ita unguento precioso a muliere
perfusos ut luxuriosorum et nequam hominum
solet quorum talia convivia detestamur. Odor
enim bonus fama bona est, quam quisquis
bone vite operibus habuerit dum vestigia
Christi sequitur quasi pedes eius preciosissimo
odore || Ita quod in aliis personis plerumque
flagitium est in divina vel prophetica persona
magne cuiusdam rei signum est.
Alia in Osee prophete vaticinatione quid
cum meretrice nec si flagitiose conviviis
temulentorum et lasciviorum nudantur
corpora propterea in balneis nudum esse
flagitiosum est. Considerandum igitur locis et tempo-
ribus et personis conveniat attendendum
est ne temere flagitia reprehenda-
mus. Fieri enim potest ut sine aliquo vicio
cupiditatis vel voracitatis preciosissimo
cibo sapiens utatur. Insipiens autem fedis-
sima gule flamma in vilissimum
ardescat. Et sanius quisque maluit
more domini pisce vesci quam lenticula
more Esau nepotis Abrahe aut
ordeo more iumentorum. Non enim propterea
continenciores nobis sunt plereque bestie
que vilioribus aluntur escis. Nam in
omnibus huiuscemodi rebus non earum rerum
natura quibus utimur sed causa utendi
et modo appetendi vel probandum est vel
improbandum quod facimus. Regno terreno
veteres iusti celeste regnum ymagina-
bant et predicabant. Sufficiende prolis
causa erat uxorum plurimum simul uni
viro habendarum inculpabilis consue-
tudo et ideo unam feminam maritos
plurimos honestum non erat. Non enim
mulier eo est fecundior sed meretricia
potius turpitudo est vel questum vel
filios vulgo querere. Ad huiuscemodi
moribus quicquid illorum temporum sancti non libidi-
nose faciebant quamvis ea facerent que hoc tempore nisi
per libidinem fieri non possunt non culpat scrip-
tura et quicquid ibi tale narratur non solum hi-
storice ac proprie sed etiam figurate ac prophetice accep-
tum interpretandum est usque in finem illum cari-
tatis sive dei sive proximi sive utriusque. Sicut
enim talares et manicatas tunicas habere apud
Romanos veteres flagitium erat, nunc autem honesto
loco natis cum tunicati sunt non eas habere
flagitium est. Sic animadvertendum est in ceteris
quoque usu rerum abesse oportere libidinem que
non solum ipsa eorum inter quos vivit consuetu-
dine nequiter abutitur sed etiam sepe fines eius
egressa feditatem suam que intra claustra
morum suorum solempnium latitabat flagitio-
sissima eruptione manifestat. XIII Bona con-
suetudo non figurato percipiat vel proprio.
Quicquid autem congruit consuetudini eorum cum
quibus vita ista degenda vel necessitate imposita
vel officio suscepta a bonis et magnis homini-
bus ad utilitatem et beneficenciam referendum
est vel proprie sicut et nos debemus vel figurate sic-
ut et prophetis licet. C XIIII Consuetudo iusticiam non
mutat.
In que facta legenda cum inciderint
indocti alia consuetudine nisi auctoritate reprimantur
tota ea flagicia putant nec possunt animadvertere totam con-
suetudinem suam vel in conubiis vel in conviviis vel
in vestitu ceteroque humano victu atque cultu
in aliis gentibus et aliis temporibus flagitiosum videri
eaque varietate innumerabili consuetudinum
commoti quidam dormitantes, ut ita dicam,
qui neque alto sompno stulticie sopiebantur
nec in sapiencie lucem poterant evigilare, puta-
verunt nullam esse iusticiam per se ipsam sed unicui-
que genti consuetudinem suam iustam videri,
que cum sit diversa omnibus gentibus, debeat
autem incommutabilis manere iusticia, fieri manifestum est
nullam usquam esse iusticiam. Non intellexerunt
ne multa commemorem, Quod tibi non vis fieri alii
ne feceris, nullo modo posse ulla eorum gentili diver-
sitate variari. Que sententia cum refertur ad di-
lectionem dei omnia flagicia moriuntur, cum ad
proximi omnia facinora. Nemo enim vult
corrumpi habitaculum suum, non ergo debet cor-
rumpere habitaculum dei, se ipsum scilicet.

commemorem   De iusticia

Marginal notes: || perfundit; alia de coniunctione prophete cum meretrice [illegible]; Gula et [illegible]; de pluralitate uxorum

et nemo vult a quoquam noceri, nec ipse igitur cuiquam nocebit. c. xv. In figuratis locutionibus regula servanda.

Sic eversa tyrannide cupiditatis caritas regnat iustissimis legibus dilectionis dei et propter deum sui et proximi propter deum. Servabitur ergo in locutionibus figuratis regula huiusmodi ut tam diu versetur diligenti consideratione quod legitur donec ad regnum caritatis interpretatio perducatur. Si autem hoc iam proprie sonat nulla putetur figurata locutio. xvi. Preceptiva locutio est figurata et non figurata.

Si preceptiva locutio est aut flagitium aut facinus vetans aut utilitatem aut beneficentiam iubens non est figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur iubere aut utilitatem aut beneficentiam vetare figurata est. Nisi manducaveritis inquit carnem filii hominis et biberitis sanguinem non habebitis vitam in vobis. Flagitium vel facinus videtur iubere. Figurata est ergo precipiens passioni domini esse communicandum et suaviter et utiliter recondendum in memoria quod pro nobis caro eius crucifixa atque vulnerata sit. Ait scriptura: Si esurierit inimicus tuus ciba illum; si sitit potum da illi. Hoc nullo dubitante beneficentiam precipit. Sed quod sequitur: Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius, malivolentie facinus iubere putes. Ne igitur dubitaveris figurate dictum. Et cum possit dupliciter interpretari, uno modo ad nocendum, altero ad prebendum, ad beneficentiam te potius caritas revocet ut intelligas carbones ignis esse urentes penitentie gemitus quibus superbia sanatur eius qui dolet se inimicum fuisse hominis a quo eius miserie subvenitur. Item cum ait dominus: Qui amat animam suam perdet eam, non utilitatem vetare putandus est qua debet unusquisque conservare animam suam, sed figurate dictum perdat animam, id est perimat atque amittat usum eius quem nunc habet perversum atque preposterum, quo inclinatur temporalibus ut eterna non querat. Scriptum est: Da misericordi et ne suscipias peccatorem. Posterior pars huius sententie videtur beneficentiam vetare; ait enim ne suscipias peccatorem. Figurate positum pro peccato, ut peccatum eius non suscipias. c. xvii. Quomodo carnalia precepta ad spiritualia reducantur.

Sepe autem accidit ut quisquis in meliori gradu spiritualis vite est vel esse putat figurate dicta esse arbitretur que in inferioribus gradibus percipiuntur; ut verbi gratia si celibem amplexus est vitam et se castraverit propter regnum celorum, quicquid de uxore regenda diligenda sancti libri precipiunt non proprie sed translate accipi oportere contendat; et quisquis statuit servare innuptam virginem suam, tamquam figuratam locutionem conetur interpretari qua dictum est: Trade filiam et magnum opus perfeceris. Erit igitur et hoc in observationibus intelligendarum scripturarum ut sciamus alia omnibus communiter precipi, alia quibusque singulis generibus personarum, ut non solum ad universum statum valitudinis sed etiam ad suam cuiusque membri propriam infirmitatem medicina perveniat. In suo quippe genere curandum est quod ad melius genus non potest erigi. c. xviii. Gesta veteris et licita tempora non trahenda flagiciosa pro tempore.

Item cavendum est ne forte quod in scripturis veteribus pro illorum temporum conditione ~~etsi non~~ etiam si non figurate sed proprie intelligatur non est flagitium neque facinus, ad ista etiam tempora quis putet in usum vite posse transferri; quod nisi dominante cupiditate et ipsas quoque scripturas, quibus evertenda est, satellitium querente non faciet; nec intelligit miser ad hanc utilitatem illa esse sic posita, ut spei bone homines salubriter videant et consuetudinem quam aspernabatur posse habere usum bonum, et eam quam amplexantur esse posse damnabilem, si et ibi caritas utentium et hic cupiditas attendatur. Nam si multis uxoribus caste uti quisquam pro tempore potuit, potest alius una libidinose. Magis enim probo multarum fecunditate utentem propter aliud quam unius carne fruentem propter ipsam. Ibi enim queritur utilitas temporum opportunitatibus congrua, hic satiatur cupiditas temporalibus voluptatibus occupata. Inferioris quoque gradus apud deum sunt

non imperate

~~quibus secundum veniam concedit apostolus carnale~~
ut sint cum coniugibus secundum consuetudinem et in-
temperantiam eorum, quam illi qui plures
singulas eam habuerunt, sicut sapiens in cibo et
potu non nisi salute corporis, sic in concubi-
tu non nisi procreationem filiorum intuebatur.
Itaque si eos in hac vita invenisset domini
adventus cum iam non mittendi sed colli-
gendi ~~lapides~~ tempus esset, statim se
ipsos castrarent ~~castigarent~~ propter regnum celorum, non
enim est in carendo difficultas, nisi ad
est in habendo cupiditas ~~difficultas~~. Noverant quip-
pe illi homines etiam in ipsis coniugibus lu-
xuriam esse abutendi intemperanciam quod
Thobie testatur oratio qua est copulatus
uxori. ait enim: Benedictus es domine deus
patrum nostrorum et benedictum nomen tuum in
omnia secula seculorum. Benedicant te celi et
omnis creatura tua. Tu fecisti adam et dedi-
sti adiutorium illi evam. Et nunc domi-
ne tu scis quoniam non luxurie causa accipio
sororem meam, sed ipsa veritate, ut mi-
sereatur nostri domine. c xix. luxuriosos non nri
credere posse licite uti feminis.

Sed qui effrenata libidine, vel per
multa stupra diffluentes evaga-
tur vel in ipsa una coniuge non solum exce-
dunt ad liberorum procreationem pertinentem
modum, sed etiam insuper amoris intemperan-
cie sordes in vectiva omnino licentia ser-
vilis cuiusdam libertatis accumulat, non
credunt fieri potuisse ut temperanter multis
feminis antiqui uterentur viri, nihil servantes
in usu illo nisi congruum tempori propagandi
plus officium, et quod ipsi laqueis libidinis obstric-
ti, vel non in una faciunt, nullo modo in feminis
multis fieri posse arbitrantur. Sed isti possunt
dicere, nec honorari quidem atque laudari oportere
viros bonos et sanctos, quia ipsi cum hono-
rantur intumescunt superbia, tanto avidi-
ores inanissime glorie quanto eos frequen-
tius atque latius lingua blandior ve-
tilavit, que ita leves fiunt ut eos
rumoris aura sive que prospera sive que

adulterium / apostolo

~~adversa existimatur in quaslibet impellat vo-~~
ragines flagitiorum aut in famosorum ceteras
saxa collidat, videant ergo quam sibi arduum sit
atque difficile nec laudis nec esca illecebris nec
contumeliarum aculeis penetrari et non ex
se alios metiantur. c xx. exemplo apostolorum
veteres non libidinose usos feminis.

Crederent potius apostolos nostros nec cum
suspicerentur ab hominibus inflatos fuisse
nec ad despicientes elisos, neutrum quippe te-
ntatio defuit illis viris. nam et credentium
celebrantur preconio et persequentium maledictis
infamabantur. Sic ergo isti pro tempore utebantur
his omnibus et non corrumpebantur, sic illi
veteres usum feminarum ad sui temporis convenien-
tiam referentes non patiebantur eam domi-
nationem libidinis, cui serviunt qui ista non
credunt. c xxi. exemplo david non libidinose

Et ideo isti affecti in mulieribus
nullo modo se cohiberent ab inexpia-
bili odio filiorum, a quibus vel uxores vel
concubinas suas attemptatas vel attrectatas
esse cognoscerent, si eis forte aliquid tale
accidisset. Rex autem david cum hoc ab impio
atque immani filio passus esset non solum
ferociam ~~celebravit~~ toleravit sed etiam plan-
xit extinctum. Non enim zelo carnali tene-
tinus tenebatur, quem nullo modo iniurie sue
sed peccata filii commovebant. Nam ideo et victum
eum occidi prohibuerat ut eum victo ser-
varet penitendi locus. Et quia non po-
tuit non orbitate doluit in eius interitu
sed quia noverat in quas penas tam
impia et adulteria et parricidia anima raperetur
Nam pro alio prius filio qui innocens erat
quo egrotante affligebatur mortuo letatus
est. c xxii. quod david exemplum et que in vete-
ri gesta figurata sunt non omnia exemplo

Hoc maxime apparet qua mode-
ratione et temperantia illi viri feminis
utebantur, quod cum in unam illicite irruis-
set rex iste estu quodam etatis et temporalium
rerum prosperitatibus abreptus eius maritum occidi etiam
precepit accusatus est per prophetam. Qui cum

paradisales et que premium ubi credidit celestis

de uxore urie a david rapta quod ille illicitus appetitus hospes vocatus est

ad eum venisset quidam videlicet a propheta proposita ei similitudine de paupere qui habebat ovem unam cuius vicinus invitatus cum haberet ad adventum hospitis sui unicam pauperis vicini sui pauperis ovem occisam exhibuit epulandam in quem commotus David occidi eum iussit et quadruplicari ovem pauperi ut se nesciens condempnaret qui peccaverat sciens quod cum ei manifestum esset et divinitus comminata vindicta diluit peccatum penitendo. Sed tamen in hac similitudine stuprum tantum modo significatum est ovem vicini et pauperis de marito autem mulieris interempto hoc est de ipso paupere qui unam ovem habebat occiso non est in similitudine interrogatus David ut in solo adulterio diceret sententiam dampnationis sue ex quo intelligitur ~~ex quo intelligitur~~ quanta temperantia multas mulieres habuit quando de una in qua excessit modum a se ipso puniri coactus est. Sed in isto viro immoderatus quidem libidinis non permansit sed transitus fuit. Propterea etiam ab arguente propheta ille illicitus appetitus hospes vocatus est. Non enim dixit regi suo sed hospiti suo vicini pauperis ovem ad epulandum exhibuisse. At vero in eius filio Salomone non quasi hospes transiens fuit sed regnum ipsa libido possedit. De quo scriptura non tacuit culpans eum fuisse amatorem mulierum. Cuius tamen initia desiderio sapientie flagraverunt quam cum spiritali amore acceptam possedisset amore amisit carnali. Ergo quamquam omnia vel pene omnia que in veteris testamenti libris gesta continentur non solum proprie sed etiam figurate accipienda sunt tamen illa etiam que proprie lector acceperit si laudati sunt illi qui ea fecerunt. Sed ea tamen abhorret a consuetudine bonorum qui post adventum domini divina precepta custodiunt figuram ad intelligentiam referat proprium vero ipsum ad mores non transferat. Multa enim sunt que illo tempore officiose facta sunt que modo nisi libidinose fieri non possunt. c xxiii

Peccata sanctorum licet per figuram non tamen per

Si qua vero peccata magnorum virorum exem legerit tamen etsi in eis aliquam figuram rerum futurarum animadverterit atque indagare potuerit, rei tamen geste proprietatem ad hunc usum assumat ut se nequaquam talia facere presumat. Quia iactanter audeat et presumat in sua iustitia ceteros tamquam peccatores condempnat cum videat in tantorum virorum et cavendas tempestates et flenda naufragia. Ad hoc enim etiam peccata eorum hominum scripta sunt ut apostolica illa sententia ubique tremenda sit qua ait Quapropter qui videtur stare videat ne cadat. Nulla enim fere pagina est sanctorum librorum in qua non sonet quod deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. c xxiiii

Inspiciatur locutione quendam veritatis

Maxime autem investigandum est utrum propria sit an figurata locutio quam intelligere conamur. Nam comperto quod figurata sit adhibitis regulis rerum quas in primo libro digessimus facile est eam versare omnibus modis donec perveniatur ad sententiam veritatis presertim si eum usus accesserit pietatis exercitatione roboratus. Invenimus autem utrum propria sit an figurata locutio illa intuentes que supradicta sunt. c xxv

una res nunc contraria nunc diversa significat

Quod cum apparuerit verba quibus contexitur aut similibus rebus ducta invenientur aut ab aliqua vicinitate attingentibus. Sed quoniam multis modis res similes rebus apparent non putemus esse preceptum ut quod in aliquo loco res aliqua per similitudinem significaverit hoc eam semper significare credamus. Nam et in vituperatione posuit fermentum dominus cum diceret Cavete a fermento phariseorum et in laude cum diceret Simile est regnum celorum mulieri que abscondit fermentum in tribus mensuris farine donec totum fermentaretur. Huius igitur varietatis observatio duas habet formas. Sic enim aliud atque aliud res quoque significat ut aut contraria aut tantum modo diversa significent. Contraria scilicet cum alias in bono alias in malo res eadem per

similitudine ponitur sicut hoc est quod de fermento supra diximus. Tale est enim quod leo significat Christum ubi dicitur vicit leo de tribu Iuda; significat et diabolum ubi scriptum est adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Ita serpens in bono est: astuti ut serpentes; in malo autem serpens Evam seduxit in astutia sua. In bono panis: Ego sum panis vivus qui de celo descendi; in malo autem panis: panes occultos libenter edite. Sic et alia plurima. Et hec quidem que commemoravi minime dubiam gerunt significationem, quia exempli gratia commemorari non nisi manifesta debuerunt. Sunt autem que incertum sit in quam partem accipi debeant, sicut calix in manu domini vini meri plenus mixto. Incertum est enim utrum iram dei significet non usque ad novissimam penam, id est usque ad fecem, an potius gratiam scripturarum a Iudeis ad gentes transeuntem, quia inclinavit ex hoc in hoc remanentibus apud Iudeos observationibus quas carnaliter sapiunt, quia fex eius non est exinanita. Cum vero res eadem non in contraria, sed tantum in diversa significatione ponitur, illud est in exemplo quod aqua et populum significat, sicut legimus in Apocalipsi, et spiritum sanctum, unde est illud flumina aque vive fluent de ventre eius, et si quid aliud atque aliud pro locis in quibus ponitur aqua significare intelligitur. Sic et alie res non singule sed unaqueque earum non solum duo aliqua diversa, sed etiam nonnumquam multa significat pro loco sententie sicut posita reperitur. c. xxvi Obscurius posita non semper eadem recipienda

Ubi autem apertius ponuntur, ibi discendum est quomodo in locis intelligantur obscuris. Neque enim melius potest intelligi quod dictum est deo: apprehende arma et scutum, et exurge in adiutorium mihi, quam ex loco illo ubi intelligitur: Domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Nec tamen ita ut iam ubicumque scutum pro aliquo munimento positum legimus, non accipiamus nisi bonam voluntatem dei. Dictum est enim et scutum fidei in quo possitis inquit omnes sagittas maligni ignitas extinguere. Nec rursus ideo debemus in armis huiusmodi spiritualibus scuto tantummodo fidem tribuere, cum alio loco et lorica dicta sit fidei: induti inquit loricam fidei et caritatis. c. xxvii Quid scrutanda eloquia dei

Quando autem ex eisdem scripture verbis non unum aliquid sed duo vel plura sentiuntur, etiam si lateat quid senserit ille qui scripsit, nihil periculi est si quodlibet eorum congruere veritati ex aliis locis sanctarum scripturarum doceri potest. Id tamen conante qui divina scrutatur eloquia, ut ad voluntatem perveniatur auctoris per quem scripturam illam sanctus operatus est spiritus; sive hoc assequatur sive aliam sententiam de verbis illis que fidei recte non refragatur exsculpat, testimonium habens a quocumque loco alio divinorum eloquiorum. Ille quippe auctor in eisdem verbis que intelligere volumus et ipsam sententiam forsitan vidit, et certe dei spiritus qui per eum hec operatus est, etiam ipsam occursuram lectori vel auditori sine dubitatione previdit, immo ut occurreret, quia et ipsa est veritate subnixa, providit. Nam quid in divinis eloquiis largius et uberius potuit divinitus provideri, quam ut eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus divina contestantia faciant approbari? c. xxviii Inter sensus sine incerti grande

Ubi autem talis sensus eruitur, cuius incertum certis sanctarum scripturarum testimoniis non possit aperiri, restat ut ratione reddita manifestus appareat, etiam si ille cuius verba intelligere querimus eum forte non sensit. Sed hec consuetudo periculosa est; per scripturas enim divinas multo tutius ambulatur; quas verbis translatis opacatas cum scrutari volumus, aut hoc inde exeat quod non habeat controversiam, aut si habet ex eadem

Leo

Serpens

Panis in malo sumitur

Significatio

Calix vini meri plenus mixto

scriptura vbicumque eum inuenerit atque adhibuerit
scientiores efficiuntur. c xxix. diuina scriptura vtitur
Sciat autem tropis necessario
litterati modis omnibus locutionis, quos grammatici
graeco nomine tropos vocant, auctores
nostros usos fuisse, et multiplicius ac copio-
sius quam possunt existimare et credere qui nesci-
unt eos, et in aliis ista didicerunt. Quos
tamen tropos qui nouerunt agnoscunt in litteris
sanctis, eorumque scientia ad eas intelligendas ali-
quantulum adiuuantur. Sed hic eos ignaris
tradere non decet, ne artem grammaticam docere videamur.
Extra sane ut discantur admoneo, quamuis iam
illud superius admonuerim, id est in secundo libro
vbi de linguarum necessaria cognitione disserui.
Nam litterae a quibus ipsa grammatica nomen accepit, grammata
enim graeci litteras vocant, signa utique
sunt sonorum ad articulatam vocem qua loquimur
pertinentium. Istorum autem troporum non solum
aut exempla sicut omnium, sed quorundam etiam no-
mina in diuinis libris leguntur, sicut enigma,
allegoria, parabola. Quamuis pene omnes hii
tropi, qui liberali dicuntur arte cognosci,
etiam in eorum reperiantur loquelis, qui nullos grammati-
cos audierunt, et eo quo vulgus utitur ser-
mone contenti sunt. Quis enim non dicit sic
floreas, qui tropus metaphora vocatur? Metaphora.
Quis non dicit piscinam, etiam quae non habet
pisces, nec facta est propter pisces, et tamen a
piscibus nomen accepit, qui tropus catachre-
sis dicitur? Longum est isto modo cetera persequi.
Nam usque ad illos peruenit vulgi locutio,
qui propterea mirabiliores sunt, quia contrarium quod
dicitur significant, sicuti est quae appellatur
yronia vel antiphrasis. Sed yronia pronun-
tiatione indicat quid uelit intelligi, ut
cum dicimus homini mala facienti: rem bonam
facis. Antiphrasis vero ut contraria significet
non voce pronunciantis efficitur, sed aut verba
habet sua, quorum origo e contrario est,
sicut appellatur lucus quod minime luceat,
aut consueuit aliquid ita dici, quamuis di-
catur etiam non e contrario, velut cum quaerimus ac-
cipere quod ibi non est, et respondetur nobis: ha-
bundat. Aut adiunctis verbis facimus ut e contrario
intelligatur quod loquimur, velut si dicamus:
caue illum, quia bonus homo est. Et quis illite-
ratus non dicat talia, nesciens omnino qui sint
aut quid vocentur hi tropi? Quorum
cognitio propterea scripturarum ambiguitatibus
dissoluendis est necessaria, quia cum sensus
ad proprietatem verborum si accipiatur absurdus
est, quaerendum est utique ne forte illo vel illo
tropo dictum sit quod non intelligimus, et sic
pleraque inuenta sunt quae latebant. c xxx.
de septem tyconij regulis

Tyconius quidam qui contra Donati-
stas inuictissime scripsit, cum fuerit Dona-
tista, et illic inuenitur absurdissimi
cordis, ubi eos non ex omni parte relinquere
voluit, fecit librum quem Regularum
vocauit, quia in eo quasdam regulas ex-
secutus est, quibus quasi clauibus diuinarum
scripturarum aperirentur occulta. Quarum 1
primam ponit de domino et eius corpore,
secundam de domini corpore bipartito, tertiam 2
de promissis et lege, quartam de specie et 3 4
genere, quintam de temporibus, sextam de recapitu- 5 6 7
latione, septimam de diabolo et corpore
eius. Quae quidem consideratae sicut ab
illo aperiuntur, non parum adiuuant ad
penetranda quae tecta sunt diuinorum elo-
quiorum. Nec tamen omnia quae ita scripta
sunt, ut non facile intelligantur, possunt his
regulis inueniri, sed aliis modis plu-
ribus, quos hoc numero septenario usque adeo
non est complexus, ut idem ipse multa ex-
ponat obscura, in quibus harum regula-
rum adhibeat nullam, quoniam nec opus est.
Neque enim aliquid illic tale versatur aut quae-
ritur, sicut in Apocalipsi Johannis quaerit quem-
admodum intelligendi sint angeli eccle-
siarum septem, quibus scribere iubetur,
et ratiocinatur multipliciter, et ad hoc peruenit,
ut ipsos angelos intelligamus ecclesias.
In qua copiosissima disputatione
nichil de istis est regularum, et utique
res illic obscurissima quaeritur. Hoc exem-
pli gratia satis dictum sit, nam colligere omnia
nimis longum et nimis operosum est.

De regulis Theologie utilibus et secretorum legis sive clavibus

que ita obscura sunt in scripturis canonicis ut mihi videtur scire ibi requirendum sit, ipse autem eas habet velut regulas commendaret, tamen eius scribit quasi omnia que in lege, id est in divinis libris obscure posita invenimus, his sibi cogitatis atque adhibitis intelligere valeamus. Ita quippe exorsus est eundem librum ut diceret: Necessarium duxi ante omnia que mihi videntur libellum regularem scribere et secretorum legis veluti claves et luminaria fabricare. Sunt enim quedam regule misticae que universae legis recessus obtinent et veritatis thezauros aliquibus invisibiles (invisibiles) faciunt. Quarum si ratio regularum sine invidia ut communicamus accepta fuerit, clausa queque patefient et obscura dilucidabuntur, ut quisque prophetie inmensam silvam perambulans his regulis quodammodo lucis tramitibus deductus ab errore defendatur. Hic si dixisset: Sunt enim quedam regule misticae que nonnullos legis recessus obtinent, aut certe que legis magnos recessus obtinent, non autem quod ait universe legis recessus, neque dixisset clausa queque patefient sed clausa multa patefient, verum dixisset, nec tam elaborato atque utili operi suo plus quam res ipsa postulat dando in spem falsam lectorem eius cognitoremque misisset. Quod ideo dicendum putavi ut liber ipse et legatur a studiosis, quia plurimum adiuvat ad scripturas intelligendas, et non de illo speretur tamen quantum non habet. Caute sane legendus est, non solum propter quedam in quibus ut homo erravit, sed maxime propter illa que sicut donatista hereticus loquitur. Quid autem doceant vel amoneant iste septem regule breviter ostendam.

c xxx i Prima regula Ticonii de domino et eius corpore

Prima de domino et eius corpore est, in qua scientes aliquando capitis et corporis, id est Christi et ecclesie, unam personam nobis intimari (neque enim frustra dictum est fidelibus: Ergo semen Abrahe estis, cum sit unum semen Abrahe quod est Christus), non hesitemus quando a capite ad corpus vel a corpore transitur ad caput, et tamen non receditur ab una eademque persona. Una enim persona loquitur dicens: Sicut sponso imposuit michi mitram, et sicut sponsam ornavit me ornamento. Et tamen quid horum duorum capiti, quid corpori, id est quid Christo, quid ecclesie conveniat, utique intelligendum.

c xxxii Secunda de domini corpore bipartito

Secunda est de domini corpore bipartito, que quidem non ita debuit appellari; non enim revera domini corpus est quod cum illo non erit in eternum; sed dicendum fuit de domini corpore vero atque permixto, vel vero atque simulato, vel aliquid aliud, quia non solum in eternum, verum etiam nunc ypocrite non cum illo esse dicendi sunt, quamvis in eius esse videantur ecclesia. Unde poterat ista regula et sic appellari ut diceretur de permixta ecclesia. Que regula intellectorem vigilantem requirit, quando scriptura (sicut dicit: sponso imposuit michi mitram) cum ad alios iam loquitur, tamquam ad eos ipsos ad quos loquebatur videtur loqui, vel de ipsis cum de aliis iam loquatur, tamquam unum sit utrorumque corpus propter temporalem commixtionem (al. commistionem) et communionem sacramentorum. Ad hoc pertinet in cantica canticorum: Fusca sum et speciosa ut thabernacula cedar et pelles Salomonis. Non enim ait: fusca fui ut thabernacula cedar, et speciosa sum ut pelles Salomonis, sed utrumque esse dixit propter temporalem unitatem intra una retia piscium bonorum et malorum. Thabernacula enim cedar ad Ysmahelem pertinent, qui non erit heres cum filio libere. Itaque cum de bona parte deus dicat: Ducam cecos in viam quam non noverunt, (et semitas quas non noverunt) calcabunt, et faciam illis tenebras in lucem et prava in directum; hec verba faciam et non relinquam eos; mox de alia parte que mala (malo) permixta est dicit: Ipsi autem conversi sunt retro, cum iam alii significentur his verbis, sed quoniam nunc in uno sunt, tamquam de ipsis loquitur de quibus loquebatur. Non tamen semper in uno erunt. Ipse quippe est ille servus commemoratus in evangelio, cuius dominus cum venerit dividet eum et partem eius cum ypocritis ponet.

misticæ

vel quasi

[illegible]

de genere et specie

c xxx iii Tercia regula de promissis et lege

Tercia regula est de promissis et lege que
alio modo dici potest de spiritu et littera sicut eam nos
appellavimus cum de hac re librum scriberemus. Potest
etiam sic dici de gratia et mandato. Hec quidem
magis mihi videtur magna questio quam regula
que solvendis questionibus solvenda est. Hec est
quam non intelligentes pelagiani vel condi-
derunt heresim vel auxerunt. Laboravit in
ea dissolvenda ticonius bene sed non plene.
Disputans enim de fide et operibus opera nobis
dixit a deo dari merito fidei. Ipsam vero fidem
sic esse a nobis ut nobis non sit a deo. Nec
attendit apostolum dicentem pax fratribus et caritas
cum fide a deo patre et domino ihesu christo. Sed non
erat expertus hanc heresim que nostro tempore ex-
orta multum nos ut gratiam dei que per dominum
ihesum christum ad adversus eam defenderemus
exercuit et secundum quod ait apostolus oportet here-
ses esse ut qui probati sunt manifesti fiant in vobis
multo vigilantiores diligentioresque reddidit
ut adverteremus in scripturis sanctis quod istum tico-
nium minus attentum sollicitumque minus sine
hoste fugit etiam ipsam fidem donum illius
esse qui eius mensuram unicuique partitur
ex qua sententia quibusdam dictum est vobis do-
natum est pro christo non solum ut credatis in eum
verum etiam ut patiamini pro eo. Unde quis dubitet
utrumque esse dei donum qui fideliter atque in-
telligenter audit utrumque donatum. Plura sunt
et alia testimonia quibus id ostenditur sed hoc
nunc non agimus. Alibi autem atque alibi
sepissime ista egimus.

c xxx iiii Quarta regula ticonii de genere et specie

Quarta regula ticonii est de specie et genere. Sic
enim eam vocat volens intelligi speciem partem
vocat totum autem genus cuius ea pars est
quam nuncupat speciem. Sicut una quaeque
civitas pars est utique universitatis gentium.
Hanc ille vocat speciem, genus autem omnes
gentes. Neque hic ea discernendi subtili-
tas adhibenda est que a dialecticis tra-
ditur qui inter partem et speciem quid intersit
acutissime disputant. Eadem enim ratio
est si non de una quaque civitate sed de
una quaque provincia vel gente vel regno
tale aliquid in divinis reperiatur eloquiis.
Non solum enim verbi gratia de iherusalem vel de ali- Ierusalem
qua gentium civitate sive tyro sive babi-
lonia sive alia aliqua dicitur in scripturis
sanctis quod modum eius excedat et conveniat
potius omnibus gentibus verum etiam de iudea
et de egipto de assiria et de quacumque
alia gente in qua sunt plurime civita-
tes non tamen totus orbis sed eius pars est
quod transeat eius modum et congruat potius
universo cuius hec pars est vel sicut iste appel-
lat generi cuius species est. Unde et in no-
ticiam vulgi verba ista venerunt ut etiam
ydiote intelligant quid specialiter quid generaliter
in quocumque precepto imperiali sit constitu-
tum. Fit hoc etiam de hominibus sicut ea que
de salomone dicuntur excedunt eius modum
et potius ad christum vel ecclesiam cuius ille
pars est relata clarescunt. Nec species
semper exceditur. Sepe enim talia dicuntur que vel
eius quoque vel ei fortasse tantummodo apertissime
congruant sed cum a specie transitur quasi ad ad genus
genus de specie loquente scriptura ibi vigi-
lare debet lectoris intentio ne querat in
specie quod in genere potest melius et certius in-
venire. Facile est quippe illud quod ait
propheta ezechiel domus israel habitavit
in terra et polluerunt illam in via sua
et in ydolis suis et in peccatis suis. Secundum
immundiciam menstruate facta est via eorum
ante faciem meam et effudi iram meam
super eos et dispersi eos inter nationes
et ventilavi eos in regiones secundum vias
eorum et secundum peccata eorum iudicavi eos.
Facile est inquam intelligere de illa domo
israel de qua dicit apostolus videte israel secundum
carnem quia hec omnia carnalis populus
fecit et passus est. Alia etiam que sequuntur
eidem intelliguntur populo convenire. Sed
cum ceperit dicere et sanctificabo nomen
meum sanctum illud magnum quod pollutum

est in nationes quas polluistis in medio
earum et scient gentes quia ego sum dominus.
Iam intellectus debet esse qui legit quem-
admodum spiritaliter accedat et adiungatur
genus loquendi cum et dicat dum sanctifica-
bor in vobis ante oculos eorum, et accipiam
vos de gentibus, et congregabo vos de om-
nibus terris et inducam vos in terram vestram
et aspergam vos aqua munda et munda-
bimini ab omnibus simulacris vestris, et
mundabo vos et dabo vobis cor novum
et spiritum novum dabo in vos, et auferam
cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis
cor carneum, et spiritum meum dabo in vos
et faciam ut in iustificationibus meis ambuletis
et iudicia mea custodiatis et faciatis
et habitabitis in terra quam dedi patribus
vestris et eritis mihi in populum et ego ero
vobis in deum, et mundabo vos ab om-
nibus immunditiis vestris. Hoc de novo testamen-
to esse prophetatum, ad quod pertinet non
solum una gens illa in reliquiis suis
de quibus alibi scriptum est: Si fuerit numerus
filiorum Israel sicut arena maris reliquie sal-
ve fient, verum etiam cetere gentes que promis-
se sunt patribus eorum, qui etiam nostri sunt,
non ambigit quisquis intuetur, et lava-
crum regenerationis hic esse promissum
quod nunc videmus omnibus gentibus red-
ditum, et illud quod ait apostolus cum testa-
menti novi gratiam commendaret, ut in com-
paratione veteris emineret: epistula nostra
vos estis, scripta non atramento sed
spiritu dei vivi, non in tabulis lapideis
sed in tabulis cordis mei ~~carnalibus~~ carnalibus. Hinc
esse respicit et prospicit, dictum esse ubi
iste propheta dicit: et dabo vobis cor novum
et spiritum novum dabo vobis cor carneum.
Cor quippe carneum unde ait apostolus ta-
bulis cordis carnalibus, a corde lapideo
voluit vita sentiente distingui et per vitam sentientem significavit intel-
legentem. Sic fit Israel spiritalis non unius
gentis sed omnium que promisse sunt patribus
in eorum semine, quod est Christus. Hunc ergo
Israel spiritalem ab illo Israel carnali qui

[margin:] De quibus gentibus sit intelligendum

[margin:] et dabo in vos et auferam cor lapideum de carne vestra et da

est unius gentis nobilitate gratie non nobili-
tate patrie, et mente non gente distinguit
sed altitudo prophetica dum de illo vel ad illum
loquitur latenter transit ad istum, et de isto
vel ad istum loquitur adhuc de illo vel ad il-
lum videtur loqui, non intellectum scripturarum nobis
quasi hostiliter invidens sed exercens medicinaliter
nostrum. Unde et illud et inducam vos in terram
vestram. Et paulo post iterum ibi eum respiciens
et habitabitis in terra quam dedi patribus
vestris, non carnaliter sicut carnalis Israel, sed spiritaliter
sicut spiritalis Israel debemus accipere. Ecclesia
quippe sine macula et ruga ex omnibus gentibus
congregata atque in eternum regnatura cum Christo
ipsa est terra beatorum, terra viventium. Ipsa in-
telligenda est patribus data quando eis terra est in-
commutabili dei voluntate promissa est, quoniam
ipsa promissionis vel predestinationis firmitate
iam data est, que data suo tempore a patribus
credita est. Sicut de ipsa gratia que sanctis datur
scribens ad Thymotheum apostolus ait: Non
secundum opera nostra sed secundum propositum suum et
gratiam que data est nobis in Christo Ihesu ante
secula eterna, manifestata autem nunc per adventum
salvatoris nostri. Datam dixit gratiam quando nec
erant adhuc quibus daretur, quoniam in dispositione
et in predestinatione dei iam factum erat quod
suo tempore futurum erat, quod esse dixit mani-
festum. Quamvis hec possint intelligi et de
terra futuri seculi, quando erit celum novum et terra
nova in qua iniusti habitare non poterunt.
Et ideo recte dicitur piis quod ipsa sit terra eorum
que nulla ex parte erit impiorum, quia et ipsa
similiter data est quando danda firmata est. c xxxv

Quinta regula de temporibus

Quintam Tyconius regulam ponit quam
de temporibus appellat, qua regula plerumque
inveniri aut conici possit latens in scripturis
quantitas temporum. Duobus autem modis hanc
dicit vigere regulam, aut tropo synodoche
aut legitimis numeris. Tropus synodoche aut
a parte totum aut a toto partem facit intelli-
gendum. Sicut unus evangelista post dies octo factum
dicit quod alius post dies sex quando in monte

discipulis tantum tribus presentibus facies
eorum fulsit ut sol et vestimenta eius ut
nix videri enim verum esse non posset quod
de numero dierum dictum est nisi ille qui dixit
post dies octo intelligatur partem novissimam
diei ex quo illud Christus predixit factum et
partem primam diei quo id ostendit impletum
pro totis diebus duobus atque integris posu-
isse. Eum vero qui dixit post dies sex in-
tegros omnes et totos sed solos medios
computasse. Hoc modo locucionis quo sig-
nificatur a parte totum et illa de resurrectione
Christi solvitur questio. Pars enim novissima diei quo
passus est nisi pro toto accipiatur id est adiuncta
et nocte preterita et nox in cuius ultima parte
resurrexit nisi tota dies accipiatur adiuncto
scilicet die illucescente dominico non possunt esse
tres dies et tres noctes quibus se in corde terre
esse predixit futurum. Reliquos autem numeros
quos eminencius divina scriptura commendat
sicut septenarium vel duodenarium vel qui-
narium aliosque quos legentes studiosi liben-
ter agnoscunt plerumque pro universo
tempore ponit sicut septies in die lauda-
bo te nichil aliud est quam semper laus
eius in ore meo. Tantundem valet et cum
multiplicatur sive per denarium sicut septua-
ginta et septingenti unde et possunt septu-
aginta anni Ieremie pro toto tempore spiritualiter
accipi quo est apud alienos ecclesia sive
per seipsos sicut decem per decem centum et
duodecim per duodecim centum quadraginta quatuor quo nu-
mero significatur universitas sanctorum in apoca-
lipsi. Unde apparet non solum temporum questiones istis
numeris esse solvendas sed lacius patere signi-
ficaciones eorum et in multa prorepere. Neque
enim numerus iste in apocalipsi ad tempora pertinet sed
ad homines. c xxxvi Sexta regula recapitulatio

Sextam regulam Ticonius reca-
pitulacionem vocat in obscuritate scrip-
turarum satis vigilanter inventam. Sic
enim dicuntur quedam quasi sequantur in ordine
temporis vel rerum continuacione narrentur cum
ad priora que premissa fuerant latenter
narracio revocetur. Quod nisi ex hac regula
intelligatur erratur ut in genesi Et plantavit
inquit dominus deus paradisum in eden ad orien-
tem et posuit deus hominem quem forma-
verat et produxit deus adhuc de terra omne lignum
speciosum et bonum in escam. Ita videtur dictum
tamquam illud factum sit postea quam deus ho-
minem posuit in paradiso cum breviter utroque
commemorato id est quod plantavit deus para-
disum et posuit ibi hominem quem formavit
recapitulando redeat et dicat quod preter-
miserat quomodo scilicet paradisus fuerit plan-
tatus et quia produxit adhuc deus de
terra omne lignum speciosum et bonum in
escam. Deinde secutus adiunxit et lignum
vite in medio paradisi et lignum scientie
boni et mali. Deinde flumen quo para-
disus irrigaretur divisum in quatuor principia
fluminum quatuor explicatur quod totum
pertinet ad institucionem paradisi. Quod ubi
finivit repetivit illud quod iam dixerat
et revera hoc sequebatur atque ait Et sumpsit
dominus deus hominem quem finxit et po-
suit eum in paradiso etc. Post ista enim facta
ibi est positus homo sicut nunc ordo
ipse demonstrat non post hominem ibi po-
situm facta sunt ista. Sicut prius dictum
putari potest nisi recapitulacio illic vigi-
lanter intelligatur qua reditur ad
ea que fuerant premissa. Item in eodem
libro cum commemorarentur generaciones filio-
rum Noe dictum est Hi filii Cham in tribubus
suis secundum linguas suas in regionibus suis
et in gentibus suis. Enumeratis quoque filiis Sem
dicitur Hi filii Sem in tribubus suis secundum
linguas suas et in regionibus suis et in
gentibus suis et adiungitur de omnibus Hee
tribus filiorum Noe secundum generaciones eorum
et secundum gentes eorum ab his disperse sunt
insule gencium super terram post diluvium et
erat omnis terra labium unum et vox una
omnibus. Hoc itaque quod adiunctum est Et
erat omnis terra labium unum et vox una

omnibus, i. vna lingua omnium ita dictum esse videtur tamen eo id tempore quo dispersi fuerant super terram et secundum insulas gentium vna fuit omnibus lingua gentis. Cetera procul dubio repugnat superioribus verbis vbi dictum est in tribubus suis secundum linguas suas. Neque enim diceretur habuisse iam linguas suas singule tribus, que gentes singulas fecerant, quando erat omnibus vna communis. Ac per hoc recapitulatio adiuncta est et erat omnis terra labium vnum et vox vna omnibus latenter rediens recapitulate, ut diceret quomodo factum sit ut ex vna omnium lingua fuerint diuisi per multas. Et continuo de illa turris edificatione narratur vbi hec eis iudicio diuino ingesta est pena superbie post quod factum dispersi sunt super terram secundum linguas suas. Et ista recapitulatio fit obscurius, sicut in euangelio dicit dominus: die quo exiit Loth a Sodomis pluit ignem de celo et perdidit omnes; secundum hoc erit dies filii hominis quo reuelabitur. Illa hora qui erit in tecto, et vasa eius in domo, non descendat tollere illa. Et qui in agro similiter non redeat retro. Meminerit vxoris Loth. Numquid cum dominus fuerit reuelatus tunc sunt ista seruanda ne quisquam retro respiciat i. vitam preteritam cui renunciauit inquirat, et non potius isto tempore ut cum fuerit dominus reuelatus retributionem precis que quisque seruauit uel contempsit inueniat. Et tamen quia dictum est in illa hora tunc putantur ista seruanda cum fuerit dominus reuelatus, nisi ad intelligendam recapitulationem sensus legentis inuigilet adiuuante alia scriptura que ipsorum apostolorum adhuc tempore clamauit: filii nouissima hora est. Tempus ergo ipsum quo euangelium predicatur quousque dominus reueletur hora nouissima est in qua oportet ista seruari, quia et ipsa reuelatio domini ad eandem horam pertinet que die iudicii terminabitur. c xxxvii

Reuelacio domini

Septima regula de diabolo et corpore eius

Septima regula ticonii est eademque postrema de diabolo et corpore eius. Est enim et ipse caput impiorum qui sunt eius quodammodo corpus, ituri cum illo in supplicium eterni ignis, sicut christus caput est ecclesie que est corpus eius futurum cum illo in regno et gloria sempiterna. Sicut ergo in prima regula quam vocat de domino et eius corpore vigilandum est ut intelligatur cum de vna eademque persona loquitur quid conueniat capiti quid corpori, et in ista nouissima aliquando in diabolum dicitur, quod non in ipso sed potius in eius corpore possit agnosci. Quod corpus habet non solum in eis qui manifestissime foris sunt, sed in eis etiam qui cum ad ipsum pertineant tamen ad tempus miscentur ecclesie, donec vnusquisque exeat de hac vita, vel a frumento palea ventilabro vltimo separetur. Quod enim scriptum est apud Ysaiam: Quomodo cecidit lucifer de celo mane oriens, et cetera que sub figura regis babilonis de eadem persona vel ad eandem personam dicta sunt in ipso contextione sermonis, de diabolo utique intelliguntur. Et tamen quod ibi dictum est contritus est contritus est in terra qui mittit ad omnes gentes, diabolus angelos suos, tamen in terra corpus eius non ipse conteritur, nisi quia ipse est in corpore suo quod contritum est fit sicut puluis quem proicit ventus a facie terre. c xxxviii

Tropica locucio posita est in ante scriptura

Hec autem omnes regule ex capitulum excepta vna que vocatur de promissis et lege aliud ex alio faciunt intelligi quod est proprium tropice locutionis, que latius patet quam ut possit ut michi videtur ab aliquo vniuersa comprehendi. Nam vbicumque velut aliud dicitur ut aliud intelligatur etsi nomen ipsius tropi in locucionis arte non inuenitur tropica locucio est. Que cum fit vbi fieri solet sine labore sequitur intellectus. Cum vero vbi non solet fit laborat ut intelligatur ab aliis magis, ab aliis minus, prout dona dei sunt ingeniis hominum uel adiutoria tribuuntur. c xxxix

Ammonicio [illegible] genera locutionum

Proinde sicut in verbis propriis de quibus

Oratio necessaria est ad intelligendum scripturam sanctam

superius disputavimus ubi rectum ut dicitur intelligere sit sic intellexisse que faciunt tropice locutiones ubi aliud ex alio intelligendum est de quibus quantum visum est satis egimus non solum admonendi sunt studiosi venerabilium litterarum ut in scripturis sanctis genera locutionis sciant et quomodo apud eam dici aliquid soleat vigilanter advertant memoriterque retineant verum etiam quod est precipuum et maxime necessarium orent ut intelligant. In eis quippe litteris quarum studiosi sunt legunt quoniam dominus dat sapientiam et a facie eius scientia et intellectus a quo et ipsum studium si pietate preditum est acceperunt. Sed hec satis de signis quantum ad verba pertinent que dicenda sunt. Restat ut de proferendis eis que sentimus sequenti volumine que dominus donavit disseramus. Explicit liber tercius. Incipiunt capitula libri quarti c. i.

Quod modus proferendi hoc in libro tractabitur. ii Quod eloquencia utatur et veritas. iii Legendo audiendo citius fieri eloquentes quam discendo. iiii Officium doctoris sacre scripture. v Quod sapienter quam eloquenter utilius auditur. vi Auctores sacre scripture sapientiam cum eloquentia coniunxisse. vii Pauli et Amos sapientiam aliorumque auctorum sacre scripture tanquam pedissequa sequi eloquentiam. viii Quod expositores sacre scripture tractando ab his que scripturis obscura sunt vitare debent. *(margin:* Studium scripture) Do se ita (?) dicant. ix Quod plurimum raris dicenda. x Modus docendi. xi Cuius bene et ingenio si queratur in verbis. xii Docendi(?) finem per modum Tullii. xiii De opus sit etiam eloquentie. xiiii Quam eloquium plus impetret quam preces valere. xv Quod in sermonibus oratio sit premittenda. xvi Quod precepta discere debeant qui docent. xvii Docendi modus Tullii oratoris romani. xviii Quod quelibet doctrina christiana sit magna. xix Qualiter doctor se habeat in doctrina. xx Tria genera docendi summissum temperatum et grande. xxi Ambrosius Cyprianus usi summisso temperato modo et grandi. xxii Genera dicendi miscenda in sermone. xxiii De genus dicendi aliud alio miscetur. xxiiii De dicendi genere grandi perficit. xxv Cuius quolibet genere dicto persuadeat. xxvi Cuius his modis et diversis dictis agatur. xxvii Plus bene quam male vivere prodesse etiam loquendo. xxviii Cuius quolibet dicat placendo plus fide quam verbis. xxix Pronunciatores sermonis quorum furatos bona mali dicentes. xxx Dicturus dictaturus aut ab eo recepturus deum est oraturus. xxxi Quilibet excusatio grandis etc. studentibus ego. Explicit capitula. Incipit liber quartus c. i. De modus proferendi in hoc libro tractabitur.

Hoc opus nostrum quod inscribitur de doctrina christiana in duo quedam fueram prima distributione partitus. Nam post prohemium quo respondi eis qui hoc fuerant reprehensuri, due sunt res inquam quibus nititur omnis tractatio scripturarum modus inveniendi que intelligenda sunt et modus proferendi que intellecta sunt. De inveniendo prius de proferendo postea disseremus. De inveniendo ergo multa iam diximus et tria de hac una parte volumina absolvimus. Adiuvante domino de proferendo pauca dicemus ut si fieri poterit uno libro cuncta claudamus totumque hoc opus quatuor voluminibus terminetur. Primo itaque expectatione legentium qui forte me putant rethorica daturum esse precepta que in scolis secularibus et didici et docui ista prelocutione cohibeo atque ut a me non expectentur admoneo non quod nihil habeant utilitatis sed quod si quid habeant seorsum discendum est si quis habeat forte bonus vir etiam hec vacat discere, non autem a me vel in hoc opere vel in aliquo alio requirendum. c. ii Quod eloquencia utatur et veritas.

(margin: Duo sunt videnda) *(margin:* De modo inveniendi et proferendi)

Nam cum per artem rethoricam et vera suadeantur et falsa quis audeat dicere adversus mendacium in defensoribus suis inermem debere consistere veritatem ut videlicet illi qui res falsas persuadere conantur noverint auditorem vel benivolum vel intentum vel docilem prohemio facere isti autem non noverint illi falsa breviter aperte verisimiliter et

isti vero sic narrant ut audientem tedeat intelligere non pateat credere postremo non libeat. Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnant asserunt falsitatem, isti nec vera defendere nec falsa valeant refutare. Illi animos audientium in errorem moventes impellentesque dicendo terreant contristent exhilarent exhortentur ardenter, isti pro veritate lenti frigidi et dormitent. Quis ita desipiat ut hoc sapiat. Cum ergo in medio sit posita facultas eloquii que ad persuadenda seu prava seu recta valeat plurimum, cur non bonorum studio comparatur ut militet veritati, si eam mali ad obtinendas perversas vanasque causas in usus iniquitatis et erroris usurpant.

c iii. in legendo audiendo citius fieri eloquentes

Sed quecumque sunt de hac re observationes atque precepta, quibus cum accedit in verbis plurimis ornamentisque verborum exercitatissime lingue solertia, fit illa que facundia vel eloquentia nominatur, extra istas litteras nostras seposito ad hoc congruo temporis spatio apta et convenienti etate discenda sunt eis qui hoc celeriter possunt. Nam et ipsos romane principes eloquentie non piguit dicere, quod hanc artem nisi quis cito possit, numquam omnino possit perdiscere. Quod utrum verum sit quid opus est querere. Non enim et si possint hec aliquando a tardioribus tandem aliquando perdisci, nos ea tanti pendimus ut eis discendis iam maturas vel etiam graves hominum etates velimus impendi. Satis est ut adolescentulorum ista sit cura, nec ipsorum omnium quos utilitati ecclesiastice cupimus erudiri, sed eorum quos nondum magis urgens et huic rei sine dubio preponenda necessitas occupavit. Quoniam si acutum et fervens assit ingenium, facilius adheret eloquentia legentibus et audientibus eloquentes, quam eloquentie precepta sectantibus. Nec desunt ecclesiastice littere etiam preter canonem in auctoritatis arce salubriter collocatum, quas legendo homo capax et si id non agat sed tantum rebus que ibi dicuntur intentus sit, et eloquio quo dicuntur, dum in his versatur, imbuitur, accedente vel maxime exercitatione sive scribendi sive dictandi, postremo etiam dicendi que secundum pietatis ac fidei regulam sentit. Si autem tale desit ingenium, nec illa rethorica precepta capiuntur, nec si magno labore inculcata quantulacumque ex parte capiantur aliquid prosunt. Quandoquidem et ipsi qui ea didicerunt et copiose ornateque dicunt, non omnes ut secundum ipsa dicant possunt ea cogitare cum dicunt, si non de ipsis disputant. Immo vero vix ullos eorum esse existimo qui utrumque possint, et dicere bene et ad hoc faciendum precepta illa dicendi cogitare cum dicunt. Cavendum est enim ne fugiant que dicenda sunt dum attenditur ut arte dicantur. Et tamen in sermonibus atque dictionibus eloquentium impleta reperiuntur precepta eloquentie, de quibus illi ut loquerentur non cogitaverunt, sive illa didicissent sive nec attigissent. Implent quippe illa quia eloquentes sunt, non adhibent ut eloquentes sint. Quapropter cum ex infantibus loquentes non fiant nisi locutiones discendo loquentium, cur eloquentes fieri non possunt nulla eloquendi arte tradita, sed elocutiones eloquentium legendo et audiendo et quantum assequi conceditur imitando. Quid quod ita fieri ipsis quoque experimur exemplis. Nam sine preceptis rethoricis novimus plurimos eloquentiores plurimis qui illa didicerunt, sine lectis vero et auditis eloquentium disputationibus vel dictionibus neminem. Nam neque ipsa arte grammatica qua discitur locutionis integritas indigerent pueri, si eis inter homines qui integre loquerentur crescere daretur et vivere. Nescientes quippe illa nomina vitiorum, quicquid vitiosum cuiusquam ore loquentis audirent, sana sua consuetudine reprehenderent et caverent, sicut rusticos urbani reprehendunt, etiam qui litteras nesciunt.

c iiii. Quid debeat doctor sacre scripture

Debet igitur divinarum scripturarum tra

(Marginalia: "nota de rethoribus"; "legendo vel audiendo eloquentes"; "nota de ... eloquentes")

Nota pulchre

quid est dicere sapienter

tractator et doctor defensor recte fidei ac debellator erroris et bona docere et mala dedocere atque in hoc opere sermonis conciliare aversos remissos erigere, nescientibus quod agitur quid expectare debeant intimare. Ubi autem benivolos intentos dociles aut invenerit aut ipse fecerit, cetera peraganda sunt sicut postulat causa. Si docendi sunt qui audiunt narratione faciendum est, si tamen indigeat ut res de qua agitur innotescat. Ut autem que dubia sunt certa fiant documentis adhibitis ratiocinandum est. Si vero qui audiunt movendi sunt potius quam docendi ut in eo quod iam sciunt agendo non torpeant et rebus assensum quas veras esse fatentur accommodent, maioribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecrationes et increpationes concitationes et coherciones et quecumque alia valent ad commovendos animos sunt necessaria. Et hec quidem cuncta que dixi omnes fere homines in hiis que loquendo agunt facere non quiescunt.

c v sapienter quam eloquenter utilius audiunt

Sed cum alii faciant obtuse deformiter frigide, alii acute ornate vehementer, illum ad hoc opus unde agimus iam oportet accedere qui potest disputare vel dicere sapienter, etsi non potest eloquenter, ut prosit audientibus, etsi minus quam prodesset si et eloquenter posset dicere. Qui vero affluit insipienti eloquentia tanto magis cavendus est quanto magis ab eo in hiis que audire inutile est delectatur auditor, et eum quoniam diserte dicere audit etiam vere dicere existimat. Hec autem sententia nec illos fugit qui artem rhetoricam docendam putaverunt. Fassi sunt enim sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse numquam. Si ergo hoc illi qui precepta eloquentie tradiderunt in eisdem libris in quibus id egerunt veritate instigante coacti sunt confiteri, veram hoc est supernam que a patre luminum descendit sapientiam nescientes, quanto magis nos non aliud sentire debemus qui huius sapientie filii et ministri sumus. Sapienter autem dicit homo tanto magis vel minus quanto in scripturis sanctis magis minusve profecit. Non dico in eis multum legendis memorieque mandandis, sed bene intelligendis et diligenter earum sensibus indagandis. Sunt enim qui eas legunt et negligunt, legunt ut teneant, negligunt ut intelligant. Quibus longe sine dubio preferendi sunt qui verba earum minus tenent et cor earum sui cordis oculis vident. Sed utrisque ille melior qui et cum volet eas dicit et sicut oportet intelligit. Huic ergo qui sapienter debet dicere etiam quod non potest eloquenter verba scripturarum tenere maxime necessarium est. Quanto enim se pauperiorem cernit in suis, tanto eum oportet in istis esse ditiorem, ut quod dixerit suis verbis probet ex illis, et qui propriis verbis minor erat magnorum testimonio quodammodo crescat. Probando enim delectat qui minus potest delectare dicendo. Porro qui non solum sapienter verum etiam eloquenter vult dicere, quoniam profecto plus proderit si utrumque potuerit, ad legendos vel audiendos et exercitatione imitandos eloquentes eum mitto libentius quam magistris artis rhetorice vacare precipio, si tamen hii qui leguntur et audiuntur non solum eloquenter sed etiam sapienter dixisse vel dicere veraci predicatione laudantur. (nota lector) Qui enim eloquenter dicit suaviter, qui sapienter salubriter auditur. Propter quod non ait scriptura multitudo eloquentium sed multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Sicut autem sepe sumenda sunt et amara salubria, ita semper vitanda est perniciosa dulcedo. Sed salubri suavitate vel suavi salubritate quid melius. Quanto enim magis illic appetitur suavitas, tanto facilius salubritas prodest. Sunt ergo ecclesiastici viri qui divina eloquia non solum sapienter sed eloquenter etiam tractaverunt, quibus legendis magis non sufficit tempus quam deesse ipsi studentibus et vacantibus possunt.

c vi auctores sacre scripture sapientiam cum eloquentia

Hic aliquis forsitan querat utrum auctores nostri quorum scripta divinitus inspirata canonem nobis saluberrima auctoritate fecerunt sapientes tantummodo an eloquentes etiam nuncupandi sint. Que quidem questio apud meipsum et apud eos qui

meum quod dico sentiunt et facillime soluntur. nam ubi eos intelligo non solum eis nichil sapientius verum etiam nichil eloquentius michi videri potest. Et audeo dicere omnes qui recte intelligunt quod illi loquuntur simul et intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut enim est quedam eloquentia que magis etatem iuvenilem decet, est que senilem, nec iam dicenda est eloquentia si persone non congruit eloquentis, ita est quedam que viros summa auctoritate dignissimos planeque divinos decet. Hac illi locuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa. Ipsis enim congruit, alios autem quanto videtur humilior tanto altius non ventositate sed soliditate transcendit. Ubi vero non eos intelligo minus quidem michi apparet eorum eloquentia. Sed eam non dubito esse talem qualis est ubi intelligo. Ipsa quoque obscuritas salubrium divinorum dictorum tali eloquentie miscenda fuerat in qua proficere videtur intellectus noster non solum inventione verum etiam exercitatione deberet. Possem quidem si vacaret omnes virtutes et ornamenta eloquentie de quibus inflantur isti qui linguam suam nostrorum auctorum lingue non magnitudine sed tumore preponunt ostendere in istorum litteris sacris quos nobis erudiendis et ab hoc seculo pravo in beatum seculum transferendis providentia divina providit. Sed non ipsa me plus quam dici potest in illa eloquentia delectant que sunt his viris cum oratoribus gentilium poetisve communia. Illud magis admiror et stupeo quod ista nostra eloquentia ita usi sunt per alteram quandam eloquentiam suam ut nec deesset eis nec emineret in eis, quia eam nec improbari ab illis nec ostentari oportebat. quorum alterum fieret si vitaretur, alterum putari posset si facile agnosceretur. Et quibus forte locis agnoscitur a doctis res dicuntur ut verba quibus dicuntur non adhibita ab eo qui diceret sed ipsis rebus velut sponte subiuncta videantur. quasi sapientiam de domo sua id est pectore sapientis procedere intelligas, et tamquam

Eloquentia inflat

inseparabilem famulam etiam non vocatam sequi eloquentiam.

Climax figura i. gradatio

c. vii. Pauli et Amos sapientiam aliorumque auctorum sacre scripture tamquam pedissequam sequi eloquentiam.

Quis enim non videt quid voluerit dicere et quam sapienter dixerit apostolus: Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hic si quis ut ita dixerim imperite peritus artis eloquentie precepta apostolum secutum fuisse contendat, nonne a christianis doctis indoctisque ridebitur? Et tamen agnoscitur hic figura que climax grece, latine vero a quibusdam est appellata gradatio, quoniam scalam dicere noluerunt, cum verba vel sensus connectuntur alterum ex altero, sicut hic ex tribulatione patientiam, ex patientia probationem, ex probatione autem spem connexam videmus. Agnoscitur et aliud decus, quoniam post aliqua pronunciatione vocis singula finita, que nostri membra et cesa, greci autem cola et comata vocant, sequitur ambitus sive circuitus quem periodon illi vocant, cuius membra suspenduntur voce dicentis donec ultimo finiatur. Nam eorum que precedunt circuitum membrorum illud est primum: quoniam tribulatio patientiam operatur; secundum: patientia autem probationem; tercium: probatio vero spem. Deinde subiungitur ipse circuitus qui tribus peragitur membris, quorum primum est: spes autem non confundit; secundum: quia caritas est diffusa in cordibus nostris; tercium: per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hec atque huiusmodi in elocutionis arte traduntur. Sicut ergo apostolum precepta eloquentie secutum fuisse non dicimus, ita quod eius sapientiam secuta sit eloquentia non negamus. Scribens ad Corinthios in secunda epistola redarguit quosdam qui erant ex iudeis pseudo apostoli ei detrahebant, et quoniam seipsum predicare compellitur hanc sibi velut insipientiam tribuens quam sapienter

[gloss: secundum carnem et ego gloriabor libenter]

dicat qui ex eloquentia sed apostolus sit comes
sapientie dux eloquentie illud sequens istud prece-
dens et sequentem non respuens. Iterum dico
inquit ne quis existimet me insipientem
esse, alioquin velut insipientem suscipite
me ut et ego modicum quid glorier.
Quod loquor non loquor secundum deum
sed quasi in stultitia in hac substan-
tia glorie. Quoniam quidem multi gloriantur libenter
ter enim sustinetis insipientes cum sitis ipsi
sapientes. Toleratis enim si quis vos in
servitutem redigit, si quis devorat, si quis
extollitur, si quis accipit, si quis vos in
faciem cedit. Secundum ignobilitatem dico quasi
nos infirmi fuerimus. In quo quis audet
in insipientia dico, audeo et ego. Hebrei
sunt et ego. Israhelite sunt et ego. Se-
men Abrahe sunt et ego. Ministri Christi sunt
et ego. Ut insipiens dico plus ego. In
laboribus plurimis, in carceribus habun-
dancius, in plagis supra modum, in mortibus
frequenter. A Iudeis quinquies quadragenas
una minus accepi. Ter virgis cesus sum,
semel lapidatus sum, ter naufragium feci,
nocte ac die in profundo maris fui. In itine-
ribus sepe, periculis fluminum, periculis latronum,
periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in
civitate, periculis in deserto, periculis in mari,
periculis in falsis fratribus. In labore et erumpna,
in vigiliis sepius, in fame et siti, in ie-
iuniis multis, in frigore et nuditate. Preter
illa que extrinsecus sunt, instancia mea
cotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis in-
firmatur et ego non infirmor? Quis scanda-
lizatur et ego non uror? Si gloriari oportet
in hiis que infirmitatis mee sunt gloriabor.
Quanta sapiencia ista dicta sunt vigilanter
vident. Quanto vero eloquencie concurrant
flumine et qui stertit advertit. Porro autem qui
novit agnoscat quod ea cesa que comma-
ta greci vocant et membra et circuitus
de quibus paulo ante disserui cum decentissima
varietate interponerentur, totam istam speciem dictio-
nis et quasi eius vultum quo etiam in-

[gloss: fecerunt]

docti delectantur moventur ex receperunt. Sed
unde cepimus hunc locum inserere circuitus sunt
primus minimus hoc est bimembris minus enim
quam duo membra circuitus habere non possunt,
plura vero possunt. Ergo ille primus est: Iterum
dico ne quis existimet me insipientem esse.
Sequitur alius bimembris: Alioquin velut insi-
pientem suscipite me ut et ego modicum
quid glorier. Tercius qui sequitur membra
habet quattuor: Quod loquor non loquor secundum
deum sed quasi in stultitia in hac substantia glo-
rie. Quartus duo habet: Quoniam quidem multi gloriantur
secundum carnem et ego gloriabor. Et quintus
duo habet: Libenter enim sustinetis insipientes
cum sitis ipsi sapientes. Etiam sextus bi-
membris est: Toleratis enim si quis vos in ser-
vitutem redigit. Sequuntur tria cesa:
Si quis devorat, si quis accipit, si quis
extollitur. Deinde tria membra: Si quis vos
in faciem cedit, secundum ignobilitatem dico quasi
nos infirmi fuerimus. Additur trimembris circuitus:
In quo quis audet, in insipientia dico, au-
deo et ego. Hinc iam singulis quibusque cesis
interrogando positis singula itidem
cesa responsione redduntur tria: Hebrei
sunt et ego. Israhelite sunt et ego. Semen
Abrahe sunt et ego. Quarto autem ceso simi-
li interrogatione posito non alterius cesi sed mem-
bri oppositione respondet: Ministri Christi sunt et
ego. Ut insipiens dico plus ego. Iam cesa
quattuor sequentia remota decentissime interro-
gatione funduntur: In laboribus plurimis,
in carceribus habundancius, in plagis sup-
ra modum, in mortibus frequenter. Deinde inter-
posito brevi circuitu, qui suspensa pronun-
ciatione distinguendus est: A Iudeis quinquies,
ut hoc sit unum membrum, cui connectitur
alterum: quadraginta una minus accepi. In-
de reditur ad cesa et ponuntur tria: Ter
virgis cesus sum, semel lapidatus sum, ter
naufragium feci. Sequitur membrum: Nocte
ac die in profundo maris fui. Deinde quattuor
cesa decentissimo impetu profluunt: Et
in itineribus sepe, periculis fluminum

Circuitus

Cesa

membrum

Cesa

membrum

Cesa

periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex
gentibus, periculis in civitate, periculis in deserto,
periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labo-
re et erumpna, in vigiliis multis, in fame
et siti, in ieiuniis multis, in frigore et nu-
ditate. Post imponit timebit cerunt preter
illa que extrinsecus sunt, incursus in me
cotidianus, sollicitudo omnium ecclesiarum. Et quam
duo membra contuitione subiungit. Quis
infirmatur et ego non infirmor? Quis scanda-
lizatur et ego non uror? Postremo totus
ille qui hanc selas loci, bimembri circuitu ter-
minatur. Si enim gloriari oportet, in hiis que
infirmitatis mee sunt gloriabor. Sed vero
prophetiis que impetu interposita narrat vin-
cula quodammodo requiescit, et requiescere audi-
torem facit, quid decoris et delectacionis
habeat, satis dici non potest. Sequitur enim
dicens: Deus et pater domini nostri Ihesu Christi, qui
est benedictus in secula, scit quia non men-
tior. Ac deinde quomodo periclitatus fuit et
quomodo evaserit brevissime narrat. Lon-
gum est cetera persequi, vel in aliis scriptura-
rum locis ista monstrare. Quid si etiam
figuras locucionis que illa arte traduntur
in hiis saltem que de apostoli eloquio com-
memoravi ostendere voluissem? Nonne fa-
cilius graves homines me nimium quam
quisquam studiosorum sibi sufficientem puta-
ret? Hec omnia quando a magistris docentur, pro
magno habentur, magno emuntur, magna
iactacione venduntur. Quam iactacionem
ego etiam redolere vereor, dum ista sic dis-
sero. Sed male doctis hominibus respondendum
fuit, qui nostros auctores contempnendos
putant, non quia non habent, sed quia
non ostentant quam nimis isti diligunt
eloquenciam. Sed forte quis putat tam-
quam eloquentem nostrum me elegisse
apostolum Paulum. Videtur enim ubi ait:
Et si imperitus sermone, sed non sciencia, quasi
concedendo obtrectatoribus sic locutus,
tamquam id verum agnoscens confitendo.
Si autem dixisset: Imperitus quidem sermone

male docti

et non addidisset sed

sed non sciencia, nullo modo aliud posset intelligi.
Scienciam plane non cunctatus est confiteri, sine
qua gencium doctor non valet. Certe si quid
eius proferimus ad documentum eloquencie, ex illis epistolis
utique proferimus, quas etiam ipsi obtrectatores
eius, qui sermonem presentis contemptibilem putari
volebant, graves et fortes esse confessi sunt.
Dicendum ergo mihi aliud esse video et de elo-
quencia prophetarum, ubi per tropologiam multa
obteguntur. Que quanto magis translatis verbis
videntur operiri, tanto magis cum fuerint aperta
dulcescunt. Sed hoc loco tale aliquid com-
memorare debeo, ubi que dicta sunt non
cogar exponere, sed commendem tantum quomodo
dicta sint. Et ex illius prophete libro potis-
simum hoc faciam, qui se pastorem et ar-
mentarium fuisse dicit, atque inde divinitus
ablatum atque missum ut dei populo predicaret
vel prophetaret. Non autem secundum Septuaginta inter-
pretes, qui etiam ipsi divino spiritu interpretati
ob hoc aliter videntur nonnulla dixisse, ut
ad spiritualem sensum scrutandum magis admo-
neretur lectoris intencio; unde etiam obscuriora
nonnulla, quia magis tropica sunt, eorum.
Sed sicut ex hebreo in latinum eloquium
presbitero Ieronimo utriusque lingue perito
interpretante translata sunt. Cum igitur ar-
gueret impios, superbos, luxuriosos et
fraterne ideo negligentissimos caritatis, ru-
sticus vel ex rustico ille propheta exclamavit
dicens: Ve qui opulenti estis in Syon et
confiditis in monte Samarie, optima-
tes capita populorum, ingredientes pom-
patice domum Israel. Transite in Calanne et
videte, et ite inde in Emath magnam, et
descendite in Geth Palestinorum, et ad op-
tima queque regna horum, si latior ter-
minus eorum termino vestro est. Qui separati estis
in diem malum, et appropinquatis solio ini-
quitatis, qui dormitis in lectis eburneis
et lascivitis in stratis vestris, qui comedi-
tis agnum de grege et vitulos de medio

armenti qui canitis ad vocem psalterii sicut
david putaverunt se habere vasa cantici bibentes
in phialis vinum et optimo unguento delibuti
et nihil patiebantur super contritione ioseph.
Inquinavit vero isti qui increpant nos tamquam
inerudit[os] et elocutionis ignaros ve-
lut docti et diserti quos contempnunt. Si aliquis
eis talis ut intellexit diriguisset, aliter
voluisset se dicere qui in decorum se insanire
voluisset. Cuius enim est quod illud eloquio
auribus sobriis plus desideret? primo ipsa
invectio qua sopitis sensibus ut evigilarent
quo fremitu illisa est: Ve vobis qui
opulenti estis in sion et confiditis in mon-
te samarie et optimates capita populorum
ingredientes pompatice domum israel.
Deinde ut de beneficiis dei qui eis am-
plea spacia regni donavit ostendit ingratos
cum confidebant in monte samarie ubi
idola colebantur. Transite inquit in cala-
nne et videte et ite inde in emath
magnam et descendite in geth palesti-
norum et ad optima queque regna horum
si latior terminus horum termino vestro est.
Simul etiam cum illa dicuntur locorum no-
minibus tamquam luminibus ornatur eloquium
que sunt sion samaria calanne emath
magna et geth palestinorum. Deinde
verba que his adiunguntur locis decentis-
sime variantur: opulenti estis, confiditis,
transite, ite, descendite. Consequenter de-
nunciatur et futura sub iniquo rege pro-
pinquare captivitas, cum adiungitur qui sepa-
rati estis in diem malum et appropinquatis
solio iniquitatis. Tunc subiciuntur merita
luxurie: Qui dormitis in lectis eburne-
is et lascivitis in stratis vestris, qui
comeditis agnum de grege et vitulos
de medio armenti. Ista sex membra tres
bimembres ambitus reddiderunt. Non enim ait
Qui separati estis in diem malum qui ap-
propinquatis solio iniquitatis, qui dormitis
in lectis eburneis qui lascivitis in stra-
tis vestris qui comeditis agnum de grege

qui vitulos de medio armenti. Quod si
ita dictum esset quid est et hoc pulcrum
et ab uno pronomine repetito omnia sex mem-
bra decurrerent et pronunciantis voce singula
finirentur. Sed pulcrius factum est ut eidem
pronomini essent bina subnexa que tres
sententias explicarent unam ad captivitatem
prenunciationem: qui separati estis in diem ma-
lum et appropinquatis solio iniquitatis. Alteram
ad libidinem: qui dormitis in lectis ebur-
neis et lascivitis in stratis vestris. Ad vora-
citatem vero tertiam pertinentem: qui comedi-
tis agnum de grege armenti et vitulos
de medio armenti. Ut in potestate sit pro-
nunciantis, utrum singula finiat et membra
sint sex, an primum et tertium et quintum vo-
ce suspendat et secundum primo, quintum tertio, sex-
tum quinto connectendo, tres bimembres ambitus
decentissime faciat: unum quo calamitas im-
minens, alterum quo lectus impurus, tertium
quo prodiga mensa monstratur. Deinde luxu-
riosam remordet aurium voluptatem. Ubi
cum dixit qui canitis ad vocem psalterii,
quoniam potest exerceri sapienter a sapientibus mu-
sica mirabili decore dicendi invectionis
impetu relaxato, et non ad illos sed
de illis iam loquitur, ut nos musicam sa-
pientis a musica ~~[illegible]~~ luxuriantis
distinguere commoneret. Non ait qui canitis
ad vocem psalterii et sicut david putatis
vos habere vasa cantici. Sed cum illud
ad illos dixisset quod luxuriosi audi-
re deberent qui canitis ad vocem psalterii,
imperitiam quoque eorum aliis quodam mo-
do indicavit adiungens: Sicut david putaverunt
se habere vasa cantici, bibentes in phialis
vinum et optimo unguento delibuti. Tria haec
melius pronunciantur si suspensis duobus
prioribus membris ambitus tertio finiatur. Iam
vero quod his omnibus additur et nihil patie-
bantur super contritione ioseph ~~[illegible]~~
sive continuatim dicatur ut unum sit mem-
brum, sive decentius suspendatur et nihil

vide tropum

participant propter quod distinctionem inferat super contritione Ioseph atque sit bimembris circuitus (l. exercitio). Nimis decore non dictum est, non patiebantur super contritione fratris, sed positus est pro fratre Ioseph, ut quicumque frater ipso significaretur cuius nomine tamquam eo fratribus fama preclara est, velut in malis que pertulit, ut in bonis que rependit. Iste certe tropus ubi Ioseph quemcumque fratrem facit intelligi, nescio utrum illa quam didicimus et docuimus arte tradatur. Quam sit tamen pulcher et quemadmodum afficiat legentes (al. intelligentes), non opus est cuiquam dici, si ipse non sentit. Et plura quidem que pertinent ad precepta eloquentie in hoc ipso loco quem pro exemplo posuimus possunt exempli reperiri. Sed bonum auditorem non tam diligenter si discutiatur instruit, quam si ardenter pronunciatur accendit. Neque enim hec humana industria composita, sed divina mente sunt fusa et sapienter et eloquenter, non intenta in eloquentiam sapientia, sed a sapientia non recedente eloquentia. Si enim sicut quidam disertissimi atque acutissimi viri videre atque dicere potuerunt, ea que oratoria vel ut arte discuntur non observarentur et notarentur et in hanc doctrinam redigerentur nisi prius in oratorum invenirentur ingeniis, quid mirum si et in istis inveniuntur, quos ille misit qui facit ingenia. Quapropter et eloquentes quidem non solum sapientes canonicos auctores nostros doctoresque fateamur tali eloquentia usos qualis personis eiusmodi congruebat.

c viii quomodo expositores sacre scripture tractando se habeant

Sed nos etsi de litteris eorum que sine difficultate intelliguntur nonnulla sumimus locutionis exempla, nequaquam tamen putare debemus imitandos nobis eos esse in his que ad exercendas et elimandas quodammodo mentes legentium et ad rumpenda fastidia atque acuenda studia discere volentium, celandos quoque sive ut ad pietatem convertantur sive ut a misteriis secludantur animos impiorum, utili ac salubri obscuritate dixerunt. Sic quippe illi locuti sunt ut posteriores qui eos recte intelligerent et exponerent alteram gratiam disparem quidem, verumtamen subsequentem in dei ecclesia reperirent. Non ergo expositores eorum ita loqui debent tamquam se ipsos exponendos simili auctoritate proponant, sed in omnibus sermonibus suis primitus ac maxime ut intelligantur elaborent, ea quantum possunt perspicuitate dicendi, ut aut multum tardus sit qui non intelligit aut in rerum quas explicare atque ostendere volumus difficultate atque subtilitate non in nostra locutione sit causa quo minus tardiusve quod dicimus possit intelligi.

c ix obscura scripture populo rarius dicenda

Sunt enim quedam que in sua vi non intelliguntur aut vix intelliguntur, quantolibet et quantumlibet quamvis planissime dicentis versentur eloquio, que in populi audientiam vel raro, si aliquid urget, vel numquam omnino mittenda sunt. In libris autem qui ita scribuntur ut ipsi sibi quodammodo lectorem teneant cum intelliguntur, cum autem non intelliguntur, molesti non sint nolentibus legere, et in aliquorum collocutionibus non est hoc officium deserendum, ut vera quamvis ad intelligendum difficillima, que iam ipsi percepimus, cum quanto cumque labore disputationis ad aliorum intelligentiam perducamus, si tenet auditorem vel collocutorem discendi cupiditas, nec mentis capacitas desit, que quoquo modo intimata possit accipere, non curante illo qui docet quanta eloquentia doceat, sed quanta evidentia.

c x modus docendi

Cuius evidentie diligens appetitus aliquando negligit verba cultiora nec curat quid bene sonat, sed quid bene indicet atque intimet quod ostendere intendit. Unde ait quidam cum de tali genere locutionis ageret esse in ea quamdam diligentem negligentiam. Hec tamen sic detrahit ornatum

non considerati

a misteriis

Qui docet debet vitare verba que non docent /

ut sordes non contrahat / Quamvis in bonis doctoribus tanta docendi cura sit vel esse debeat ut verbum quod nisi obscurum sit vel ambiguum latinum esse non potest / vulgi autem more sic dicatur ut ambiguitas obscuritasque vitetur non sic dicatur ut a doctis sed potius ab indoctis dici solet / Si enim non piguit dicere interpretes nostros / non congregabo conventicula eorum de sanguinibus / quia senserunt ad rem pertinere / ut eo loco pluraliter enunciaretur hoc nomen quod in latina lingua tantummodo singulariter dicitur / Cur pietatis doctorem pigeat imperitis loquentem ossum potius dicere quam os ne ista sillaba non ab eo quod verum sunt ossa sed ab eo quod sunt ora intelligatur ubi afre aures de correptione et productione vocalium non iudicant / Quid enim prodest locucionis integritas quam non sequitur intellectus audientis cum loquendi omnino nulla non sit causa si quod loquimur non intelligunt propter quos ut intelligant loquimur / Qui ergo docet vitabit verba omnia que non docent / et si pro eis alia que intelligantur integra potest dicere / id magis eligit / Si autem non potest sive quia non sunt sive quia in presencia non occurrunt / utetur etiam verbis minus integris dum tamen res ipsa doceatur atque discatur integre / Et hoc quidem non solum in locucionibus sive fiat ad aliquem unum sive ad plures / verum etiam multo magis in populo quando sermo promitur ut intelligamur instandum est / quia in locucionibus est cuique interrogandi potestas / ubi autem omnes tacent ut audiatur unus et in eum intenta ora convertunt / ibi ut requirat quisque quod non intellexerit nec moris est nec decoris / ac per hoc debet maxime tacenti subvenire cura dicentis / Solet autem motu suo significare utrum intellexerit cognoscendi avida multitudo / quod donec significet / versandum est quod agitur multimoda varietate dicendi / quod in potestate non habent qui preparata et ad verbum memoriter retenta pronunciant / Mox autem ut intellectum esse constiterit aut sermo finiendus aut in alia transeundum est / Sicut enim gratus est qui cognoscenda enubilat / sic onerosus qui cognita inculcat / eis dumtaxat quorum tota expectacio in dissolvenda eorum que proponuntur difficultate pendebat / Nam delectandi gratia et nota dicuntur / ubi non ipsa sed modus quo dicuntur attenditur / Quod si et ipse iam notus est atque auditoribus placet / pene nichil interest utrum is qui dicit dictor an lector sit / Solent enim que commode scripta sunt / non solum ab eis quibus primitus innotescunt / sed etiam ab eis quibus iam nota sunt / neque adhuc illa de memoria deleta sunt / vel oblivio non sine iocunditate relegi vel libenter audiri / Que autem quisque iam oblitus est cum commonetur docetur / Sed de modo delectandi nunc non ago / de modo quo docendi sunt qui discere desiderant loquor / Is autem est optimus quo fit / ut qui audit verum audiat / et quod audit intelligat / Ad quem cum ventum fuerit nichil iam tum amplius de ipsa re tamquam diutius docenda laborandum est sed forte commendanda ut in corde defigatur / quod si faciendum videbitur ita modeste faciendum est ne perveniatur ad tedium c xi

Quid boni et ingeniosi querant in verbis

Prorsus hec est in docendo eloquencia qua fit in docendo non ut libeat quod abhorrebat aut fiat quod pigebat / sed ut appareat quod latebat / Quod tamen si fiat insuaviter ad paucos quidem studiosissimos suus pervenit fructus / qui ea que discenda sunt / quamvis abiecte inculteque dicantur scire desiderant / quod cum adepti fuerint ipsa veritate delectabiliter pascuntur / bonorumque ingeniorum insignis est indoles in verbis verum amare non verba / Quid enim prodest clavis aurea si aperire quod volumus non potest / aut quid obest lignea si hoc potest quando nichil querimus nisi patere quod clausum est / Sed quoniam inter se habent nonnullam similitudinem vescentes atque discentes propter fastidia plurimorum etiam ipsa sine quibus vivi non potest alimenta condienda sunt

c xii Docenda per modum Tulii

Istud totum notandum est

ia

De modo docendi nota

De eloquente et de modo loquendi

Dixit ergo quidam eloquens, et verum dixit, ita dicere debere eloquentem ut doceat, ut delectet, ut flectat. Deinde addidit: docere necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victorie. Horum trium quod primo ponitur loco, hoc est docendi necessitas, in rebus est constituta quas dicimus, reliqua duo in modo quo dicimus. Qui ergo dicit cum docere vult, quamdiu non intelligitur, nondum se existimet dixisse quod vult ei quem vult docere; quia et si dixit quod ipse intelligit, nondum illi dixisse putandus est a quo intellectus non est. Si vero intellectus est, quocumque modo dixerit, dixit. Quod si et delectare vult eum cui dixit aut flectere, non quocumque modo dixerit faciet, sed interest quomodo dicat ut faciat. Sicut est autem ut teneatur ad audiendum delectandus auditor, ita flectendus ut moveatur ad agendum. Et sicut delectatur si suaviter loquaris, ita flectitur si amet quod polliceris, timeat quod minaris, oderit quod arguis, quod commendas amplectatur, quod dolendum exaggeras doleat; cum quid letandum predicas gaudeat, misereatur eorum quos miserandos ante oculos dicendo constituis, fugiat eos quos cavendos terrendo proponis, et quicquid aliud grandi eloquentia fieri potest ad commovendos animos auditorum, non quid agendum sit ut sciant, sed ut agant quod agendum esse iam sciunt. Si autem adhuc nesciunt, prius utique docendi sunt quam movendi. Et fortasse rerum ipsarum cognitione ita movebuntur, ut eos non opus sit maioribus eloquentie viribus iam moveri. Quod tamen cum opus est faciendum est; tunc autem opus est cum sciunt quid agendum sit, non agunt. Et propter hoc docere necessitatis est. Possunt enim homines et agere et non agere quod sciunt; quis autem dixerit eos agere debere quod nesciunt? Et ideo flectere necessitatis non est, quia non semper opus est, si tantum docenti vel etiam delectanti consentit auditor. Ideo autem victorie est flectere, quia fieri potest ut doceatur et delectetur et non assentiatur. Quid autem illa duo proderunt si desit hoc tertium? Sed neque delectare necessitatis est, quandoquidem cum in dicendo vera monstrantur, quod ad officium docendi pertinet, non eloquio agitur, neque hoc attenditur ut vel ipsa vel ipsum delectet eloquium, sed per se ipsa quoniam vera sunt manifesta delectant. Plerumque et falsa patefacta atque convicta. Neque enim delectant quia falsa sunt, sed quia falsa esse verum est, delectat et dictio qua hoc verum esse monstratum est.

c. xiii. Quod opus sit ecclesiastico eloquenti

Propter eos autem quibus fastidientibus non placet veritas, si alio quocumque modo, sed si eo modo dicatur ut placeat et sermo dicentis, datus est in eloquentia non parvus etiam delectationi locus. Que tamen addita non sufficit duris, quos nec intellexisse nec docentis eloquio delectatos esse profuit. Quid enim hec duo conferunt homini qui et confitetur verum et collaudat eloquium, nec inclinat assensum, propter quem solum cum aliquid suadet rebus que dicuntur invigilat dicentis intentio? Si enim talia dicuntur que ut nosse sufficiat, nichil est aliud eis consentire nisi confiteri vera esse. Cum vero ideo docetur quod agendum est ut agatur, frustra persuadetur verum esse quod dicitur, frustra placet modus ipse quo dicitur, si non ita discitur ut agatur. Oportet igitur eloquentem ecclesiasticum, quando suadet aliquid quod agendum est, non solum docere ut instruat, et delectare ut teneat, verum etiam flectere ut vincat. Ipse quippe iam remanet ad consensionem flectendus eloquentie granditate, in quo id non egit usque ad eius confessionem demonstrata veritas adiuncta etiam suavitate dictionis.

c. xiiii. Ornate eloquium plus impiis quam piis valere

Cui suavitati tantum opere impensum est ab hominibus, ut non solum non facienda verum etiam fugienda ac detestanda tot et tanta mala atque flagitia que malis atque flagitiosis disertissime persuasa sunt, non ut eis consentiatur, sed sola delectationis gratia lectitentur. Avertat autem Deus ab ecclesia sua quod de synagoga Iudeorum Ieremias

Eloquentia

prophetam commemorat dicens pavor et horrenda
facta sunt super terram prophete prophetabant iniqua
et sacerdotes plausum dederunt manibus suis
et plebs mea dilexit sic et quid facietis
in futurum o eloquentia tanto terribilior quanto
purior et quanto solidior tanto vehementior
o vere securis concidens petras huic enim
rei simile esse verbum suum quod per sanctos prophetas fecit
per quem ipsum prophetam deus ipse dixit absit
itaque absit a nobis ut sacerdotes plaudant [illegible]
iniqua dicentibus et plebs dei diligat sic
absit a nobis inquam tanta dementia nam
quid faciemus in futurum et certe minus
intelligantur minus placeant et minus mo-
veant que dicuntur verumtamen dicantur et iu-
sta non iniqua libenter audiantur quod utique
non fieret nisi suaviter dicerentur In populo
autem gravi de quo dictum est In populo gravi
laudabo te nec illa suavitas delectabilis
est qua non quidem iniqua dicuntur fragilia
sed exigua et ~~fragilia~~ bona ~~impu~~
~~unto ut~~ spumeo verborum ambitu or-
nantur qualia nec magna atque stabilia decen-
ter ac et graviter ornarentur et tale aliquid
in epistola beati Cypriani quod ideo puto vel
accidisse vel consulto factum esse ut sciretur
a posteris quam linguam doctrine christiane
suavitas ab ista redundancia revocaverit
et ad eloquentiam graviorem modestioremque
restrinxerit qualis in eius consequentibus litteris
secure amatur religiose appetitur ait ergo
quodam loco petamus hanc sedem dant se ~~dat se~~
~~cessum~~ secessum vicina secreta vel secreta
ubi dum erratici palmitum lapsus pen-
dulis nexibus per arundines baiulas repunt ~~repudiat~~
viteam ~~[illegible]~~ porticum frondea tecta fece-
runt non dicuntur ista nisi mirabiliter afflue-
ntissima fecunditate facundie sed profusione
nimia gravitati displicent qui vero hec
amant profecto eos qui non ita dicunt sed casti-
gatius eloquuntur non posse ita eloqui exis-
timant non iudicio ista devitare quapropter
iste vir sanctus et posse se ostendit sic
dicere quia dixit alicubi et nolle quoniam
postmodum nusquam c. xv. quod cum sermonibus
oratio sit premittenda

Agit itaque noster
iste eloquens cum iusta et bona et
sancta dicat neque enim alia debet dicere
agit ergo quantum potest cum ista dicat ut intel-
ligenter ut libenter ut obedienter audiatur
et hec se posse si potuit pietate magis
orationum quam oratorum facultate non dubi-
tet ut orando pro se ac pro aliis quos est al-
locuturus sit orator antequam dictor ipsa
hora iam ut dicat accedens priusquam ex-
erat proferentem linguam ad deum levet
animam sitientem ut eructet quod biberit vel quod im-
pleverit fundat cum enim de una quaque
re que secundum fidem dilectionemque tractanda
multa sint que dicantur et multi modi quibus
dicantur ab eis qui hec sciunt quis novit
quid ad presens tempus vel nobis dicere vel per
nos expediat audiri nisi qui corda omnium
videt et quis facit ut quod oportet et que-
admodum oportet dicatur a nobis nisi in cuius
manu sunt et nos et sermones nostri ac per
hoc discat quidem omnia que docenda sunt
qui et nosse vult et docere facultatemque dicen-
di ut decet virum ecclesiasticum comparet ad
horam vero ipsius dictionis illud potius bone
menti cogitet convenire quod dominus ait nolli-
te cogitare quomodo aut quid loquamini dabitur
vobis in illa hora quid loquamini non enim
vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis
si ergo loquitur in eis spiritus qui persequentibus
traduntur pro christo cur non et in eis qui
tradunt discentibus christum c. xvi. quod superflue dicunt
quod debeat qui docent

Quisquis autem
dicit non esse hominibus precipiendum quid
vel quemadmodum doceant si doctores spiritus
sanctus efficiat potest dicere nec orandum nobis
esse quia dominus ait scit pater vester quid vobis
necessarium sit priusquam petatis ab eo aut
apostolum paulum thimotheo et tito non
debuisse precipere quid vel quemadmodum
precipere aliis quas tres apostolicas epistolas
ante oculos debet cui est in ecclesia doctoris per-
sona imposita nonne in prima

ad thimotheum legitur Annuncia hec et doce
que autem sint supra dictum est / Nonne ibi dicitur
/ Seniorem ne increpaveris / sed obsecra ut patrem
Nonne in secunda ita dicitur Formam habe sanorum verborum
sanorum que a me audisti / Nonne enim ibi-
ci dicitur Satis age te ipsum probabilem operarium
exhibere deo non erubescentem / recte
veritatis tractantem / ibi est et illud predica verbum
insta oportune importune / argue, obsecra
increpa in omni longanimitate et doctrina
Itemque ad titum nonne dicit episcopum insistere oportere secundum
doctrinam fidelis verbi esse perseverantem / debere
ut potens sit in doctrina sua sana et contradicentes
redarguere / Ubi etiam dicit Tu
vero loquere que decent sanam doctrinam
senes sobrios esse / et que sequuntur ibi
et illud hec loquere et exortare et increpa
cum omni imperio nemo te contempnat Ad-
mone illos principibus et potestatibus subdi-
tos esse etc. / Quid ergo putamus numquid
contrarium sibi sentit apostolus qui dicat / do-
ctores operatione fieri spiritus sancti ipse illis
precipit quid et quemadmodum doceant / An
intelligendum est et hominum officia ipso
spiritu sancto largiente in docendis etiam
ipsis doctoribus non debere cessare / et tamen neque
qui plantat est aliquid neque qui rigat
sed deus qui incrementum dat unde et
ipsis ministris hominibus vel etiam angelis
operantibus nemo recte discat que pertinent
ad vivendum cum deo nisi fiat a deo docibilis
cui dicitur in psalmo Doce me facere voluntatem
tuam quia deus meus es tu / unde et ipse thi-
motheo loquens dicit apostolus loquens utique ut
ad discipulum doctor Tu autem persevera
in his que didicisti et tradita sunt
tibi sciens a quo didiceris / Sicut enim corporis
medicamenta que hominibus ab hominibus
exhibentur non nisi eis prosunt quibus deus
operatur salutem qui sine illis mederi potest
cum sine ipso illa non possunt / et tamen adhibentur
et si hoc officiose fiat inter opera misericordie vel
beneficentie deputatur / ita et adiumenta doctri-
ne tunc prosunt anime adhibita per hominem

doctores fi... sp. s. (margin)

cum deus operatur ut prosit qui potuit evangelium dare
hominibus et non ab hominibus neque per hominem

c. xvii docendi modus tulii oratoris iii manorum

Qui ergo dicendo nititur per-
suadere quod bonum est nichil horum trium sper-
nens ut scilicet doceat ut delectet ut flectat
oret atque agat / ut quantum ad modum suum dicat /
intelligenter / libenter / obedienter quod au-
diatur / quod cum apte et convenienter fiat non im-
merito eloquens dici potest et si non eum sequatur
auditoris assensus / Ad hec enim tria id est ut
doceat ut delectet ut flectet etiam tria illa
videtur pertinere voluisse idem ipse romani auctor
eloquii cum itidem dixit Is igitur erit
eloquens qui poterit parva submisse modica
temperate magna granditer dicere tamquam si
adderet illa etiam tria et sic explicaret unam
eandemque sententiam dicens Is igitur erit eloquens qui
ut doceat poterit parva submisse ut dele-
ctet modica temperate ut flectat magna
granditer dicere

c. xviii quod licet doctrina xanorum sit magna

Hec autem tria
ille sicut ab eo dici potuit in causis
forensibus posset ostendere non autem hic est
in ecclesiasticis questionibus in quibus huius quem
volumus informare sermo versatur In illis
enim ea parva dicuntur ubi de rebus pecuniariis
iudicandum est / ea magna ubi
de salute / ac de capite hominum / ea vero ubi nichil
horum iudicandum est / nichil quod agitur ut agat
sive discernat / sed tantummodo ut delectetur au-
ditor / inter utrumque quasi media / et ob hoc mo-
dica hoc est moderata dixerunt / modicis enim modus
nomen imposuit / nam modica pro parvis ab-
usive non proprie dicimus / In istis autem nostris
quandoquidem omnia maxime que de locis superiorie
populis dicimus ad hominum salutem nec temporanea
sed eternam referre debemus / ubi etiam cavendus
est eternus interitus / omnia magna sunt que
dicimus usque adeo ut nec de ipsis pecuniariis
rebus vel acquirendis vel amittendis parva
videri debeant que doctor ecclesiasticus dicit
sive sit illa magna sive parva pecunia

Ne cum parva est iusticia quam quesitum et
in parva pecunia custodiendo, dicente domino
Qui in minimo fidelis est, et in magno fidelis est. Quod ergo
minimum est, minimum est, sed in minimo fidelem
esse magnum est. Nam sicut ratio rotunditatis
id est ut a puncto medio omnes lineae pares
in extrema ducantur, eadem est et in magno disco
que in nummulo exiguo, ita ubi parva iuste
geruntur non minuitur iusticiae magnitudo. De
iudiciis denique secularibus quibus utique nisi
pecuniariis cum loqueretur apostolus: Audet quisquam
vestrum, inquit, adversus alterum habens negocium
iudicari ab iniquis et non apud sanctos? An ne-
scitis quia sancti mundum iudicabunt? et si in vobis
iudicatur mundus, indigni estis qui de minimis
iudicetis? Nescitis quia angelos iudicabimus,
ne dum secularia? Secularia igitur iudicia si
habueritis, eos qui contemptibiles sunt in
ecclesia, hos constituite ad iudicandum. Ad
reverenciam vobis dico. Sic non est inter
vos quisquam sapiens qui possit inter fratrem
suum iudicare? Sed frater cum fratre iudicatur,
et hoc apud infideles. Iam quidem omnino
delictum est quia iudicia habetis vobis-
cum. Quare non magis iniquitatem patimini? Quare
non potius fraudamini? Sed vos iniquitatem
facitis et fraudatis, ~~referre~~ et hoc fratribus. An
nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt?
Quid est quod sic indignatur apostolus, sic corripit,
sic exprobrat, sic increpat, sic minatur? Quid
est quod sui animi affectum tam crebra et aspera
vocis mutatione testatur? Quid est postremo
quod de rebus minimis tam granditer dicit? Tantum-
ne de illo negocia secularia ~~meruerunt~~ meruerunt?
Absit. Sed hoc facit propter iusticiam, caritatem, pietatem,
quas nulla sobria mente dubitatur etiam
in rebus quamlibet parvis magnas esse. Sane
si moneremus homines quemadmodum ipsa secularia
vel negocia vel pro se vel pro suis
apud ecclesiasticos iudices agere deberent, recte
admoneremus ut agerent tamquam submisse. Cum
vero de illis rebus dissereremus eloquio que no-
bis nos carum rerum esse doctorem quibus liberamur

ab eternis malis atque ad eterna perveniamus bona,
sive hoc agatur apud populum sive ad
privatum sive ad unum sive ad plures sive
ad amicos sive ad inimicos sive in ~~perpetua~~ dictione
sive in locucione sive in tractatibus sive in
libris sive in epistolis sive longissimis sive
brevissimis, magna sunt, nisi forte quia calix aque
frigide res minima est atque vilissima, ideo minimum atque vilis-
simum est quod ait eum qui dederit discipulo
eius non perdere mercedem suam. Aut vero cum
iste doctor in ecclesia facit inde sermonem,
parvum aliquid debet existimare se dicere
et ideo non temperate nec granditer sed sub-
misse sibi esse dicendum. Nonne cum de hac
re loqueremur ad populum et deus af-
fuit, ut non incongrue diceremus, tamquam de illa aqua
frigida quedam flamma surrepsit, que et
frigida hominum pectora ad misericordie opera facienda
spe celestis mercedis attenderet? c xix Qualiter

Et tamen doctor se habeat in doctrina

cum doctor iste debeat rerum dictor esse
magnarum, non debet eas semper granditer dicere,
sed submisse, cum aliquid docetur, temperate, cum
aliquid laudatur sive vituperatur. Cum vero ali-
quid agendum est et ad eos loquimur qui hoc
agere debent nec tamen volunt, tunc ea que magna
sunt dicenda sunt granditer et ad flectendos
animos congruenter. Et aliquando de una
eademque re magna et submisse dicitur si
docetur, et temperate si predicatur, et granditer si ad-
versus animus ut convertatur impellitur.
Quid enim deo ipso maius? Numquid ideo non
discitur? Aut qui docet unitatem trinitatis, debet
nisi submissa disputatione agere, ut res
ad dinoscendum difficilis quantum datur possit
intelligi? Numquid hic ornamenta et non
documenta queruntur? Numquid ut aliquid agat
est flectendus auditor et non potius ut discat
instruendus? Porro cum laudatur deus sive de
seipso sive de operibus suis, quanta facies pul-
chre ac splendide dictionis oboritur ei qui potest
quantum potest laudare quem nemo convenienter
laudat, nemo quomodocumque non laudat? At
si non colatur aut cum illo vel etiam pre illo

no

aq. vilissima

Calix aque

tolerantur ex scola sive ex memoria sive quedam
tractatus quantum hoc malum sit atque ut ab eo
malo caveant homines debet utique granditer
dici c. xx. Tria genera dicendi submissum
temperatum et grande

Submisse dictum est apud apostolum paulum ut planum
aliquid commemorem ubi dicit Dicite mihi
sub lege volentes esse, legem non legistis
Scriptum est enim quoniam abraham duos filios
habuit unum de ancilla unum de libera
Sed qui de ancilla secundum carnem natus est, qui
autem de libera per repromissionem que sunt in alle-
goria, Hec enim sunt duo testamenta unum
quidem in monte syna in servitutem generans
que est agar Syna enim mons est in
arabia qui coniunctus est ei que nunc est iherusalem
et servit cum filiis suis que autem sursum
est iherusalem libera est que est mater nostra et cetera
Item ubi ratiocinatur et dicit fratres secundum ho-
minem dico tamen hominis confirmatum testa-
mentum nemo irritum facit, aut superordi-
nat abrahe dicte sunt promissiones et se-
mini eius, non dicit In seminibus, tamquam in
multis sed in uno, tamquam in semine tuo quod est
christus, hoc autem dico testamentum confirmatum
a deo que post quadringentos et xxx annos facta
est lex non infirmat ad evacuandas promis-
siones, Si enim ex lege hereditas, iam non ex
promissione abrahe autem per repromissionem do-
navit deus, et quia occurrere poterat auditoris
cogitationi, ut quid ergo lex data est si ex
illa non est hereditas, ipse sibi hoc obiecit
atque ait velut interrogans, quid ergo lex.
deinde respondit transgressionis gratia posita
est, donec veniret semen cui promissum est
disposita per angelos, in manu media-
toris, mediator autem unius non est, deus
autem unus est, et hoc occurrebat quod sibi ipse
proposuit lex ergo adversus promissa dei, et
respondit absit Reddidit et rationem dicens Si enim
data esset lex que posset vivificare, omnino
ex lege esset iusticia, Sed conclusit scriptura
omnia sub peccato ut promissio ex fide ihesu christi

daretur credentibus, vel si quid eiusmodi est, pertinet
ergo ad docendi curam, non solum aperire clau-
sa et nodos solvere questionum, sed etiam dum hoc
agitur, aliis questionibus que forte subori-
ri, ne id quod dicimus improbetur per illas aut refel-
latur occurrere, si tamen ipsarum quoque solutio pariter
occurrit ne moveamus quod auferre non pos-
simus, fit autem ut ad maiores questiones
alie questiones et alie rursus maiores inci-
dentes pertractentur atque solvantur, ut in eam
longitudinem ratiocinatio extendatur, ut
nisi memoria plurimum valeat
atque vigeat ad caput unde agebatur disputator
redire non possit, valde autem bonum
est ut quicquid contradici potest si occurrerit re-
futetur, ne ibi occurrat ubi non erit qui refu-
tet, aut presenti quidem, sed tacenti occurrat et
minus sanatus abscedat. In illis autem apostolicis
verbis Sed temperata est Seniorem ne
increpaveris sed obsecra ut patrem, iuniores
ut fratres, anus ut matres, adolescentulas ut
sorores, Et in illis obsecro vos o fratres
per misericordiam dei ut exhibeatis corpora
vestra hostiam vivam deo placentem et totus
fere ipsius exhortationis locus temperato ge-
nere elocutionis est ubi illa pulchriora sunt
in quibus propria propriis tamquam debita reddita decenter
excurrunt Sicuti est habentes dona diversa
secundum gratiam que data est nobis sive prophetiam
sive regulam fidei sive ministerium in mi-
nistrando Sive qui docet in doctrina, qui
exhortatur in exhortatione qui tribuit in
simplicitate qui preest in sollicitudine, qui
miseretur in hilaritate, dilectio sine simu-
latione, odio habentes malum, adherentes bono
caritate fraternitatis invicem diligentes, honore
invicem prevenientes studio non pigri, spiritu
ferventes, domino servientes, spe gaudentes in
tribulatione patientes, orationi instantes,
necessitatibus sanctorum communicantes hospitali-
tatem sectantes, benedicite persequentibus vos
benedicite et nolite maledicere, gaudete

cum gaudentibus, flete cum flentibus, idipsum invicem sentientes. Et quam pulchre ista omnia sic effusa bimembri circuitu terminantur: non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Et in aliquanto post: In hoc ipsum, inquit, perseverantes, reddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Que membratim clauduntur etiam in ipso circuitu, qui duo membra contexit: Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Et post paululum: Nox precessit, dies autem appropinquavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamus arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et emulatione; sed induimini dominum nostrum Ihesum Christum, et carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis. Quod si quisquam ita diceret: Et carnis providentiam ne in concupiscentiis feceritis, sine dubio aures clausula numerosiore mulceret; sed gravior interpres etiam ordinem maluit tenere verborum. Quod autem hoc in greco eloquio, quo locutus est apostolus, viderint eius eloqui usque ad ista doctiores. Mihi tamen quod nobis eodem verborum ordine interpretatum est, nec ibi videtur currere numerose. Sane hunc elocutionis ornatum, qui numerosis fit clausulis, deesse fatendum est auctoribus nostris. Quod utrum per interpretes factum sit, an, quod magis arbitror, consulto illi hec plausibilia devitaverint, affirmare non audeo, quandoquidem me fateor ignorare. Illud tamen scio, quod si quisquam eiusdem numerositatis peritus illorum clausulas eorundem numerorum lege componat, quod facillime fit mutatis quibusdam verbis que tantundem significatione valent, vel mutato eorum que invenerit ordine, nihil illorum que velut magna in scholis grammaticorum aut rhetorum didicit illis divinis viris defuisse cognoscet, et multa reperiet locutionis genera tanti decoris, que quidem et in nostra, sed maxime in sua lingua decora sunt, quorum nullum in eis quibus isti inflantur litteris invenitur.

Sed cavendum est ne divinis gravibusque sententiis, dum additur numerus, pondus detrahatur. Nam illa musica disciplina, ubi numerus iste plenissime discitur, usque adeo non defuit prophetis nostris, ut vir doctus Ieronimus quorundam etiam metra commemoret, in hebrea dumtaxat lingua; cuius ut veritatem servaret in verbis, hec inde non transtulit. Ego autem, ut de meo sensu loquar, qui mihi utique quam aliis, et quam aliud aliorum est, utique notior sit, in meo eloquio quantum modeste fieri arbitror non pretermitto istos numeros clausularum; ita in auctoritatibus nostris hoc mihi plus placet, quod ibi eos rarissime invenio. Grande autem dicendi genus hoc maxime distat ab isto genere temperato, quod non tam verborum ornatibus comptum est quam violentum animi affectibus. Nam capit etiam illa ornamenta pene omnia; sed ea si non habuerit, non requirit. Fertur quippe impetu suo, et elocutionis pulchritudinem, si occurrerit, vi rerum rapit, non cura decoris assumit. Satis enim est ei propter quod agitur, ut verba congruentia non oris eligantur industria, sed pectoris sequantur ardorem. Nam si aurato gemmatoque ferro vir fortis armetur, intentissimus pugne agit quod agit illis armis, non quia speciosa, sed quia arma sunt; idem ipse est tamen, et valet plurimum, etiam cum rimari telo ira facit. Agit apostolus ut pro evangelico ministerio patienter mala huius temporis solacio donorum Dei omnia tolerentur. Magna res est et granditer agitur, nec desunt ornamenta dicendi. Ecce, inquit, nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; nullam dantes in quoquam offensionem, ut non reprehendatur ministerium nostrum, sed in omnibus commendantes vosmetipsos ut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in benignitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei; per arma iusticie a dextris et a

sinistris per gloriam et ignobilitatem per infamiam et bonam famam, ut seductores et veraces, ut qui ignoramur et cognoscimur, quasi morientes et ecce vivimus ut coherciti et non mortificati, ut tristes semper autem gaudentes, sicut egeni, multos autem ditantes, tamquam nichil habentes et omnia possidentes. Vide adhuc ad ardentem, os nostrum patet ad vos o Corinthii cor nostrum dilatatum est et cetera que prosequi longum est. Item ad Romanos ait ut persecutiones huius mundi caritate vincantur spe certa in adiutorium dei. Agit autem granditer et ornate. Scimus inquit quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quoniam quos ante prescivit et predestinavit conformes fieri ymaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinavit illos et vocavit, et quos vocavit illos et iustificavit, quos autem iustificavit illos et glorificavit. Quid ergo dicemus ad hec si deus pro nobis quis contra nos. Qui proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non et cum illo omnia nobis donavit. Quis accusabit adversus electos dei, deus qui iustificat, quis est qui condempnet. Christus Ihesus qui mortuus est, magis autem qui resurrexit, qui est in dextera dei, qui et interpellat pro nobis. Quis nos separabit a caritate dei, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius. Sicut scriptum est quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus supereminemus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque presentia neque futura neque virtutes neque altitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei que est in Christo Ihesu domino nostro. Ad Galathas autem quamvis tota ipsa epistola submisso dicendi genere scripta sit, nisi in extremis partibus ubi est eloquio temperato, tamen interponit quendam locum eo motu animi ut sine ullis quibus hec ornamentis qualia sunt in illis que modo posuimus non posset tamen nisi granditer dici. Dies inquit observatis et menses et annos et tempora, timeo vos ne forte sine causa laboraverim in vobis. Estote sicut et ego quoniam et ego sicut vos, fratres precor vos. Nichil me lesistis. Scitis quia per infirmitatem carnis iam pridem evangelizavi vobis et temptationem meam in carne mea non sprevistis neque respuistis, sed sicut angelum dei excepistis me, sicut Christum Ihesum. Que ergo fuit beatitudo vestra. Testimonium vobis perhibeo quoniam si fieri posset oculos vestros eruissetis et dedissetis mihi. Ergo inimicus factus sum vobis verum predicans. Emulantur vos non bene, sed excludere vos volunt ut vos emulemini. Bonum autem emulari in bono semper, et non solum cum presens sum apud vos. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Vellem autem nunc adesse apud vos et mutare vocem meam, quia confundor in vobis. Numquid hic aut contraria contrariis sunt reddita verba, aut aliqua gradatione sibi subnexa sunt, aut cesa et membra circuitusque sonuerunt, et tamen non ideo tepuit grandis affectus quo eloquium fervere sentimus. C xxi

Ambrosius Ciprianus usi submisso et temperato modo et grandi

Sed apostolica ista sicut clara sunt ut et profunda sunt atque ita conscripta sunt memorieque mandata ut non solum lectore vel auditore verum etiam expositore opus habeant si quis in eis non superficie contentus altitudinem querat. Verum ista genera dicendi in eis qui istorum lectione ad rerum divinarum atque salubrium scientiam profecerunt eamque ecclesie ministraverunt videamus. Beatus Ciprianus submisso dicendi genere utitur in eo libro ubi de sacramento calicis disputat. Solvitur quippe ista questio in qua queritur utrum calix dominicus aqua sola an vino mixto debeat haberi. Sed exempli gratia aliquid inde ponendum est. Post principia ergo epistole solvere incipiens propositam questionem

Utrum calix domini aqua solum an vino mixta debeat habere: Ciprianus quod calix mixto vino offeratur.

Admonitos autem nos sciatis inquit ut in
calice offerendo dominica traditio servetur
neque aliud fiat a nobis quam pro nobis dominus
prior fecit ut calix qui in commemoratione
eius offertur mixtus vino offeratur. Nam
cum dicat Christus Ego sum vitis vera san-
guis Christi non est aqua utique sed vinum.
Nec potest videri sanguis eius quo redemp-
ti et vivificati sumus esse in calice cum
vinum desit calici quo Christi sanguis osten-
ditur qui scripturarum omnium sacramento ac te-
stimonio predicatur. Invenimus enim in Ge-
nesi circa sacramentum Noe hoc idem precucurrisse
et figuram dominice passionis illic extitisse
quod vinum bibit, quod inebriatus est, quod in do-
mo sua nudatus est, quod fuit recubans
nudis et patentibus femoribus, quod nuditas
illa patris a medio filio denotata est, a ma-
iore vero et minore contecta et cetera que necesse
non est exequi, cum satis sit hoc comple-
cti quod Noe typum future veritatis ostendens
non aquam sed vinum biberit, et sic ima-
gine dominice passionis expressit. Item
in sacerdote Melchisedech dominicum sacramen-
tum prefiguratum videmus, ut quod divina scriptura
testatur et dicat Et Melchisedech rex Sale-
m protulit panem et vinum, fuit autem sacerdos
dei summi et benedixit Abraham. Quod autem
Melchisedech typum Christi portaret declarat
in psalmis spiritus sanctus ex persona patris ad fi-
lium dicens Ante luciferum genui te, tu es
sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Hec et
alia que sequuntur huius epistole submisse
dictionis modum servat, quod facile est explo-
rare legentibus. Sanctus quoque Ambrosius cum
agat rem magnam de spiritu sancto ut eum
patri et filio demonstraret equalem, submis-
so tamen dicendi genere utitur quoniam res suscepta
non ornamenta verborum aut ad flecten-
dos animos commotionis affectum sed rerum
documenta desiderat. Igitur inter cetera in prin-
cipio huius operis ait Gedeon motus oraculo
cum audisset quod deficientibus populorum

De virginitatis laudatione

milibus in uno viro dominus plebem suam ab
hostibus liberaret, obtulit edum caprarum cuius
carnes secundum precepta angeli et azima super
petram posuit et ea iure perfudit, que simul
ut virge cacumine quam gerebat angelus dei con-
tigit de petra ignis erupit atque ita sacri-
ficium quod offerebatur absumptum est. Quo in-
dicio declaratum videtur quod petra illa typum
gereret corporis Christi, quia scriptum est Bibebant autem
de subsequenti petra, petra autem erat Christus.
Quod utique non ad divinitatem eius sed ad car-
nem relatum est que sitientium corda populo-
rum perenni rivo sanguinis sui inundavit.
Iam tunc ergo in misterio declaratum est quod dominus
Ihesus in carne sua totius mundi peccata crucifi-
xus aboleret, nec solum delicta factorum
sed etiam cupiditates animorum. Caro enim
hedi ad culpam facti refertur, ius ad il-
lecebras cupiditatis sicut scriptum est, Quia
concupivit populus cupiditatem pessimam
et dixerunt Quis nos alabit carne.
Quod autem extendit angelus virgam et teti-
git petram de qua ignis exivit ostendit
quod caro domini spiritu repleta divino peccata
omnia humane conditionis exureret. Unde
et dominus ait Ignem veni mittere in terram.
In hiis et huiusmodi rei docende ac probande ma-
xime invigilat. De genere temperato est apud
Ciprianum virginitatis illa laudatio, Nunc Virginitatis laudatio
nobis ad virgines sermo est quarum sub- quo
limior gloria est, maior et cura. Flos est
ille ecclesiastici germinis decus atque ornamentum
gratie spiritualis, leta indoles laudis et hono-
ris opus integrum atque incorruptum, dei
ymago respondens ad sanctimoniam domini, il-
lustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas
atque in illis largiter floret ecclesie matris glo-
riosa fecunditas, quantoque plus gloriosa vir-
ginitas numero suo addit, gaudium matris x tanto
augescit. Et alio loco in fine epistole Quomodo
inquit portavimus ymaginem eius qui de li-
mo est, sic portemus ymaginem eius qui
de celo est. Hanc ymaginem virginitas
portat, integritas, sanctitas et veritas portat

disciplinae domini memores, instantia ad religio-
ne vehementes, stabiles in fide, humiles in timore,
ad omnes tolerandas fortes, ad sustinendas
virgines h[abe]t forme — iniurias mites, ad faciendam misericordiam faciles,
fraterna pace unanimes atque concordes, quae
vos singula o bonae virgines observare dili-
genter implere debetis, quibus et Christo vacantes
ad dominum cui vos dicastis maiorem et meliorem
partem praecedit, puerile animis in moribus
facite magisterium, et minores natu praebete
comparibus incitamentum. Hortamentis vos mu-
tuis excitate, aemulis de virtute documentis
ad gloriam provocate. Durate fortiter, spiritualiter
pergite, pervenite feliciter. Tantum mementote tunc
nostri cum incipiet in vos virginitas honorari.
Ambrosius in genere dicendi tractatu et orna-
tu professus virginibus proponit tandem sub epi-
tomata forma quod ~~moribus~~ maioribus imitetur et dicit: Virgo erat
non solum corpore sed etiam mente, quae nullo doli
ambitu sincerum adulteraret affectum, corde
animo — humilis, verbis gravis, animo prudens, loquendi par-
cior, legendi studiosior, non in incerto divi-
tiarum, sed in prece pauperis spem reponens,
intenta operi, verecunda sermoni, arbitrum mentis
u polita — non hominem sed deum quaerere, nullum laedere, bene
velle omnibus, assurgere maioribus natu,
aequalibus non invidere, fugere iactantiam, rationem
sequi, amare virtutem. Quando ista vel vultu laesit
parentes, quando dissensit a propinquis, quando fastidi-
vit humilem, quando risit debilem, quando vitavit
inopem? eos solos solita coetus hominum in-
visere quos misericordia non erubesceret, neque prae-
teriret verecundia. Nihil torvum in oculis, nihil
in verbis procax, nihil in actu verecundum, non
gestus fractior, non incessus solutior, non
vox petulantior, ut ipsa corporis species si-
mulacrum fuerit mentis et figura probitatis.
Bona domus — Bona quippe domus in ipso vestibulo debet
agnosci, ac primo praetendat ingressu nihil
intus latere tenebrarum, ut mens nostra nullis
repagulis corporalibus impedita tamquam lu-
cerna lux intus posita foris luceat. Quid
ego exsequar ciborum parsimoniam, officio-
rum redundantiam, alterum ultra naturam sup-
fuisse, alterum ipsi paene defuisse, illic
nulla intermissa tempora, hic congeminatos ieiu-
nio dies, et si quando reficiendi successisset voluntas
cibus plerumque obvius qui mortem arceret
non delicias ministraret. Hoc autem propterea
in exemplo huius tractati generis posui quod non hoc
agit ut virginitatem voveant quae non vo-
verint, sed quales esse debeant quae iam votae
sunt, tamen ut aggrediatur animus tractare de
proposito generis utroque dicendi genere debet
excitari et attendi. Sed mira eloquentia
de habitu virginum non de subscripto de proposito
virginitatis scribit. Iste vero coepit ad hoc ci-
cas magno attendit eloquio vocemus
exemplo quod ambo egerunt dictionis generis
exempla memorabo. Ambo quippe invecti
sunt in eas quae fucatis pigmentis colorant
vel potius decolorant, quorum prior sic ille. Cy-
prianus tamen hoc agentes ait: Si
quis pingendi artifex vultum alterius et
speciem et corporis qualitatem aemulo colore
signasset et signato iam consummatoque
simulacro manus alius inferret, ut iam
formata iam picta quasi peritior reformaret,
gravis pictoris iniuria et iusta indignatio
videretur. Tu te existimas impune laturam
tam improbae temeritatis audaciam dei arti-
ficis offensam? Ut enim impudica circa ho-
mines et incesta fucis lenocinantibus non
sis, corruptis violatisque quae dei sunt pe-
ior adultera detineris, quod ornari te putas,
quod putas comi, impugnatio est ista divi-
ni operis, praevaricatio veritatis. Monentis apostoli vox
est: Expurgate vetus fermentum ut sitis nova
conspersio sicut estis azymi, etenim pascha
nostrum immolatus est Christus. Itaque festa ce-
lebremus non in fermento veteri neque in fer-
mento malitiae et nequitiae, sed in azymis
sinceritatis et veritatis. Num sinceritas per-
severat et veritas quando quae sincera sunt pol-
luuntur et colorum adulterinis medicaminibus
fucis in mendacium vera mutantur? Dominus
tuus dicit: Non potes facere capillum unum
album aut nigrum, et tu ad vincendam
domini tui vocem vis te esse potiorem. Audaci

+ dum tamen dicat non potes facere capillum unum album aut nigrum / et tu ad vincendam dominum tuum vo- **Quartus**
luntatem vis te esse ~~longam~~ potentiorem. Longum est +

~~tonatum et fastigatum contemptum crines tuos in-~~
ficis malo presagio futurum capillos iam
tuos flammeos auspicaris. Longum est inserere
omnia que sequuntur. Ille vero posterior scilicet
Ambrosius ut in tales dicit. Hinc illa inquit
nascuntur incentiva viciorum ut quesitis coloribus
ora depingant dum viris displicere formidant
et de adulterio vultus meditantur adulterium
castitatis. Quanta hic amentia effigiem
mutare nature picturam querere / et dum ve-
rentur maritale iudicium prodere suum.
Prior enim de se pronunciat que cupit mutare
quod nata est / Ita dum alii studet placere
prius ipsa sibi displicet / Quem iudicem
mulier veriorem requirimus deformitatis tue quam
te ipsam que videri times. Si pulchra es
cur abscondere. Si deformis cur te for-
mosam mentiris esse nec tue conscientie nec
alieni gratiam erroris habitura / Ille enim
alteram diligit tu alteri vis placere / et irasceris
si amet aliam qui adulterare in te
docetur. Mala magistra es iniurie tue le-
nocinari refugit etiam que est passa leno-
nem ac licet mulier vilis alteri tamen sed sibi pec-
cat. Tollerabiliora prope modum in adul-
terio crimina sunt / ibi enim pudicicia hic
natura adulteratur / Satis ut existimo apparet
feminas ne suas fucis adulterarent formas
et ad pudorem et ad timorem hac facundia
vehementer impelli / Proinde neque summissum
neque temperatum sed grande omnino genus
hac eloquencia agnoscimus. In his autem
quos duos ex omnibus proponere volui et in
aliis ecclesiasticis viris et bona et bene scripta id est sic
ut res postulat acute ornate ardenterque
dicentibus per multa eorum scripta vel dicta pos-
sunt hec tria genera reperiri et assidua lec-
tione vel auditione admixta etiam exercitatione
studiosis inolescere. **c xxii Genus dicendi**
Nec quisquam putet **miscenda in sermone**
displiceat esse ex estimet ita miscere
in uno quantum congrue fit per omnibus generibus
dictio variata est. Nam quando prolixa est etiam
in uno genere minus retinet auditorem. Cum
vero fit in alium ab alio transitus etiam si

longius eat decentius procedit oratio quamvis
habeat et singula genera varietates suas in sermone
eloquentium quibus non sinuntur in eorum qui
audiunt frigescere vel tepescere sensibus / Verum-
tamen facilius summissum solum quam solum grande
diutius toleratur / Commotio quippe animi
quanto magis excitanda est ut nobis assen-
tiatur auditor / tanto minus in ea diu
potest teneri, cum fuerit quanto satis est exci-
tata / et ideo cavendum est ne dum volumus
altius erigere quod erectum est / etiam inde
decidat quo fuerat excitatione perdu-
ctum. Interpositis vero que sunt dicenda sub-
misse bene redditur ad ea que opus
est granditer dici / ut dictionis impetus sicut maris
estus alternet / Ex quo fit ut grande dicendi
genus si diucius est dicendum non debet esse
solum sed aliorum generum interpositione
variatum et tamen ei generi dicendi tota tribuitur
cuius copia prevalet **c xxiii Quod genus
dicendi alteri aptius inseratur**
Interest enim quod genus cui generi interponatur
vel adhibeatur certis et necessariis locis. Nam et
in grandi genere semper aut pene temperata decet
esse principia / et in potestate eloquentis est
ut dicat nonnulla summisse etiam que pos-
sunt granditer dici / ut ea que dicuntur gran-
diter ex illorum fiant comparacione grandi-
ora et eorum tamquam umbris luminosiora red-
dantur. In quocumque autem genere aliqua questionum
vincula solvenda sunt acumine opus est
quod sibi summissum genus proprie vendicat ac
per hoc eo genere utendum est et in aliis duo-
bus generibus quando eis ista incidunt. Sicut
laudandum aliquid vel vituperandum ubi nec
dampnacio nec liberatio cuiusquam / nec ad actionem quamlibet
assensio requiritur in quocumque alio genere
occurrerit genus adhibendum et interponendum
est temperamentum / In grandi autem genere in-
vicem sibi locum duo cetera et in summis-
so similiter / Temperatum autem genus non quidem
semper sed aliquando tamen summisso indiget
si ut dixi questio cuius nodus est solvendus
incurrat / vel quando nonnulla que ornari pos-

Cesarea in ciuitate mauritanie pugnam ciuilis erat quod frater fratrem et pater filium occidebat

dissuaderem pugnam ciuilem

sent ideo non ornatur sed submisso sermone dicatur ut quibusdam quasi tonis ornamentorum probat eminentiore loco. Grande autem genus temperata dictio non requirit ad delectandos quippe amores non admonendos ipsa suscipit.

c xxiiii Quod dicendi genus grande percellit

Non sane si dicenti crebrius et vehementius acclamaretur ideo granditer putandus est dicere. Hoc enim et acumina submissi generis et ornamenta faciunt temperati. Grande autem genus plerumque pondere suo voces premit sed lacrimas exprimit. Denique cum apud Cesaream mauritanie populo ciuile ~~pugnam~~ ~~dissuadere~~ vel potius plus quam ciuile pugnam dissuaderem quam cateruam vocabant. Neque enim ciues tantummodo verum etiam propinqui fratres postremo parentes ac filii lapidibus inter se in duas partes diuisi per aliquos dies continuos certo tempore anni sollempniter dimicabant et quisque quemque poterat occidebat, egi quidem granditer quantum valui ut tam crudele atque inveteratum malum de cordibus et moribus eorum auellerem pelleremque dicendo. Non tamen egisse aliquid me putaui cum eos audirem acclamantes, sed cum flentes viderem. Acclamationibus quippe se doceri et delectari rari, flecti autem lacrimis indicabant. Quas ubi aspexi, immanem illam consuetudinem a patribus et avis longeque a maioribus traditam que pectora eorum hostiliter obsidebat, vel potius possidebat, victam antequam re ipsa id ostenderent credidi, moxque sermone finito ad agendas deo gratias corda atque ora conuerti. Et ecce iam ferme octo vel amplius anni sunt propitio Christo ex quo illic nihil tale intentatum est. Sunt et alia multa experimenta quibus didicimus homines quid in eis fecerit sapientis granditas dictionis, non clamore potius quam gemitu, aliquando etiam lacrimis, postremo vite mutatione monstrasse. Submisso etiam dicendi genere sunt plerique mutati, sed ut quod non sciebant scirent, aut quod eis videbatur incredibile crederent, non autem ut agerent quod agendum iam nouerant et agere nolebant. Ad huiusmodi namque duritiam flectendam debet granditer dici. Nam et laudes et vituperationes cum eloquenter dicuntur, quod sunt in genere temperato, sic afficiunt quosdam ut non solum in laudibus et vituperationibus eloquentia delectentur, verum et ipsi laudabiliter appetant fugiantque vituperabiliter viuere. Sed numquid omnes qui delectantur mutantur, sicut in grandi genere omnes qui flectuntur agunt, et in submisso genere omnes qui ~~flectuntur~~ docentur sciunt aut credunt verum esse quod nesciunt.

c xxv Eiusdem quod hoc genus dicendi persuadeat

Unde colligitur illa duo genera quod efficere intendunt, hoc eis maxime necessarium qui sapienter et eloquenter volunt dicere. Illud vero quod agitur genere temperato, id est ut eloquentia ipsa delectet, non est propter se ipsum usurpandum, sed ut rebus que utiliter honesteque dicuntur, si nec docente indiget eloquio nec mouente, quia et scientes et fauentes auditores habent, aliquanto propius ex delectatione ipsa eloquentie accedat vel tenacius adhereat assensus. Nam cum eloquentie sit uniuersale officium in quocumque istorum trium generum dicere apte ad persuasionem, finis autem id quod intendis persuadere dicendo, in quocumque istorum trium generum dicat quis eloquens apte ad persuasionem, sed nisi persuadeat ad finem non peruenit eloquentie. Persuadet autem in submisso genere vera que dicit, persuadet in grandi ut agantur que agenda esse iam sciuntur nec aguntur, persuadet autem in genere temperato pulchre ornateque se dicere. Quo fine quid opus est nobis? Appetant eum qui lingua gloriantur et se in panagiricis talibusque dictionibus iactant, ubi nec docendus nec aliquid agendum mouendus, sed tantummodo est delectandus auditor. Nos vero istum finem referamus ad alterum finem, ut scilicet quod efficere volumus cum granditer dicimus, hoc etiam isto velimus, ut bona morum diligantur vel deuitentur mala. Si ab hac actione non sic alieni sunt homines ut ad eam grandi genere dicendi videantur urgendi, aut si iam id agunt ut agant studiosius atque in eo firmius perseuerent. Ita fit ut etiam temperati generis ornatu non iactanter sed prudenter utamur, non eo fine contenti quo tantum

orator — Sapienter / eloquenter — agat ut / obedienter intelligenter qui audiunt

delectetur auditor. Sed quod potest agat ut et ipso bono quod sic volumus adiungatur. c xxvi eiusdem

Quomodo et diversis dictis agatur

Illa itaque tria que supra posuimus eum qui sapienter dicat si et eloquenter vult dicere id agere debere ut intelligenter ut libenter ut obedienter audiatur non sic accipienda sunt tamquam singula illis tribus dicendi generibus ita tribuantur ut ad submissum intelligenter ad temperatum libenter ad grande pertineat obedienter audiri sed sic potius ut semper hec tria intendat et quantum potest agat. Nam et illud quod submisse dicimus nolumus cum fastidio audiri ac per hoc volumus non solum intelligenter verum et libenter audiri. Quod autem agimus divinis testimoniis docendo quod dicimus nisi ut obedienter audiamur id est ut eis credatur opitulante illo cui dictum est Testimonia tua credibilia facta sunt valde. Et quid cupit nisi credi qui aliquid licet submisso eloquio discentibus narrat. Et quis eum velit audire nisi auditorem nonnulla etiam suavitate detineat. Nam si non intelligatur quis nesciat nec libenter eum posse nec obedienter audiri. Plerumque autem dictio ipsa submissa dum solvit difficillimas questiones et inopinata manifestatione demonstrat dum sententias acutissimas de nescio quibus quasi cavernis unde non sperabatur eruit et ostendit dum adversarii convincit errorem et docet falsum esse quod ab illo dici videbatur invictum maxime quando accedit ei decus quoddam non appetitum sed quodammodo naturale et nonnulla non iactanticula sed quasi necessaria atque ut ita dicam ipsis rebus extorta numerositas clausularum tantas acclamationes excitat ut vix intelligatur esse submissa. Non enim quia nec incedit ornata nec armata sed tamquam nuda congreditur ideo non adversarium nervis lacertisque collidit et obsistentem obruit ac destruit membris fortissimis falsitatem. Unde autem crebro et multum acclamatur ita dicentibus nisi quia veritas sic demonstrata sic defensa sic invicta delectat. Et in hoc igitur genere submisso iste noster doctor et dictor id agere debet ut non solum intelligenter verum et libenter et obedienter audiatur. Illa quoque eloquentia generis temperati apud eloquentem ecclesiasticum nec inornata relinquitur nec indecenter ornatur nec solum hoc appetit ut delectet quod solum apud alios profitetur verum etiam in his que laudat sive vituperat ista appetendo vel firmius tenendo illa autem devitando vel respuendo vult utique obedienter audiri. Si autem non auditur nec intelligenter audiri potest. Proinde illa tria ut intelligant qui audiunt ut delectentur ut obediant etiam in hoc genere agendum est ubi tenet delectatio principatum. Iam vero ubi movere et flectere granditer opus est auditorem quod tunc necesse est quando et vera esse et suaviter confitetur et tamen non vult facere quod dicitur dicendum est procul dubio granditer. Sed quis movetur si nesciat quod dicitur aut quis tenetur ut audiat si non delectatur. Unde et isto genere ubi ad obedientiam cor durum dictionis granditate flectendum est nisi et intelligenter et libenter quod dicitur audiat non potest obedienter audiri. c xxvii plus bene quam male viventes prodesse eos loquendo

Habet autem ut obedienter audiamur quantacumque granditate dictionis maius pondus vita dicentis. Nam qui sapienter et eloquenter dicit vivit autem nequiter erudit quidem multos discendi studiosos quamvis anime sue sit inutilis. Sicut scriptum est Scribe et pharisei in kathedra moysi sederunt que dicunt facite que autem faciunt facere nolite dicunt enim et non faciunt. Unde ait apostolus Sive occasione sive veritate Christus annuntietur. Christus autem veritas est et tamen etiam non veritate annuntiari veritas potest id est ut a pravo et fallaci corde que vera et recta sunt predicentur. Sic quippe annuntiatur Iesus Christus ab eis qui sua querunt non que Iesu Christi. Sed quia boni fideles non quemlibet hominum sed ipsum dominum obedienter audiunt qui ait Que dicunt facite que autem faciunt facere nolite dicunt enim et non faciunt ideo audiuntur utiliter qui et utiliter non agunt. Sua enim querere student sed sua docere non audent de loco scilicet superiore sedis ecclesiastice quam sana doctrina constituit. Propter

Auctoritas de vita

quod ipse dominus ait prius quam de talibus commemoraret dicens: Super kathedram moysi sederunt. Illa ergo kathedra non illorum sed moysi cogebat eos bona dicere, et non bona facientes. Agebant ergo sua in vita sua, docere autem sua kathedra non permittebat aliena. Multis itaque prosunt dicendo quae non faciunt, sed longe pluribus prodessent faciendo quae dicunt. Habundant enim qui male vite sue ex ipsis suis prepositis et doctoribus defensionem querant respondentes corde suo, aut etiam si ad hoc erumpunt ore suo atque dicentes: Quod mihi precipis cur ipse non facis? Ita fit ut eum obedienter non audiant qui se ipse non audit, et dei verbum quod eis predicatur simul cum ipso predicatore contempnant. Denique apostolus scribens ad thimotheum cum dixisset: Nemo adolescentiam tuam contempnat, subiecit unde non contempneretur atque ait: Sed forma esto fidelium in sermone, in conversatione, in dilectione, in fide, in castitate.

c xxviii Sermo quoque genere dicatur placendo plus rebus sit quam verbis

Talis doctor ut obedienter audiatur non impudenter non solum submisse et temperate verum etiam granditer dicit, quia non contemptibiliter vivit. Sic namque elegit bonam vitam ut etiam bonam non negligat famam, sed provideat bona coram deo et hominibus quantum potest, illum timendo his consulendo. In ipso etiam sermone malit rebus placere quam verbis, nec existimet dici melius nisi quod dicitur verius, nec doctor verbis serviat sed verba doctori. Hoc enim est quod apostolus ait: Non in sapientia verbi ne evacuetur crux christi. Ad hoc valet etiam quod ait ad thimotheum: Noli verbis contendere, ad nichil enim utile est nisi ad subversionem audientium. Neque enim hoc dictum est ut adversariis oppugnantibus veritatem nichil nos pro veritate dicamus. Et ubi erit quod cum diceret qualis esse episcopus debeat ait inter cetera: ut potens sit in doctrina sana et contradicentes redarguere? Verbis enim contendere est non curare quo

error veritate vincatur, sed quomodo tua dictio dictioni preferatur alterius. Porro qui non verbis contendit, sive submisse sive temperate sive granditer dicat, id agit verbis ut veritas pateat, ut veritas placeat, ut veritas moveat, quoniam nec ipsa que precepti finis et plenitudo legis est caritas ullo modo recta esse potest si ea que diliguntur non vera sed falsa sunt. Sicut autem cuius pulchrum corpus et deformis est animus magis dolendus est quam si deforme haberet et corpus, ita et qui eloquenter ea que falsa sunt dicunt magis miserandi quam si talia deformiter dicerent. Quid est ergo non solum eloquenter verum etiam sapienter dicere nisi verba in submisso genere sufficientia, in temperato splendentia, in grandi vehementia, veris tamen rebus quas audiri oportet adhibere? Sed qui utrumque non potest, dicat sapienter quod non dicit eloquenter, potius quam dicat eloquenter quod dicit insipienter.

c xxix Pronunciantes sed non facientes furantes bona dicentes

Si autem nec hoc potest, ita conversetur ut non solum sibi premium comparet sed etiam aliis prebeat exemplum, et sit eius quasi copia dicendi forma vivendi. Sunt sane quidam qui bene pronunciare possunt, quid autem pronuncient excogitare non possunt. Quod si ab aliis sumant eloquenter sapienterque conscriptum memorieque commendent atque ad populum proferant, si eam personam gerunt non improbe faciunt. Et sic, quod profecto utile est, multi predicatores veritatis fiunt, nec multi magistri, si unius veri magistri id ipsum dicant omnes et non sint in eis scismata. Nec deterrendi sunt isti voce Iheremie prophete, per quem deus arguit eos qui furantur verba eius unusquisque a proximo suo. Qui enim furantur alienum auferunt. Verbum autem dei non est ab eis alienum qui obtemperant ei, potiusque ille dicit aliena qui cum dicat bene vivit male. Quecumque enim bona dicit, eius excogitata videntur ingenio, sed ab eius moribus aliena sunt. Eos itaque dixit deus furari verba sua, qui boni volunt videri loquendo que

de doctore et fama eius bona

non hic predicator et doctor

(audi)

Subs[illegible]

[illegible]

Nota de malis praedicatoribus

ceteri sunt ad mali sint facientes quae sua sunt. Nec sane ipsi dicunt bona quae dicunt, si diligenter attendas, sed cum dicunt verbis quod negant factis. Non enim frustra de talibus ait apostolus: Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Modo ergo quodam ipsi dicunt et rursus alio modo ipsi non dicunt, quoniam utrumque verum est quod ait Veritas. De talibus enim loquens: Quae dicunt inquit facite, quae autem faciunt facere nolite, hoc est quod ex ore illorum auditis facite, quod in operibus videtis facere nolite. Dicunt enim inquit et non faciunt. Ergo quamvis non faciant, dicunt tamen. Sed alio loco tales arguens hypocritas: Quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ac per hoc et ea quae dicunt cum bona dicunt non ipsi dicunt voluntate sua atque opere negando quod dicunt. Unde contingit ut homo disertus et malus sermonem in quo veritas praedicatur dicendum non ab eo alio diserto sed bono ipse componat; quod cum fit, ipse a se ipso tradit alienum, ille ab alieno accipit suum. Cum vero boni fideles bonis fidelibus hanc operam commodant, utrique sua dicunt, quia et deus ipsorum est cuius sunt illa quae dicunt, et ea sua faciunt quae componere non potuerunt qui secundum illa composite vivunt.

xxx Dicturus dictaturus aut ab eo recepturus deum est oraturus

Sane autem apud ipsum ut apud quoslibet iam iamque dicturus, sive quod apud populum dicendum vel apud eos qui volunt et potuerint legendum est dictaturus, oret ut deus sermonem bonum det in os eius. Si enim oravit regina Hester pro suae gentis temporali salute locutura apud regem, ut in os eius deus congruum sermonem daret, quanto magis orare debet ut tale munus accipiat qui pro aeterna hominum salute in verbo et doctrina laborat? Illi vero qui dicturi sunt quae ab aliis acceperunt, et antequam accipiant orent pro eis a quibus accipiunt, ut eis detur quod per eos accipere volunt, et cum acceperint orent ut et ipsi bene proferant et illi ad quos proferunt sumant, et de prospero exitu eloquii ei gratias agant a quo id se accepisse non dubitant, ut qui gloriatur in illo glorietur in cuius manu sunt et nos et sermones nostri.

xxx Similis excusatio gratiarum actio qui studentis tagmae

Longior evasit liber quam volebam quamque putaveram. Sed legenti vel audienti cui gratus est longus non est. Cui autem longus est per partes eum legat qui habere vult cognitum. Quem vero cognitionis eius piget, de longitudine non queratur. Ego tamen gratias ago deo nostro quod in his quatuor libris non qualis ego essem, cui multa desunt, sed qualis esse debeat qui in doctrina sana, id est christiana, non solum sibi sed aliis etiam laborare studet, quantulacumque potui facultate disserui.

Explicit liber quartus de doctrina christiana Aurelii Augustini.

Sententia De libro retracta
tionu(m) b(ea)ti presulis augustini
yponensis ep(iscop)i in libros qua
tuor de consensu de concorda
ntia Quatuor Evangelistaru(m)

Per eos dem an
nos quibus
paulatim libros de
trinitate dictabam scri
psi et alios labore con
tinuo interponens
eos illorum tribus in
quibus sunt libri quatuor Evange
listarum propter eos qui tamquam dissen
tientes calumpniantur Quorum primus
liber adversus illos conscriptus est qui
tamquam maxime sapientem xpm vel
honorant vel honorare se fingunt
et ideo nolunt Evangelio credere quia
non ab eo illa scripta sunt sed ab
eius discipulis quorum estimant ei
divinitatem qua crederetur deus errore
tribuisse In quo libro quod dixi ex
Abraham cepisse gentem Hebreorum
est quidem et hoc credibile ut He
brei velut Abraei dicti esse vide
antur sed illo verius intelligunt
appellati qui vocabatur Heber tamquam
hebrei De qua re in libro xvi
de Civitate dei satis disserui In
secundo autem cum agerem de duobus pa
tribus ioseph ab altero dixi geni
tum ab altero adoptatum Defuncto
enim quod si dicendum est fuit alteri ad
optatum quod credendum est secundum legem
fiebat adoptatus quem enim eum ge
nuit eius matrem fratris sui defuncti
coniugem duxit Item ubi dixi
lucas vero ad ipsum David per na
than ascendit per quem prophetam deus
peccatum illius expiavit per cuius nominis
propheta dicere debui ne putaretur
idem fuisse homo cum alter fuit cuius
et ipse hoc nomen notaretur Hoc opus
sic incipit Inter omnes divinas aucto
ritates

Incipiunt capitula in primum librum de con
sensu Quatuor evangelistarum Capitulum primum

Quatuor Evangeliste iussa et sibi
relata scripserunt ii. Quo
ordine scripserunt Evangelium

tertium Matheus Lucas xpm regem
et sacerdotem scripserunt Marcus utrosque
quartum Johannes autem divina
aliqua et humana xpi hunc activa hunc
contemplativa quintum quid quatuor
animalia sint et contra calumpniatores
eorundem Sextum xpm ipse non scri
psisse nec epistolas petro et paulo
Septimum xpus propheticos non magicis
artibus condidit Octavum Romanos
victores victorum deus coluisse non
In hebreorum Nonum quod etiam adu
latores mirabiliter fuerunt se nomine xpi Decimum
simulacra per xpm eversa cum ipsum
laudare compellantur Undecimum Cur ho
dii etiam mali agentibus colantur cur
non deus israel Duodecimum Unum deum co
lendum vatibus sibillis prophetis ydola
evertenda Tredecimum Multi dii gentium ta
cuerunt unus deus colendus qui et sem
per vindicator Quartumdecimum Deus ydola
israel coli prohibens eorum iussit et im
plevit Quintumdecimum Deum iovem
et saturnum putantes simulacris timen
tes xvi Prophetia ysaye de ydolis
evertendis xvii Multi falsi sed unus
verus propositus xviii Gentium curanti
dei israel incerta certitudo xix Testi
monio ysaye xpi laudatores convincuntur
ydola evertuntur Vicesimum Invectio con
tra xpi oblocutores et falso sibi cultores
xxi Felicia non minuuntur cum flagi
tiosa subeuntur xxii Quod perditi repre
hendant ea quibus dii delectantur et
coluntur xxiii Epilogus contra sectatorem xxiiii
Divina providentia deum hominem
sumpsisse propter nostri causam xxv
Unde unica summi etiam et platonem
reddant xxvi Cristi sacra
mentum prophetis revelatum per eorum
deletum xxvii xpm scripsisse
quicquid evadere se credunt xxviii Venit
quid in sequentibus considerandum

Incipit liber primus beati Augusti
ni Ep(iscop)i yponensis de consensu quatuor
evangelistarum Capitulum primum Quatuor evange
lista et sibi relata scripserunt

Inter omnes divinas auctoritates
que sanctis literis continentur evangelium
merito excellit Quod enim lex et
prophete futurum predicaverunt hoc redditum
atque completum est in Evangelio demonstratur
Cuius primi predicatores apostoli fuerunt
qui dominum ipsum et salvatorem nostrum
ihesum xpm etiam presentem in carne viderunt
et non solum ea que ex ore eius

audita vel ab aliis sub oculis suis operata dicta et facta meminerant. Veritatem que prius quam illi per discipulatum adheserant in eius nativitate vel infancia vel pueritia divinitus gesta et digna memoria sive ab ipso sive a parentibus eius sive a quibuslibet aliis certissimis indiciis et fidelissimis testimoniis requirere potuerunt et cognoscere imposito sibi ewangelizandi munere qui quadam auctoritate [...]. Quorum quidam hic est matheus et iohannes etiam scripta de illo que scribenda sunt libris singulis ediderunt. Ac ne putaretur quod attinet ad percipiendum et predicandum ewangelium interesse aliquid utrum illi annunciant qui eundem dominum hic in carne apparentem discipulatu famulante secuti sunt an hii qui ~~aliter et hoc~~ ex illis fideliter comperta crediderunt divina providentia procuratum est per spiritum sanctum ut quibusdam etiam ex illis qui primos apostolos sequebantur non solum annunciandi verum etiam scribendi ewangelium tribueretur auctoritas. Hii sunt marcus et lucas. Ceteri autem homines qui ~~de domino~~ de domino vel apostolorum actibus aliqua scribere conati vel ausi sunt non tales suis temporibus extiterunt ut eis fidem haberet ecclesia atque in auctoritatem canonicam sanctorum librorum eorum scripta reciperet nec solum quia illi non tales erant quibus narrantibus credi oporteret sed etiam quia scriptis suis quedam fallaciter indiderunt que katholica atque apostolica regula fidei et sana doctrina condempnat.

Secundum capitulum quo ordine scripserunt ewangelium sequitur

Isti igitur quatuor ewangeliste universo terrarum orbe notissimi et ob hoc fortasse quatuor quoniam quatuor sunt partes orbis terre per cuius universitatem Christi ecclesiam dilatari ipso sui numeri sacramento quodammodo declararunt hoc ordine scripsisse perhibentur. Primus matheus deinde marcus tercio lucas ultimo iohannes. Unde alius eis fuit ordo cognoscendi atque predicandi alius autem scribendi. Ad cognoscendum quippe atque predicandum primi utique fuerunt qui secuti dominum in carne presentem dicentem audierunt facientemque viderunt atque ex eius ore ad ewangelizandum missi sunt. Sed in conscribendo ewangelio quod divinitus ordinatum esse credendum est ex numero eorum quos ante passionem dominus elegit primum atque ultimum locum duo tenuerunt. Primum matheus ultimum iohannes et reliqui duo qui ex illo numero non erant sed tamen Christum in illis loquentem secuti erant tamquam filii amplectendi ac per hoc in loco medio constituti utroque ab eis latere munirentur. Horum sane quatuor solus matheus hebreo scripsisse perhibetur eloquio ceteri greco. Et quamvis singuli suum quendam narrandi ordinem tenuisse videantur non tamen unusquisque eorum velud alterius precedentis ignarus voluisse scribere reperitur vel ignorata pretermisisse que scripsisse alius invenitur sed sicut unicuique inspiratum est non superfluam cooperationem sui laboris adiunxit. Nam matheus suscepisse intelligitur incarnationem domini secundum stirpem regiam et pleraque secundum hominum presentem vitam facta et dicta eius. Marcus eum subsecutus tamquam pedisequus et breviator eius videtur. Cum solo quippe iohanne nichil dixit solus ipse perpauca cum solo luca pauciora cum matheo vero plurima et multa pene totidem atque ipsis verbis sive cum solo sive cum ceteris consonante. Lucas autem circa sacerdotalem domini stirpem atque personam magis occupatus apparet. Nam et ad ipsum david non regium stema secutus ascendit sed per eos qui reges non fuerunt exit ad nathan filium david qui nec ipse rex fuit. Non sic matheus per salomonem regem descendens ceteros etiam reges ex ordine persecutus est servans in eis de quo postea loquetur misticum numerum.

Marcus breviator

Tercium matheus lucas regem Christum et sacerdotem scripserunt marcus utrumque capitulum sequitur

Dominus enim Christus ihesus unus verus rex et unus verus sacerdos illud ad regendos nos illud ad expiandos nos has duas personas apud antiquos patres singulariter commendatas suam figuram gessisse declaravit sive titulo illo qui cruci prefixus erat rex iudeorum unde archano instinctu pylatus audivit quod scripsi scripsi

Mediator quippe erat in psalmis ne corrumpas tituli inscriptionem. Sive quod ad personam sacerdotis attinet in eo quod nobis offerre atque accipere docuit. Unde ipsum de se prophetam dicentem: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Multisque aliis documentis divinarum scripturarum rex et sacerdos Christus apparet. Hinc etiam ipse David cuius non frustra crebrius filius dictus est quam filius Abrahe et quem communiter tenuerunt Matheus et Lucas, ille a quo per Salomonem descenderet, iste ad quem per Nathan ascenderet, quamquam a parte rex fuit, figuravit tamen et facta sacerdotis personam cum panes propositionis manducavit quibus non licebat manducare nisi solis sacerdotibus. Huc accedit quod solus sacerdos etiam Lucas Mariam commemorat ab angelo manifestam cognatam fuisse Elizabeth que uxor erat Zacharie sacerdotis. De quo idem scripsit quod eam de filiabus Aaron hoc est de tribu sacerdotum habebat uxorem. Cum ergo Matheus circa regis, Lucas circa sacerdotis personam gereret intentionem, utique humanitatem Christi maxime commendaverint. Secundum hominem quippe rex Christus et sacerdos effectus est, cui dedit deus sedem David patris sui et regni eius non esset finis, et esset ad interpellandum pro nobis mediator dei et hominum homo Christus Ihesus. Non autem habuit tamquam breviatorem coniunctum Lucas sicut Marcum Matheus, et hoc forte non sine aliquo sacramento, quia regum est non esse sine comitum obsequio. Unde ille qui ~~personam Christi sine~~ regiam personam Christi narrandam susceperat habuit sibi tamquam comitem adiunctum qui sua vestigia quodammodo sequeretur. Sacerdos autem quia in sancta sanctorum solus intrabat, propterea Lucas cuius circa sacerdotium Christi erat intentio non habuit tamquam socium subsequentem qui sibi suam narrationem quodammodo breviaret. Tres tamen isti evangeliste in hiis rebus maxime diversati sunt quas Christus per humanam carnem temporaliter gessit. [illegible] quod Iohannes circa divina, alii circa humana Christi; huius activa, huius contemplativa.

Duplex: activa / contemplativa

Porro autem Iohannes ipsam maxime divinitatem domini qua patri est equalis intendit, eamque precipue suo evangelio quantum inter homines sufficere credidit commendare curavit. Itaque longe a tribus istis superius fertur, ita ut hos videas quodammodo in terra cum Christo homine conversari, illum autem transcendisse nebulam qua tegitur omnis terra et pervenisse ad liquidum celum. Unde acie mentis acutissima atque firmissima videret in principio verbum deum apud deum per quod facta sunt omnia, et ipsum agnosceret carnem factum ut habitaret in nobis, et quod acceperat carnem non fuerat mutatum in carnem. Nisi enim carnis assumptio servata incommutabili divinitate fieret, non diceretur: Ego et pater unum sumus. Neque enim pater et caro unum sunt. Et hoc de se ipso domini testimonio solus Iohannes commemoravit: et Qui me videt videt et patrem, et Ego in patre et pater in me, et Ut sint unum sicut et nos unum sumus, et Quecumque pater facit hec eadem filius facit similiter. Et si qua alia dicta sunt que Christi divinitatem in qua equalis est patri recte intelligentibus intimarent, pene solus Iohannes in evangelio suo posuit, tamquam qui de pectore ipsius domini super quod discumbere in eius convivio solitus erat secretum divinitatis eius uberius et quodammodo familiarius biberit. Proinde cum due virtutes anime proposite sint humane, una activa altera contemplativa, illa qua itur ista qua pervenitur, illa qua laboratur ut cor mundetur ad videndum deum ista qua vacatur et videtur deus, illa est in preceptis exercende vite temporalis, altera in doctrina vite illius sempiterne. At per hoc illa operatur, ista requiescit, quia illa est in purgatione peccatorum, ista in lumine purgatorum. Ac per hoc in hac vita mortali illa est in opere bone conversationis, ista vero magis in fide et apud perpaucos per speculum in enigmate et ex parte in aliqua ~~impositione~~ visione incommutabilis veritatis. Hee due virtutes in duabus uxoribus Iacob figurate intelliguntur. De quibus adversus Faustum Manicheum pro modulo meo

due vite

Matheus
Marcus
Lucas
tres circa temporalia conscripserunt activam
Iohannes contemplativam

quantum illi operi sufficere videbatur
disseruit. Lia quippe interpretatur labo
rans Rachel visum principium. Ex quo
intelligi datur si diligenter attendas
tres ewangelistas temporalia facta domini
et dicta que ad informandos mores
vite presentis maxime valent copiosi
us persecutos circa illam vitam activam
fuisse versatos. Iohannem vero facta
domini multo pauciora narrantem.
Dicta vero ea eius presertim que trini
tatis unitatem et vite eterne feli
citatem insinuarent diligencius
et uberius conscribentem in virtute
contemplativa commendanda suam
intentionem predicationemque tenuisse.

Capitulum quod quatuor animalia signi
ficent et de calumpniatoribus eorum

Unde michi videntur quod qui ex
apokalipsi illa quatuor animalia
ad intelligendos quatuor ewangelistas
interpretati sunt. Probabilius aliquid
attendisse illi qui leonem Iohanni
tribuerunt. De principiis enim librorum
quandam coniecturam capere voluerunt
non de tota intentione ewangelistarum
que magis fuerat perscrutanda. Mul
to enim congruentius ille qui regiam
Christi personam maxime commendavit per
leonem signatus accipitur. Unde
et in Apokalipsi cum ipsa tribu regia
leo commemoratus est. Ubi dictum est
Vicit leo de tribu Iuda. Secundum Ma
theum enim et magi narrantur ve
nisse ab oriente ad querendum regem
et adorandum qui eis per stellam
natus apparuit. Et ipse rex Herodes
regem Christum formidat infantem
atque ut eum possit occidere tot par
vulos necat. Quod autem per vitulum
Lucas significatus est sic propter
maximam victimam sacerdotis neutri
dubitaverunt. Ibi enim a sacerdote Za
charia incipit sermo narrantis
ibi cognatio Marie et Elizabeth
commemoratur. Ibi sacramenta primi
sacerdocii in infante Christo impleta
narrantur et quecumque alia possunt dili
genter adverti quibus appareat Lucas
intentionem circa personam sacerdotis ha
buisse. Marcus ergo qui neque stir
pem regiam neque sacerdotalem vel
cognationem vel consecrationem narrare
voluit et tamen in eis versatus ostenditur
que homo Christus operatus est tan
tum hominis figura in illis quatuor anima
libus significatus videtur. Hec autem
animalia tria sive leo sive homo sive
vitulus in terra graditur. Unde isti
tres ewangeliste in hiis maxime occu
pati que Christus in carne operatus
est et que precepta mortalis vite
exercende carnem portantibus tradidit.
At vero Iohannes super nubila infir
mitatis humane velut aquila volat
et lucem incommutabilis veritatis acu
tissimis atque firmissimis oculis cordis
intuetur. Hac domini sancta quadri
ga quibus per orbem vectus subi
git populos levi suo iugo et sar
cine levi quidem vel impia vani
tate vel imperita temeritate calum
nias appetunt ut eis veracis nar
rationibus derogent fidem per quos
christiana religio disseminata per
mundum tanta fertilitate provenit ut ho
mines infideles iam inter seipsos calum
nias suas mussitare vix videant
compressi fide gentium nomine devo
tione populorum. Verum quia non
nullos adhuc calumpniosis disputa
tionibus sive vel retardant a fide
ne credant vel iam credentes quan
tum potuerunt agitando perturbant. Non
nulli autem fratres salva fide nosse
desiderant quid talibus respondeat
questionibus vel ad profectum sciencie
sue vel ad aliorum vaniloquia re
pellenda inspirante atque adiuvante
domino deo nostro quod utinam et ipsorum
saluti prosit hoc opere demonstrare
suscepimus errorem vel temeritatem
eorum qui contra eorum quatuor libros
suos quos eorum isti quatuor singulos
conscripserunt satis argutas calumnias
se proferre arbitrantur. Quod ut fiat quem
nobis observant idem scriptores quod non
ostendendum est. Hoc enim solent
quasi palmam sue vanitatis obicere
quod ipsi ewangeliste inter seipsos dissenciant.

Quod Christus libros non scripsit
sed per epistolas Petro et Paulo

Sed id primo discuciendum est
quod solet nonnullos movere cur
ipse dominus nichil scripserit ut
alios de illo scribentibus necesse

sit credere. Hoc enim dicunt illi vel
maxime pagani qui dominum ipsum
ihesum christum culpare ac blasphemare
non audent eique tribuunt sapientiam
excellentissimam sed tamen tamquam
homini. discipulos vero eius dicunt
magistro suo tribuisse amplius quam
erat ut eum filium dei ~~faciant~~ dicerent
et verbum dei per quod facta sunt omnia
ut ipsum ac deum patrem unum esse
atque huiusmodi alia sunt in appostoli
cis litteris quibus eum cum patre
unum deum colendum esse didicimus.
honorandum tamquam sapientissimum vi
rum putant colere deum autem tamquam
deum negant. Cum ergo querent
quare ipse non scripserit videntur
parati fuisse hoc de illo credere quod
de seipso ipse scripsisset non quod alii
de illo pro suo arbitrio predicassent.
A quibus vero tunc de quibusdam
nobilissimis philosophis suis hoc credi
derint quod de illis eorum discipuli
scriptum memorie reliquerunt cum de
seipsis nichil scripsissent. Nam
pitagoras quo nulla contemplativa
virtute nil tunc grecia habuit clarius
non tamen de se nec de illa re aliquid
scripsisse perhibetur. Socrates autem
quem rursus in activa que mores
informat omnibus pretulerunt ita ut
de testimonio quod dei sui appolinis
omnium sapientissimum pronunciatum esse
non taceant esopi fabulas pauculis
versibus prosecutus est verba et numeros
suos adhibens rebus alterius usque
adeo nichil scribere voluit ut hoc
se coactum imperio sui demonis hoc
fecisse dixerit sicut nobilissimus
discipulorum eorum eius Plato comme
morat. In quo tamen opere maluit
alienas quam suas exornare sententias.
Quid ergo cause est cur de istis hec
credant quod de illis discipuli eorum
litteris commendarunt et de christo nolunt
credere nolunt quod eius de illo disci
puli conscripserunt. Presertim cum ab
eo ceteros homines sapientia superatos
esse fateantur quamvis eum fateri deum
nolunt. An vero illi quos isto mul
to inferiores fuisse non dubitant
valere de se discipulos facere potuerunt
et iste non potuit. Quod si absurdissi
me dicitur credant de illo quem sapien
tem fatentur non quod ipsi volunt sed
quod apud eos legunt qui ea que scri
pserunt ab illo sapiente didicerunt.
Deinde dicant unde saltem quod sapien
tissimus fuerit vel nosse vel audire potu
erunt. Si fama disseminante certior
ne de illo nuntia fama esset est quam
discipuli eius quibus eum predicanti
bus ipsa per totum mundum fama fragra
vit. Postremo famam preferant fame
et ei fame de illo credant que ma
ior est. Ea quippe fama que de
catholica ecclesia quam stupent toto
orbe diffusam mirabili claritate di
fragitur tenues istorum ~~mirabiles~~ ru
mores incomparabiliter vincit. Ea por
ro fama tam magna tam celebris
ut eam timendo isti trepidas contra ipsam
cantilenas in suum solacium rodant iam plerique(?)
metuentes audiri quam volentes
credi filium dei unigenitum et deum
predicant christum per quem facta sunt
omnia. Si ergo famam eligunt testem
cur non hanc eligunt que tanta clari
tate prefulget. Si scripturam cur non
evangelicam que tanta auctoritate prepollet.
Nos de diis eorum credimus que et
scriptura eorum antiquorum et fama
celebrior. Que si adoranda sunt
cur ea rident in theatris. Si autem
ridenda sunt plus ridendum est
cum adorantur in templis. Restat
ut ipsi velint testes esse de christo
qui sibi auferunt intellectum sciendi
quid loquantur loquendo quod nesciunt.
Aut si aliquos libros se habere
dicunt quos eum scripsisse asserunt
prodant eos nobis. Profecto enim
utilissimi et saluberrimi sunt quos
ut ipsi fatentur vir sapientissimus
est qui scripsit. Si autem timent
eos proferre utique mali sunt. Por
ro si mali sunt non eos sapientis
simus scripsit. Sapientissimum ergo
christum fatentur. non ergo christus tale
aliquid scripsit. Ita vero isti despi
unt ut illius libros quos eum scripsis
se existimant docere convincere eas artes
quibus eum putant illa fecisse mi
racula quorum fama ubique crebuit

quod existimacione se ipsos producunt quid
diligant et quid affectent quando
quidem Christum propterea sapientissimum
putant fuisse quia nescio que illi
cita noverat que non solum discipli
plina christiana sed etiam ipsa terrene
reipublice administrare iure condem
nat. Et certe qui tales libros Christi
legisse se affirmant cur ipsi nulla
talia faciunt qualia illum de libris
talibus fecisse mirantur. Quid
quod etiam divino iudicio sic errant
quidam eorum qui talia Christum scripsis
se credunt vel credi volunt ut eos
dem libros ad Petrum et Paulum
dicant tamquam epistolari titulo pre
notatos. Et fieri potuit sive ut ipsi
nomine Christi sive quicumque huiusmodi
execrabilibus artibus de tam glo
rioso nomine pondus auctoritatis dare
se posse putaverunt talia sub Christi
et apostolorum nomine scripserunt. In
qua fallacissima audacia sic exce
cati sunt ut etiam a pueris qui ad
huc pueriliter in gradu lectorum litteras
christianas noverunt merito rideantur.
Cum enim vellent aliquid tale
fingere Christum scripsisse ad discipu
los suos cogitaverunt ad quos
potissimum scribere potuisse facile cre
deretur tamquam ad illos qui ei fami
liarius adhesissent quibus illud
quasi secretum digne committeretur ~~et occur~~
~~rit~~ Et occurrit eis Petrus et Paulus
credo quod pluribus locis simul eos
cum illo pictos viderunt quia merita
Petri et Pauli etiam propter eundem pas
sionis diem celebrius et solempni
ter Roma commendat. Sic omnino er
rare meruerunt qui Christum et apostolos
eius non in sanctis codicibus sed in
pictis parietibus quesierunt. Nec
mirum si a pingentibus fingentes
decepti sunt. Toto enim tempore
quo Christus in carne mortali cum
suis discipulis vixit nondum
erat Paulus eius discipulus qui
post passionem suam post resurrectionem post
ascensionem post missum de celo
spiritum sanctum post multorum iudeorum
conversionem et mirabilem fidem post
lapidacionem Stephani dyaconi et
martiris cum adhuc Saulus ap
pellaretur et eos qui in Christum cre
diderant graviter persequeretur de celo
vocatus et suum discipulum atque
apostolum fecit. Quomodo ergo potuit li
bros ~~antequam~~ quos antequam moreretur
eum scripsisse putari volunt
ad discipulos tamquam familiaris
simos Petrum et Paulum scribere
cum Paulus nondum fuerit disci
pulus eius. Sequitur ultra

Septimum: Christus populos non magicis artibus convertit

Illud etiam attendant quod magicis
artibus tanta potuisse et nomen
suum ad populos in se convertendos
arte ipsa consecrasse delirant. Utrum
potuit magicis artibus tantos prophe
tas divino spiritu antequam in terra nasceretur
implere qui de illo talia futura
prelocuti sunt qualia iam preterita in
evangelio legimus et qualia orbe terra
rum completa nunc videmus. Neque enim
si magicis artibus fecit ut coleretur
et magus mortuus erat antequam
esset natus. Ad prophetandum ~~gens~~ de il
lo gens una deputata est cuius
reipublice tota administracio prophecia
esset illius regis venturi et celestem
ex omnibus gentibus conditurum. Pro
inde illius Hebree gentis ad prophe
tandum Christum sicut dixi deputate
nullus alius deus erat nisi unus
deus Deus verus qui fecit celum
et terram et omnia que in eis sunt
quo offenso sepe suis hostibus
subdebantur. Nunc autem pro gravis
simo scelere occisi Christi ex ipsa Ie
rosolima que erat regni eorum capud
penitus eradicati et Romano imperio
subiugati sunt.

Octavum: Romanos victores victorum deos coluisse non tamen Hebreorum. Capitulum

Colebant autem Romani deos
gentium quas subiugabant
colendo subiugare vel propici
are et eorum sacra suscipere. Hoc de
deo gentis Hebree cum eam op
pugnaverunt vel vicerunt facere
noluerunt. Credo quod videbant
si eius dei sacra reciperent que
se solo solum de colis etiam simu
lacris coli videret iubet dimittenda

esse quae omnia quae primus tollenda suscepit quorum religionibus imperium suum crevisse arbitrabatur in hoc eos pereuntium fallacia daemonum decipiebat. Nam utique intelligere debebant occulta dei iudicii voluntate penes quam rerum summa potestas sibi datum et auctum regnum non illorum deorum favore qui si aliquid in hac re potestatis habuissent suos potius protexissent ne a romanis superarentur aut ipsos eis romanos edomitos subiugassent. Neque enim possunt dicere pietatem ac mores suos a diis gentium quos iactant dilectos et electos. Numquid hec dixerunt si primordia sua recolant favorabilem asilum et romuli fratris patricidium. Neque enim quod asilum constituerunt remus et romulus ut quisquis cuiuslibet sceleris reus eo confugisset multum haberet commissum preceptam penitentie dederunt ad saluandas suas miserorum. At non potius collectam timentium manum contra suas civitates quarum leges timebant mercede impunitatis armarunt. Aut quando romulus fratrem qui nichil in eum mali commiserat occidit iusticiam vindicandi ac non principatum dominandi cogitavit. Ita ne istos mores dii coluerunt dii hostes suarum civitatum favendo hostibus earum. Cum potius nec illas defendendo prefuerint nec aliquid istos transfugiendo eos aliquid adiuverunt quia non habent in potestate regnum dare et auferre sed deus unus et verus. Hoc agit occulto iudicio nec quasi beatos facturus quibus terrenum regnum dederit nec quasi miseros quibus ademerit sed beatos vel miseros propter aliud et aliud faciens temporalia regna atque terrena quibus voluerit et quamdiu voluerit secundum predestinatum ordinem seculorum vel sinendo vel donando distribuit. Unde nec illud dicere possunt cur deus hebreorum quem summum et verum deum dicitis solum romanos eis non subiugavit. Sed nec ipsos hebreos ne a romanis subiugarentur adiuvit. Processerat

Romulus occidit fratrem Remum.

enim manifesta eorum peccata propter quod illis hoc eveniret propheta tanto ante predixerat. Et maxime quia impio furore Christum occiderunt in quo peccato aliorum occultorum peccatorum meritis excecati sunt. Et quod illius passio esset gentibus profutura eadem prophetia prestante pro testimonio predictum est. Nec alia re magis caruit illius gentis regnum et templum et sacerdotium et sacrificium et unctionem illam misticam quod chrisma grece dicitur. Unde Christi nomen excellit. Et ipse quam reges suos christos ipsa gens appellabat non fuisse nisi prefigurando Christo deputatum quam quod postquam Christi resurrectio post ea quam cepit credentibus gentibus predicari illa omnia cessaverunt nescientibus romanis per quorum victoriam nescientibus iudeis per quorum subiugationem factum est ut illa cessarent. Rem sane mirabilem non adverterunt pauci pagani qui deum hebreorum remanserunt amotis omnium nec receptum a victoribus nec predicari nec coli ab omnibus gentibus. Ipse enim est deus israel de quo tanto ante per prophetam plebem dei sic allocuta est. Et qui eruit te deus israel universe terre vocabitur. Hoc factum est per nomen Christi venientem ad homines ex semine ipsius israel qui nepos fuit habrahe a quo gens cepit hebreorum. Nam et ipsi israel dictum est. In semine tuo benedicentur omnes tribus terre. Sic ostendit deus israel omnis qui fecit celum et terram qui res humanas iuste ac misericorditer curat ita ut nec precludat iusticia misericordiam nec impediat misericordia iusticiam. Quod enim ipse sit verus victus in hebreo populo est quia regnum sacerdociumque eius radicitus expugnandum expugnandum delendumque permisit. Quod quidem per Christum eorum veri regis et sacerdotis quod illo regno et sacerdotio prefiguravit futurum. Hunc ipse deus israel ubique debet per omnia gentium. Utique ne deleretur recipere sicut romani noluerunt sicut receperunt deos aliarum gentium quas vicerunt. Ita et regnum sacerdotiumque

prophetie gentis abstulit quia iam non per eam permittebatur adveniret et romanum imperium a qua illa gens devicta est per ipsum regem suo nomini subiugavit atque evertenda ydola precepit quorum honorem sacra eius recepta religione noverant christiane fidei robore atque devotione everterit. Sequitur ultra

ix. Quod et adversarii nunc tuentur se nomine Christi. Capitulum

Porro quod de se hec futura tot per tot secula et per tot huius gentis reges atque sacerdotes prenunciarent non magicis artibus fecit Christus antequam esset in hominibus natus. Nam et illius iam deleti regni populus ubique dei dispensabili dei providencia quamvis sine illa unctione regis sacerdotis quod remansit in quo christus nominatur appareret tenet tamen reliquias quorundam observacionum suarum. Contra autem sacra illa ydolorum cultu nec victus nec subiugatus accepit. Portat libros propheticos ad testimonium nostrum ut ea que de ipso predicta sunt de inimicorum codicibus proferatur. Veritas prophetata Christi. Quanto adhuc quod insensati Christum male laudando sectatores iudicant si aliqua magica sub eius nomine scripta sunt cum vehementer Christi doctrina contra huiusmodi artibus inimica sit. Hinc potius intelligant quantum sit illud nomen quo addito etiam illi contra eius precepta viventes suas nepharias artes honorare conantur. Sicut enim diversis hominum erroribus multi et varias hereses adversus veritatem sub eius nomine condiderunt. Ita sentiunt etiam inimici Christi ad suadendum quod proferunt contra doctrinam Christi nullum pondus esse auctoritatis si non habeat nomen Christi.

x. Simulacra per Christum eversa tamen ipsum laudare compulsa

Quid quod isti nam Christi laudatores et vane religionis obligati obtrectatores Christiani non audent blasphemare Christum quia quidam philosophorum sicut in libris suis Porphirius Siculus prodidit consuluerunt deos suos quid de Christo responderent. Illi autem oraculis suis Christum laudare compulsi sunt. Nec mirum cum et in evangelio legamus eum demones fuisse confessos. Scriptum est autem in prophetis quoniam omnes dii gentium demonia. Ac per hoc isti ne contra deorum suorum responsa conentur convertunt blasphemias a Christo et eas in discipulos eius effundunt. Michi tamen autem videtur quod illi dii gentium quos philosophi paganorum consulere potuerunt etiam si de discipulis Christi interrogarentur ipsos laudare cogerentur. Verumtamen isti ita disputant quod hec eversio templorum condempnatio sacrificiorum confractio simulacrorum non per doctrinam Christi fiat sed per discipulos eius quos aliud quam ab illo didicerant docuisse. Contendunt itaque volentes sanam fidem Christum honorantes laudantesque convellere. Quia utique per discipulos Christi et facta et dicta Christi annunciata sunt quibus constat religio christiana. Cui hic iam paucissimis nec iam oppugnantibus sed tamen adhuc mussitantibus invita. Sed si nolunt credere Christum talia docuisse prophetas legant qui non solum superstitiones ydolorum everti preceperunt. Verumeciam venturis temporibus hanc eandem fidem futuram predixerunt. Qui si fidem fefellerunt cur tanta manifestacione complentur. Si verum dixerunt cur tanti divinitati resistitur.

xi. Cum omnes etiam dii a male agentibus colantur cur non deus Israel. Capitulum

Verumptamen diligentius ab istis querendum est quid nam esse putent deum Israel cur eum colendum non receperunt sicut aliarum gentium deos quos romanum subiecit imperium presertim et eorum sentencia sit omnes deos colendos esse sapienti. Cur ergo a ceterorum iste retractus est. Si plurimum valet cur ab eis solus non colitur. Si parum aut nichil valet cur confracta eorum simulacris ab omnibus solus pene iam colitur. Numquam huius questionis vinculo eximi poterunt qui cum maiores et minores deos colant quos deos putant. Hunc deum non colunt qui prevaluit omnibus

dii gentium

questio

quos colunt. Si enim magne virtutis est, cur existimatus est improbandus? Si parve, nullius, ne dicam est, cur tantum potuit improbatus? Si bonus est, cur a ceteris bonis solus separatus? Si malus est, cur a tot bonis omnibus non superatur? Si verax est, cur eius precepta respuuntur? Si mendax est, cur eius predicta complentur? Postremo quod volunt de illo estiment. Numquid romani etiam malos deos colendos non putant, qui Pallori vel Febri fana fecerunt, qui et agathos demones invitandos et cacodemones placandos monuerunt? Quod libet de illo existimetur, cur eum solum sibi nec advocandum nec placandum esse duxerunt? Quis est deus iste vel ita ignotus ut tam ~~ignotus~~ multis diis solus adhuc non inveniatur, aut ita notus ut a tam multis hominibus iam solus colatur? Nichil ergo restat ut dicant cur huius deos recipere sacra nolunt nisi quia solum se coli voluerit, illos autem deos gentium quos isti iam colebant coli prohibuerit. Sed hoc ipsum ab eis magis requirendum est quem vel qualem putent esse istum deum qui noluit deos coli illos quibus ~~ista templa~~ isti templa et simulacra fecerunt, cum tam potuerit ut plus valeret eorum voluntas ad eorum simulacra evertenda quam illorum ad eius sacra non recipienda. Certe sententia illius eorum philosophi, quem sapientissimum hominum etiam miraculo et oraculo etiam suo fuisse firmaverunt. Socratis enim sententia est unumquemque deum sic coli oportere quomodo se ipse colendum esse preceperit. Proinde istis summa necessitas facta est non colendi deum Hebreorum, quia si aliomodo eum colere vellent quam se colendum ipse dixisset, non utique illum colerent sed quod ipsi finxissent; si autem illomodo vellent quo ipse dicit, alios sibi colendos non esse cernebant quos ille coli prohibebat. At per ~~hos~~ hoc respuerunt veri dei cultum ne multos falsos offenderent, magis arbitrantes sibi affuturam fuisse istorum iracundiam quam illius benivolentiam. Sed fuit ista ~~nimia~~ vana necessitas et ridenda timiditas.

Sibilla

Socrates de colendo deo

No

No

xxviii. Deum colendum vatibus Sibillis prophetis ydola evertenda. Capitulum

Nunc querimus quid de isto deo sentiant homines quibus placet omnes deos colendos esse. Si enim iste colendus non est, quomodo colunt omnes si iste non colitur? Si autem colendus est, non omnes colendi sunt, quia nisi solus colatur iste non colitur. An forte dicturi sunt istum non esse deum, cum illos deos dicant qui sicut nos credimus nichil possunt nisi quod illis iudicio permittitur, non ut aliquid prosint sed ut nec ledere valeant nisi eos quos ita colendos esse ille iudicat qui omnia potest? Sicut autem ipsi confitentur, fatentur minora certe quam ille potuerunt. Si enim dii sunt quorum vates consulti ab hominibus, ut non dicam fefellerunt, privata tamen privatis negotiis responderunt, quomodo non est deus cuius vates non solum ea que ad tempus consulebant congrue ~~respondebant~~ responderunt, verum etiam non consulebant de universo genere humano atque omnibus gentibus ea tanto ante predixerunt que et nunc legimus et videmus? Sed quomodo dicunt quod impleta Sibilla fata cecinit Romanorum? Quomodo est deus qui et Romanos et omnes nationes in se unum deum per Christum credituras et omnia per eorum simulacra eversura per suos predicavit exhibuit? Postremo si illos dicunt qui numquam ausi sunt per vates suos contra istum deum aliquid dicere, quomodo ipse non est deus qui per vates suos non solum istorum simulacra everti iussit, verum etiam precepit in omnibus gentibus eversum iri predixit ab eis qui illis desertis se unum colere iuberentur et nisi simularent? Aut legant si possunt vel aliqua Sibillarum vel cuiuslibet aliorum

vatum suorum predixisse hoc futurum ut deus Hebreorum deus Israel ab omnibus gentibus coleretur, et quod eum cultores aliorum deorum recte antea respuissent futuras etiam leges imperatorum regum in cultu eius sublimari, ita ut ei ob temporis etiam imperium Romanorum iuberet delere simulacra, et promisisse etiam vetustioribus preceptis obtemperaret. Etiam legant ista si possunt de aliquibus libris vatum suorum. Omitto enim dicere quod ea que in illorum libris leguntur pro nostra hoc est vera religione testimonium christi quod a sanctis angelis et ab ipsis nostris prophetis audire potuerunt, sicut et ante eum in carne christi etiam demonia coacta sunt confiteri. Sed hoc omitto quod cum proferimus a nobis facta esse contendunt. Ipsi omnino ipsi urgendi sunt ut proferant a vatibus deorum suorum contra deum Hebreorum aliquid prophetatum sicut nos tot et tanta in libris prophetarum nostrorum contra deos eorum et iussa observamus et predicta cernimus et facta monstramus que illi iam pauci qui remanserunt malunt dolere completa quam illum deum agnoscere qui potuit prenuntiare complenda, cum in diis suis falsis que sunt vera demonia nichil aliud pro magno appetant quam cum aliquid eorum aruspices sibi futurum esse predixerunt. Que cum ita sint cur non potius miseri intelligunt illum esse deum verum quem sic vident a suorum deorum varietate vel societate se iunctum ut quem deum fateri coguntur qui omnes deos colendos esse consentiunt cum ceteris colere non sinantur. Cum ergo simul coli non possint cur non ille eligitur qui istos coli vetat relictis istis qui illum coli non vetant. Aut si vetant legatur. Quid enim magis populus eorum in templis eorum debuit recitari ubi nichil unquam tale personuit. Et utique prohibitio tam multorum contra unum [illegible] unius contra tam multos notior et potentior esse debet. Nam si huius

dei cultus est impius inutiles sunt dii qui homines ab impietate non prohibent. Si vero pius huius est cultus quoniam in illo precipitur ne isti colantur impius est cultus illorum. Si autem tam diffident istum coli prohibent ut plus audiri timeant quam prohibere audeant, hoc ipso quis sapiat, quis non sentiat illum esse potius eligendum qui istos coli tam publice prohibet qui eorum simulacra everti iussit, predixit, effecit, quam istos quos ut ille non colatur iussisse nescimus, predixisse non legimus, valuisse aliquid non videmus. Rogo respondeant quis est deus iste qui omnes deos gentium sic persequitur, qui omnia eorum sacra sic prohibet, sic extinguit. Cum interrogem homines qui examinentur in cogitando quis iste sit. Alii dicunt Saturnus est. Credo propter sabbati sanctificationem quia istum eundem diem Saturno tribuerunt. Varro autem ipsorum quo doctiorem apud se neminem inveniunt deum Iudeorum Iovem putavit nichil interesse censens quo nomine nuncupetur dum eadem res intelligatur, credo illius summitate deterritus. Nam quia nichil solent colere Romani superius quam Iovem quod capitolium eorum satis aperte atque testatur eumque regem omnium deorum arbitrantur cum adverteret Iudeos summum deum colere nichil aliud potuit suspicari quam Iovem. Sed sive qui Saturnum sive qui Iovem deum Iudeorum putant dicant quando Saturnus prohibere ausus est coli alterum deum. Nec ipsum Iovem qui regno expulisse perhibetur patrem suum, qui si tamquam potentior et victor plus valuit cultoribus suis Saturnum victum expulsumque non colant. Sed neque istum Iupiter coli prohibuit et quem vincere potuit deum tamen esse permisit. Iste inquiunt fabule sunt aut interpretande a sapientibus aut ridende. Nos autem Iovem colimus de quo ait Maro Iovis omnia plena, id est omnia vivificantem spiritum. Merito ergo et Varro Iovem opinatus est coli a Iudeis. [illegible] dicit per prophetam Celum et terram ego impleo. Quid autem quod idem poeta dicit ethera quando accipitur. Sic enim ait Cum pater omnipotens

fecundis imbribus ether omnipotens
in gremium lete descendit. Ethereum
quippe non spiritum sed corpus dicunt
esse sub lune quo celum super aerem
distenditur. An poete credunt nunc
sectam Platonicos qui non corpus
sed spiritum nunc quidem Stoycos loqui
qui corpus sit deus. Quid ergo in
capitolio colunt si spiritum denique ipsum
celum corporeum. Quid illic fuit scu-
tum illud iouis quod appellatur egi-
da. Nempe origo illius nominis
huius ita redditur quia iouem a
matre occultatum capra nutriuit.
Iouis occultus et a capra nutritur An et hoc poete mentiuntur. Numquid
et capitolia errore sunt poetarum.
Quid igitur volt ista non poetica
sed plane inimica varietas deum
quem probos in libris gentium querere
et poetas in templis adorare sed
numquid etiam ille Euhemerus poeta
fuit qui et iouem et saturnum
Saturnus pater patrem eius et Plutonem ac Ne-
Jupiter ptunum fratres eius ita plenissime
pluto fratres homines fuisse prodidit ut eorum
neptunus cultores gratias magis poetis agere
debeant quia non ad eos dedeho-
nestandos sed potius ad exorna-
dos multa finxerunt. Quem et ipsum
Euhemerum ab Ennio poeta in la-
tinam linguam esse conversum cicero
commemorat. Numquid et ipse ci-
cero fuit poeta qui eum cum quo
in tusculanis disputat tamquam secre-
torum conscium admonet dicens
Si vero scrutari vetera et ex eis
que scriptores grecie prodiderunt erue-
re coner ipsi illi maiorum gentium dii
qui habentur hinc a nobis profecti
in celum reperientur. Quorum demonstrat
sepulcra in grecia reminiscere quoniam
es initiatus que tradantur misteriis
tum denique quam hoc late pateat
intelliges. Sit certe eos deos homines
fuisse satis constiterit in celum autem
peruenisse beniuole suspicatur quam-
quam et hunc honorem apposicie
ab hominibus eis esse delatum non
dubitauit publice dicere cum de ro-
mulo loqueretur qui hanc urbem
Romulus deus dicitur inquit condidit Romulus ad deos
per adulacionem tamen immortales beniuolentia fama
et ceteri dii per eundem quem sustulimus. Quid igitur mirum
dum se imitantur est si hoc fecerunt antiquiores
[illegible]

homines de ioue et saturno et ceteris
qui romani de romulo quod denique
iam recentioribus temporibus et etiam
de cesare facere voluerunt. Quibus et
virgilius adulatorum carmine addidit
dicens Ecce dyonei processit cesaris
astrum. Videant ergo ne forte hi-
storica veritas sepulcra falsorum deorum
ostendat in terra. Vanitas autem poetica
stellas eorum non figat sed signat
in celo. Nec enim re vera stella
illa iouis est aut illa saturni sed
post eorum mortem sideribus ab ini-
tio mundi conditis hec nomina impo-
suerunt homines qui illos mortuos
quasi deos habere voluerunt. De qui-
bus quid tamen mali castitas aut quid
boni voluptas continuit ut inter astra
que cum sole et luna currunt ve-
nus habeat si fuerit et cicero
achademicus modestior quam poete
qui sepulcra deorum commemorare au-
sus est. Eisque mandare. quippe hec
non sibi ex opinione sua presumpse-
rit sed ex ipsorum sacerdotum traditione
commemorauit. Numquid et varro
vel tamquam poeta fingit vel tamquam
achademicus dubie proponit quod dicit
talium deorum sacra extitisse quod eorum
vita vel morte qua inter homines
vixerunt vel obierunt esse composi-
ta. Numquid et Leon ille sacerdos
egyptius poeta vel achademicus
fuit qui macedoni Alexandro diuer-
sam quidem a grecorum opinione istorum
deorum originem reserans ita pandit
ut eos homines fuisse declarat
Sed quid ad nos si dicant se iouem
vel hominem mortuum colere nec homini
mortuo capitolium dedicasse sed spiritui
~~dedicasse sed~~ vivificanti omnia
quo mundus ~~impletus~~ implet et scu-
tum eius in honorem mittis eius
factum de pelle caprino interpretentur
ut volunt. Quid dicunt de saturno
qui saturnum colunt. Nonne ille est
qui primus ab olympo venit arma
iouis fugiens et regnis exul ademptis
Quam genus indocile et dispersum
montibus altis composuit leges que
dedit latiumque vocari maluit his que
quoniam latuisset tutus in oris. Nonne ipsum
eius simulacrum quod cooperto capite
fingitur quasi latentem indicat. No-
ne ipse ytalicis ostendit agriculturam

quod false salte demonstrat. Non inqui-
rit. Nam videris si sicut ille homo
et rex quidam de quo ista narrantur
nos tamen satisfaciendo interpretantur in
longissimum tempus quod grecum etiam
etiam eius vocabulum ostendit. Voca-
tur enim cronos quod aspiratione addita
etiam temporis nomen est. Unde et latine
Saturnus appellatur quasi saturetur annis.
Quid iam cum istis agendum sit
nescio qui conantur in melius inter-
pretari nomina et simulacra deorum suorum
fatentur deorum maiorum suorum et patrem
ceterorum tempus esse. Quid enim aliud
indicant qui omnes deos scilicet temporales esse
se quorum parentem ipsum tempus constituunt.
Erubuerunt hinc philosophi eorum recentio-
res Platonici qui iam Christianis temporibus
fuerunt et Saturnum aliter interpretari cona-
ti sunt dicentes appellatum cronon
velut a satietate intellectus ipsum tem-
pus constituunt eo quod grece satietas
koros intellectus autem sive mens nous
dicitur quod videtur suffragari et latinum no-
men quasi ex prima latina parte et greca
ta posteriore compositum ut diceretur
Saturnus tamquam satur esset. Nam vi-
debatur quam esset absurdum si filius
temporis Iupiter haberetur quem deum
eternum vel putabant vel putari vole-
bant. Sic vero secundum istam novellam
interpretationem quam veteres eorum habu-
issent mirum si Ciceronem Varronemque
latuisset Saturni filium Iovem dicunt
tamquam ab illa summa mente procedentem
spiritum quem volunt esse velut
etiam mundi huius animam omnia celestia et ter-
rena corpora implentem. Unde illud
Varronis est quod paulo ante comme-
moravi Iovis omnia plena. Nunquid
non si possent isti sicut ipsam interpre-
tationem ita etiam superstitionem hominum
commutarent commutarent et ut illa
simulacra aut recte Saturno potius
quam Iovi Capitolia constituerent. Neque
enim ullam animam rationalem sapientem
fieri disputant nisi participatione summe
illius incommutabilisque sapientie
non solum cuiusque animam hominis verum
sed ipsius etiam mundi quam dicunt Io-
vem. Nos vero quandam summam Dei
sapientiam cuius participatione fit sapiens
quecumque anima fit vere sapiens non
tantum concedimus verum et maxime predicamus.
Utrum autem universa ista corporalis
moles que mundus appellatur habeat
quandam animam vel quasi animam suam
id est rationalem vitam qua ita regatur
sicut unumquodque animal magna atque ab-
dita questio est nec affirmari debet
ista opinio nisi comperta quod vera
sit nec refelli nisi comperta quod falsa
sit. Quid autem hoc ad hominem etiam
si semper eum lateat quandoquidem nulla
anima fit sapiens vel beata ex
alia quacumque anima sed ex illa
tota summa atque incommutabili Dei sapientia.

Credentium multi de gentibus sta-
tuunt unum Deum colendo qui et
semen benedictum. Capitulum iii.

Romani tamen qui non Saturno
sed Iovi Capitolium condi-
derunt vel alie nationes
que Iovem proprie supra ceteros
deos colendum esse putaverunt non hoc
quod isti senserunt qui eum istam
suam novam opinionem et summas
arces si quidem in his rebus potes-
tatis habuissent Saturno potius
dedicarent et mathematicos vel
genethliacos maxime delerent
qui Saturnum quem sapientem effe-
ctorem isti dicunt maleficum deum inter
sidera constituerunt que opinio tamen
contra illos in animis humanis preva-
luit ut nec nominare illum velint
senem potius quam Saturnum appellantes
tam timida superstitione ut iam
Carthaginienses pene vicos nomine
mutaverunt vicum Senis crebrius quam
vicum Saturni appellantes. Notum
est ergo quod colere contemnunt et quod
colorare conentur. Adulatores simu-
latorum verum et ab istis novis eorum
Saturni interpretatoribus requirendum
est quid de Deo sentiant Hebreorum.
Etiam ipsis enim placuit omnes deos
cum gentibus colere cum eos superbe
puderet pro peccatis suis recumbi
humiliari sub Christo. Quid ergo
sentiunt de Deo ipsorum? Quem si non
colunt non omnes deos colunt. Si autem
colunt non colunt sicut se coli iussit
quia et alios colunt quos coli ille
prohibuit. Per eos enim vates ista

Senex

poete

nota dogma

prohibuit. Per quos haec ipsa ge-
neris humani eorum simulacra placu-
tur statua predixit. Sive enim angeli
ad illos prophetas missi sunt qui eis
deum omnium creatorem unum verum dicen-
tes cui universa subiecta sunt et praesen-
sibilium rerum quarundam speciem figurae
ostenderet et quemadmodum se coli
praeciperet indicarent sive in aliquorum
hominibus mentes per spiritum sanctum ita
sublimate sunt ut eo visu ea vi-
derent quo et ipsi angeli vident
~~ostensum~~ constet tamen eos illi deo
fuisse qui alios deos coli prohibuit
servisse aut fide pietatis in rege
et sacerdotio reipublicae suae et ipsum
verum regem ac sacerdotem
significabant sacris. Porro autem in-
ter gentium quos isti deum coli volunt
illum qui ab istis coli non potest colere
nolunt. Dicant tale quid et causae
est ut nullus eorum inveniatur qui
alterum coli prohibeat cum eos in diversis
officiis muneribus constituant
et rebus ad unumquemque pertine-
tibus praesides velint. Si enim Iupi-
ter non prohibet Saturnum coli ~~quia~~
~~deus~~ quia non est ille homo qui
illum hominem patrem de regno expu-
lit. Sed aut caeli corpus aut spiritus
implens caelum et terram et ideo non
potest prohibere coli mentem supernam ex
qua dicitur emanasse. Sed ea ra-
tione nec Saturnus Iovem coli prohi-
bet quia non ab eo rebellante superatus
est sicut ille a Iove nescio quo-
rum arma fugiens venit in Yta-
liam sed faciet paterna vicens ale
a se genite saltem militaris prohi-
beret coli Martem uxoris adulterum
Herculem Iunonem persecutricem suam
quae ista inter eos tam foeda con-
tensio ut nec Diana virgo casta
coli prohibeat non dicam Venerem
ad ~~priapum~~ sed Priapum. Nam
si unus homo et venator et
agricola esse voluit huius est am-
borum quibus ~~est~~ tamen vel instituta
templa fabricare erubescit. Sed
interpretentur Dianam virtutem quam

Saturnus venit in ytaliam

dyana virgo

priapus modala

volunt interpretentur et Priapum fecundi-
tatis deum ita sanet ut in fetandis
feminis pudeat Iunonem talem habere
adiutorem. Dicant quod placet interpretentur
quod sapiunt deum tamen omnia eorum aug-
menta perturbet Deus Israel qui cum
illos omnes illic coli prohibuit et a
nullo eorum coli prohibitus sit eorum
quae simulacris et sacris eversionem
poluerit praecepit et fecit falsis osten-
dit illos falsos atque fallaces et se
esse verum ac veracem deum. Istos
autem iam paucos deorum multorum falsorum
cultores quis non miretur illi ob-
temperare nolle. De quo cum ab eis
quaeritur quis nam sit deus contra opi-
nando credent deum tamen esse nega-
re non audent quia si negent ope-
ribus eius et potentius et completis sani-
sime convincuntur. Neque enim ea dico
quae libera esse putant esse non
credere quia in principio fecit caelum
et terram et omnia quae in eis sunt
nec illa nimis antiqua quod Enoch
sustulit quod impios diluvio delevit
quod Noe iustum ~~deum~~ domum quoque eius
perliquid inde liberavit ab Abraham
in hominibus facta est exordio.
Huic enim factum est per angelicum ora-
culum manifesta promissio quam nunc
videmus impleri. Huic quippe est
dictum In semine tuo benedicentur omnes
gentes. Ex cuius semine populus Israel
Unde virgo Maria quae peperit
Christum in quo benedici omnes gentes
audeant iam negare si possunt. Haec
promissio facta est eadem ad Ysaac
filium Abrahe haec et a Iacob ne-
potem Abrahe qui etiam Israel appella-
tus est ex quo universus populus re
et propagatus est et nominatus est
ut huius populi deus appellaretur deus
Israel non quia ipse non sit deus omnium
gentium sive nescientium sive iam sci-
entium. Sed quia in isto populo voluit (cap 12)
manifestius apparere virtutem promis-
sionum suorum. Ille enim populus primo
in egypto multiplicatus et de illa
servitute per moysen in ~~illis signis~~
multis signis et portentis liberatus
rebellatis plurimis gentibus terram eam

[Abraham hebrei / ab israel filij israel / a iuda iudei — primum cognominati sunt]

repromissionis accepit accepit in qua
regnauit per reges ipsi de tribu iuda
exortos ex qua qui iudei uocati sunt
ex duodecim filijs israel nepotis abra-
he. Atque inde iudei cognominati sunt
multa ipso deo adiuuante fecerunt
multa pro peccatis suis ipso flagellan-
te perpessi sunt donec ueniret semen
cui promissum est in quo benedicerentur
omnes gentes et patrum suorum tunc
sponte confringerent. Sequitur

**Unum deum israel ydola coli prohi-
bens cristi iussit et impleuit**

Neque enim temporibus christianis
ipsis tanto ante predictum est
quod per eos impleretur. Ipsi
iudei qui remanserunt inimici nominis
cristi de quorum etiam futura perfidia
nullis prophetis libris tacitum non est
ipsi habent et legunt prophetiam dicen-
tem. Domine deus meus et refugium
meum in die malorum ad te omnes gen-
tes uenient ab extremo terre et dicent
vere mendacia coluerunt patres nostri
simulacra et non est in illis utili-
tas. Ecce nunc fit. Ecce nunc gentes
ab extremo terre ueniunt ad cristum ita
dicentes et simulacra frangentes
et hoc enim magnum est quod deus
prestitit ecclesie sue ubique diffuse ut gens
iudea merito debellata et dispersa
per terras ne a nobis hec composita
putarentur codices prophetiarum nostrarum
ubique portaret et inimica fidei nostre
teste testis fieret ueritatis nostre. Quid
ergo discipuli cristi docuerunt quod a cristo
non didicerunt sicut stulti desipiendo
iactitant ut deorum gentilium et simu-
lacrorum superstitio deleretur. Numquid
et illas prophetias que nunc leguntur
in codicibus inimicorum cristi dicti sunt
se discipuli cristi finxerunt. Hoc enim
docuit nisi deus israel. Ipsi enim populo
dictum est per diuinas uoces factas
ad moysen. Audi israel dominus deus
tuus unus est non facies tibi ydolum
nec ullam similitudinem neque in
celis sursum neque in terra deorsum
ut autem extat etiam ista nisi potesta-
tem accepit sed ei preceptum. non adora-
bis deos alienos sed utique frangens
eis non facies secundum opera eorum sed
deponendo deponas et comminuendo

confringes simulacra eorum. Quis
aliud dicat cristum atque cristianos non pertinere
ad israel. Israel nepos fuit abrahe
cui primo et deinde ysaac filio eius
et deinde ipsi israel nepoti eius dictum
est quod iam commemoraui in semine
tuo benedicentur omnes gentes quod fieri
iam uidemus in cristo cum inde exorta
sit illa de qua prophetia et populi israel
et de israel cecinit dicens. Ecce uirgo
concipiet et pariet filium et uocabit
nomen eius emanuel. Interpreta-
tur autem emanuel emanuel nobiscum
deus. Deus ergo israel qui prohibuit
alios deos coli et prohibuit ydola
fabricari qui precepit euerti qui per
prophetam predixit gentes ab extremo
terre dicturas. Vere mendacia colue-
runt patres nostri simulacra in quibus
non est utilitas. Ipse per cristi nomen
et cristianorum fidem istarum superstitio-
num omnium euersionem iussit promisit
exhibuit. Sequitur contra

**eos deum iouem et saturnum puta-
tes simulacris timentes**

Frustra adhuc miseri ergo
miseri quia blasfemare
cristum etiam a dijs suis hoc
est demonibus nomen cristi metuentibus
prohibiti sunt nobis ab eo doctri-
nam istam alienam facere quam cristia-
nam cum ydola destruant et pene
omnes falsas religiones ubi potue-
runt eradicant. De deo israel
respondeant quem docent et uincunt
ista non tantum cristianorum sed et iudeorum
libri testantur de ipso consulant deos
suos qui cristum blasfemare prohibu-
erunt. De deo israel si audeant. sed
quod quis quos consulat aut inspi-
ciant consuleant libros suos legant
si deum israel iouem putant sicut
Varro scripsit interim ut aliquam eorum
opinionem sequar. cur ergo iam
non credunt ydola esse delenda.
Si saturnum putant cur eum non
colunt aut cur sic non colunt quem-
ad modum se coli per eos uates prece-
pit. Per quos ea que predixit
impleuit. Cur ei non credunt si-
mulacra euertenda esse et alios de-
os colendos non esse. Si tamen
nec iouis nec saturnus est qui

[Israel nepos abrahe]

[Maria uirgo castissima]

si unus eorum esset non sacra iovis et saturni tanta non diceret evertenda. Ergo est qui preter deos alios solus ab istis non colitur et eorum diis aliis tam evidenter efficit ut solus colatur humiliata omni superba altitudine que adversus christum se erexerat pro ydolis persequens insipiens quod christianos. Nunc certe querunt ubi se abscondant cum sacrificare nolunt vel ubi deos ipsos suos recondant ne a christianis inveniantur atque frangantur. Unde hoc nisi a timore legum atque regum per quos deus israel suam exerit potestatem iam subditos christo non nimis longe promisit dicens per prophetam. Et adorabunt eum omnes reges terre omnes gentes servient ei.

xxvi Prophetia ysaie de ydolis subvertendis Capitulum sequitur

Nempe iam impletur quod per prophetam ysaiam idem clamat quod remissurus erat improbam plebem suam non quidem totam quia multi ex israhelitis crediderunt in christum iam inde et apostoli eius exierunt et humiliaturus omnem superbum atque iniuriosum ut ipse solus exaltaretur. Idem solus altus et potens hominibus manifestaretur donec destruentur a credentibus ydola et a non credentibus abscondentur cum eius timore terra conteritur id est cum homines timore frangunt timendo leges vel ipsius vel eorum qui credentes in eum gentibus regnantes talia sacrilegia prohibent. Hec enim que ut facilius intelligerent breviter posui sumpta de propheta dicit sic. Et nunc tu domus israel venite et ambulemus in lucem domini. Remisit enim plebem suam domum israel quia repleta est sicut ab initio regio eorum auguriis sicut alienigenarum et filii multi alienigene nati sunt illis. Repleta est enim regio eorum argento et auro nec erat numerus thesaurorum illorum et repleta est terra equis nec erat numerus curruum illorum et repleta est terra abhominationibus operibus manuum ipsorum et adoraverunt ea que fecerunt digiti eorum et inclinavit se homo et humiliat se vir et non remittam illis. Et nunc intrate petras et abscondite vos a facie in terra a facie timoris dei et a maiestate virtutis eius cum surrexerit conterere terram. Oculi enim domini excelsi homo autem humilis et humiliabitur altitudo hominum et exaltabitur deus solus in die illa. Dies enim domini sabaoth in omnem iniuriosum et superbum et supra omnem altum et humiliatum qui humiliabuntur et supra omnem cedrum libani excelsum et elevatam et super omnem arborem libani et super omnem montem basan et super omnem collem altum et super omnem navem maris et super omnem spectaculum navium decoris et humiliabitur et cadet contumelia hominum et exaltabitur dominus solus in die illa. Et manibus fabricata omnia abscondent in speluncis et in fissuris petrarum et in cavernis terre a facie timoris domini et maiestate timoris eius virtutis eius cum surrexerit confringere terram. Illa enim die proiciet homo abhominationes aureas et argenteas que fecerunt ut adorarent et super vana et noxia ut intrent in cavernas solide petre et in fissuras petrarum a facie timoris domini et maiestate virtutis eius cum exsurrexerit conterere terram. Quid dicunt de isto deo sabaoth quod interpretatur deus virtutum vel exercituum quia illi serviunt virtutes exercitus angelorum. Quid dicunt de isto deo israel quia deus est illius populi de quo venit semen in quo benedicentur omnes gentes. Cur solum non colunt qui omnes deos colendos esse contendunt. Cur ei non credunt qui alios deos falsos et ostendit et evertit.

xxvii Quod multi [illegible] verus prepositus Capitulum sequitur

Audivi quemdam eorum dicere se legisse apud nescio quem phylosophum quod ex eis que iudei in suis sacramentis agerent intellexisse quem deum colerent. Prepositum inquit ipsorum elementorum quibus iste visibilis et corporeus mundus

destructus est cum ex totius orbis
prophetia eius apte ostenderetur illud
deum tollendum praeceptum esse praecepto
ipsius qui fecit caelum et terram et a quo
est omnis vera sapientia. Sed quid
opus est huic diutius disputare
quasi tamen ad id quod ago sufficiat
aut illi qualicumque praesumptione opinan-
de illo deo quem deum esse nega-
re non possunt. Si enim praepositus
est elementorum quibus mundus iste
constituit non ipse potius colitur quam
Neptunus qui solus maris praeposi-
tus est. Quam denique Silvanus qui
solorum agrorum atque silvarum. Quam
Sol qui solius diei vel etiam universi
caelestis caloris. Quam Luna quae
solius noctis vel etiam humoris
potestate praefulget. Quam Juno quae so-
lum aerem tenere perhibetur. Certe
enim isti partium praepositi quicumque sunt
necesse est ut sub illo sint qui omnium
elementorum et universae huius molis
praeposituram gerit. At iste illos a
caelo prohibet. Cur ergo isti contra prae-
ceptum maioris illorum noti solum
eos colere voluerunt sed praeter istos illum
nolunt etc.

XVIII De incerti Lucanus
dei israel incerti testitudo etc.

Adhuc non invenerunt de isto
deo israel constanter aliquid
quod sentirent nec vingi
invenerit dociet eum inveniant
deum solum verum a quo creata sunt
omnia. Proinde quidam Lucanus
magnus eorum in carmine declamator
credo hoc hoc ipse diu quaerens
sive per suas cogitationes sive per
suos libros quis iam esset iude-
orum deus et quia pie non quaere-
bat non inveniens maluit tamen
incertum deum quem non inveniebat
quam nullum dicere cuius tam ma-
gna documenta sentiebat. Sic enim
et dedita sacris incerti iudea dei
et non videns iste sanctus deus
et verus deus israhel nondum cum
praeter Christum per Christi nomen tanta
nominibus gentibus faceret quanta
usque in hodiernum diem post aetatem lucani
tempora secuta sunt. Nunc vero

quis tam durus non flectatur quis
tam trepidus non ignoscat ad implen-
dum quod scriptum est quia non est qui
se abscondat a calore eius cum iam
clarissima luce manifestetur quae
in eodem psalmo unde hunc versiculum istum
commemoravi tanto ante praedicta sunt
caelorum enim nomine apostoli Christi sig-
nati sunt quod in eis deus praesideret
ut evangelium annuntiaret. Iam ergo
caeli enarraverunt gloriam dei et
opera manuum eius annuntiant firma-
mentum. Dies diei eructat verbum
et nox nocti indicat scientiam. Iam
non sunt loquelae neque sermones
quorum non audiantur voces eorum.
Iam in omnem terram exivit sonus
eorum et in fines orbis terrae verba eorum.
Iam in sole hoc est in manife-
statione posuit tabernaculum suum illud
quod est ecclesia eius quia ut hoc
faceret ipse fuit ibi sequitur tamquam
sponsus procedens de thalamo suo
coniugatum verbum carni humanae
processit de utero virginali. Iam ex-
ultavit ut gigas ad currendam
viam. Iam a summo caelo factum est
egressio eius et recursus eius
usque ad summum ~~eius~~ caeli. Et re-
ctissime sequitur versus quem paulo
ante commemoravi et non est qui
se abscondat a calore eius. Et
adhuc isti fragiles et paucissimi vanitates
garrientes eligunt isto igne sicut
stipula in cinerem verti cum sicut
aurum a sorde purgari cum et deorum
falsorum iam fallacia monumenta
frustrata sint et illius incerti
dei vaticinia promissa iam ita facta sunt.

XIX Testimonium psalmi sensu Christi
laudatores vitant quod idola evertunt.

Desinant ergo dicere inepti
laudatores Christi qui nolunt
esse christiani quod Christus non docuit
deos eorum deseri et simulacra
confringi. Deus enim israel de quo
praedictum est quod deus universae terrae iam
vocaretur nunc est hoc per prophetas
futurum praedixit hoc per Christum opportuno
tempore implevit. Certe enim
si iam deus israel deus universae
terrae vocatur necesse est ut fiat quod

iussit. Tercia vero per xpm et in
xpo innotuit vt etiam eius per or
bem diffunderetur et per ipam deus
israel vniuerse terre vocaretur. Pauli
supius aute eundem prophetam legat
qui volunt vnimo et a me commeo
retur. Neque enim ita longum est vt
opporteat prefmitti. Dicitur enim
multa de potencia et humilitate et pas
sione xpi et corpore eius cui ca
put est .i. de eius ecclesia tunc appel
latur tamquam sterilis que non pariebat
Per enim multos annos ecclesia que
futura erat in omnibus gentibus
in filios israel hoc est in sanctis
suis non dum apparuit non dum
xpo annunciato per ewis eis cui
non est annunciatum per prophetas et ex
pleures filios deserte sunt quam
eius que habet virum cum viri
nomine signata est. lex quam ante
pertepimus plebs israel nec accepe
rant gentes legem eo tempore quo
propheta loquebatur neque rex canonum
apparuerat gentibus longe tamen
adhuc fertilior et numerosior sanctorum
multitudo proveniet. Ideo ergo dicit ysa
yas incipiens ab humilitate xpi et
se postea convertens ad alloquendam
ecclesiam vsque ad eam conversum quem
commemoravimus vbi ait Et erunt
qui te ipse deus vniuerse terre deus
israel vocabit. Ecce incipit intellectum
intelliget puer meus et exaltabitur
et honorificabitur vehementer quomodo
multi mirabuntur super te. Sic tu et inho
nesta videberis ab hominibus spes
tua et honor tuus ab hominibus. Ita
enim mirabuntur gentes multe super
eum et continebunt reges os suum
quibus quibus non est annunciatum de
illo videbunt et qui non audierunt
intelligent. Domine quis credidit
auditui nostro et brachium domi
ni revelatum est. Annunciavimus
coram illo vt puer vt radix in
terra sitienti. Non est species illi
neque honor et vidimus eum et
non habuit speciem neque decorem
Sed vultus eius abiectus et defor
mis. Positio eius ab hominibus
omnibus homo in plaga et qui

sciat ferre infirmitates propter quod et aver
tit se facies eius iniuriata est non
magni estimata est. Hic infirmi
tates nostras portat et pro nobis
in doloribus est et in plaga et
in pena et nos estimavimus eum in
doloribus esse et in plaga et in
pena. Ipse autem vulneratus est propter
peccata nostra et infirmatus est propter
iniquitates nostras eruditio pacis nostre
in eum livore eius sanati sumus
omnes ut oves erravimus et dominus
tradidit illum pro peccatis nostris. Et ipse
quia male tractatus est non aperuit
os suum vt ovis ad ymolandum
ductus est et vt agnus ante eum
qui se tondet sine voce sic
non aperuit os suum. In humilitate sub
latum est iudicium eius generacionem eius
quis enarrabit. Quoniam tolletur
de terra vita eius ab iniquitatibus populi
mei ductus est ad mortem. Dabo
ergo malos pro sepulturam eius
et divites propter mortem eius. Dabo
ergo malos ob hoc quod iniquitatem
non fecerit nec dolum in ore suo. Do
minus vult purgare illum de plaga
Si dederitis vos ob delicta vestra ani
mam videbit semen longe vite
et vult dominus auferre a doloribus
animam eius ostendere illi lucem et
figurare per sensum iustificare iustum
bene servientem pluribus et peccata illorum
ipse sustinebit. Propterea ipse here
ditabit complures et fortium partietur
spolia propter quod tradita est ad mortem
anima eius et inter iniquos estimata
est et ipse multorum peccata sustinuit
et propter iniquitates eorum traditus est.
Delectare sterilis que non paris et
uelata et rectima que non parturis quoniam
multi filii deserte magis quam eius
que habet virum. Dixit enim dominus
Dilata locum tabernaculi tui et aulas
tuas confinge non est quod parcas. Por
rige longius longius funiculos
et palos validos constitue etiam
atque etiam in dexteram atque sinistram
partem extende. Semen enim tuum here
ditabit gentes et civitates que de
serte erunt inhabitabilis non est

qd metias pualebis eum nec eru-
bescas qd detestabilis fueris confusi
onem em impetum obliuisceris ignomi
nie viduitatis tue no eris memor
qm ego sum dns qui facio te. Do
mini nome ei et qui eruit te ipe
deus isrl vniuse tre vocabitur. Credo
tam haec evidentia expssioz cre
xerum et pdictaz et impletaz
dici ipe si de xpo dicunt discipulos
eius putant esse mentitos. Vnde
de xpi passione dubitauerunt. Re-
surrexisse no solent dice. At illa
omnia ab hominibus humana pessima
et libent credunt quia hoies tm
credi nolunt. Ille itaq sicut ouis
ad ymolandum ductus. Ille cui in
quos deputatus. Ille vulneratus pe
pter ini tuis liuore sanati sumus
cuius facies inuriata est nec ma
gni estimata pcussis cesa sputis
illata cuius despectus in cruce posi
tio ille ab iniquitatibus ppli israhele
ductus ad amorez. Ille qui no ha
bebat faciem speciem neq decorem
cui colaphis caedebat cui spinis
coronabatur cui pendens irridebat
ille qui sicut agnus coram tonde
te no habet vocem sic no aperuit
os suum cum ei diceretur ab insultan
tibus pphetiza nobis xpe. Nem
pe iam exaltatus est iam honorifi
catus est vehemet. Nempe ant
iam mirantur gentes sup eum mul
te iam continuerunt reges os suum
qd adusus xianos leges persecucionis
promulgabant. Nempe quibus no
est nunciatum de illo iam viderent et q
no audierunt iam intelligunt. Quia
gens quibus no nunciauit pphe
magis ipi vident quam vera nun
ciata sunt xo per pphas et qui no
audierunt ipm ysayam loquentem
iam intelligunt quia omnes gentes quibus
no nunciauit pphe magis ipse
vident quam vera nunciata sunt p
pphas et qui no audierunt ipm
ysayam loquentem iam in libro
eius de quo ista sic locutus intelli
gunt. Nam in ipa gente iudeorum
quis credit auditui ppharum aut
brachium domini qd est ipe xpus
qui per eos annunciabatur cui reuela
tum est quem manibus suis ea scelera
in xpo admittebant que suis pdice
rant pphe quos habebant. Nempe
iam hereditate possidet multos et for
cium patitur spolia cum eos quos diabolus
et demones possidebant per errores
suaz fabricas et quosdam cultos usus
illis expulsis pdite qui distribuit. Nimi
ergo de hoc dicant pueri lauda
tores xpi et xpianorum obtrectatores
Nunquid hoc ista per pphas tanto qm
cum pdicarent pdicerent xpus ma
gicis artibus fecit aut discipuli
eius ista finxerunt. Nunc vt dila
tare ecclia diffusa per gentes quo
dam sterilis nunc in pluribus locis
quam illa synagoga que legem siue
regem tamquam virum habebat. Nunc
vt sic dilatet locum thabernaculi sui
omnes naciones et linguas occupans
vt longius quam Romani imperii
iura tendunt vsque in persas
et indos alias qz barbaras ge
tes funiculos porrigat vt in dextra
pueros xianos et in sinistra pstitu
tanos in tam multis populis nomine
eius extendat. vt semen eius here
ditet gentes. vt ciuitates que a
vero dei cultu et a vera religione
deserte fuerant iam nunc inhabitet
vt no timuerit hominum minas et
furias qui in sanguine martirum
tamquam honore purpureo vestiebat
vt pualeret tam multis tam qz ve
hementibus et potentibus psecutori
bus suis vt no erubesceret qz de
testabilis fuerit quam magnum erat cri
men fieri vel esse xpianum vt
confusionem impetuum obliuiscatur quia
vbi habundauit peccatum superhabun
dauit gra vt ignominie uiduitatis
sue memor no sit quia paulu
lum derelicta et opprobriis obiecta
tam eminenti gloria refloreret. Nunquid
quid postremo vt dno qui fecit
eam ipe deus israhel vniuse terre
et adnunciatus mali et demonum
erunt eam iam uocet discipuli
xpi finxerunt qz pphe quorum nunc
libri in manibus multorum xpi ha
bent tam longe antequam xpus
filius hominis fieret pdixerunt

Vicesimum invectio contra christi obloquutores et falso sibi cultores

Hinc ergo intelligant ne tardissimi quidem atque obturissimi etiam obstinate dubiumne relinquitur, hinc in quam intelligant christi perversi laudatores et christiane religionis execratores, etiam christi discipulos contra deos eorum ea didicisse atque docuisse que doctrina continet christi, quia deus ipse qui hec omnia que isti colere volunt abhominanda atque evertenda in libris prophetarum precepisse invenitur, ipse deus per quem se missum esse sicut pater ante promisit per christum et christo etiam iam vocatur. Si enim christum mira clementia suspicantur deos eorum coluisse, ac per hos eum tanta potuisse, numquid et deus ipse deos eorum coluit, qui de se per omnes gentes colendo et ab illis abhominandis atque evertendis per christum quod promisit implet? Ubi sunt dii eorum vel vaticinia fanaticorum eorum et divinationes phitonum? Ubi auguria vel auspicia vel aruspicia vel oracula demonum? Cur non profertur ex huiusmodi antiquis libris admonitum aliquid et pro cultu contra christianam fidem et contra prophetarum nostrorum expressam iam in omnibus gentibus tam perspicuam veritatem? Offendimus, inquiunt, deos nostros et deseruerunt nos, ideo adversus nos christiani prevaluerunt et humanarum rerum felicitas defessa atque diminuta dilabitur. Hoc sibi certe christianos fuisse eventurum legant ex libris vatum suorum. Sed ea legant ubi, si non prophete quos deorum voluit esse ultores, saltem deus ipse improbatus et detestatus sit, quem constat istorum eversorem. Sed numquid hec presciverunt nisi quod modo facte consurrexerint, quod tunc protulerit prohibebit? Ergo ipse certe a quo causata res tam ignota profertur que utique debuit antequam fieret quod predictum est accidisset, videlicet temporibus omnium gentium ut persuerint et premonentur qui nunc volunt esse christiani. Sequitur

Rerum felicitas non minuitur cum flagitiosa subvertuntur. Capitulum.

Deinde quod de felicitatibus rerum humanarum diminutis per christiana tempora conqueruntur, si libros philosophorum suorum legant ea reprehendentium que nunc eis etiam recusantibus et inmurmurantibus subtrahuntur, tunc vero magnam laudem reperient temporum christianorum. Unde enim eis minuitur felicitatis, nisi ex his quibus pessime luxuriose que abutebantur in magnam creatoris iniuriam? Nisi forte hinc sunt tempora mala quia per omnes pene civitates cadunt theatra, cavee turpitudinum et publice professiones flagitiorum; cadunt et fora vel menia in quibus demonia colebantur. Unde enim cadunt nisi inopia rerum quarum lascivo et sacrilego usu constructa sunt? Sequitur rubrica

Rem atque philosophi reprehendant ea quibus dii delectantur et coluntur. Capitulum

Nonne Cicero eorum cum Roscium quendam laudaret histrionem ita peritum dixit ut solus esset dignus qui in scenam non deberet intrare, ita virum bonum ut solus esset dignus qui eo non deberet accedere. Quid aliud apertissime ostenderet nisi illam scenam esse tam turpem ut tanto minus ibi esse homo deberet quanto fuerit magis vir bonus. Et tamen diis eorum tali decore placabantur quale a viris bonis removendum esse censebat. Est etiam huius eiusdem ipsius Ciceronis aperta confessio ubi ait sibi Floram matrem ludorum celebritate placandam. In quibus ludis tanta exhiberi turpitudo consuevit ut in eorum comparatione ceteri honesti sint, a quibus tamen agendis viri boni prohibentur. Que est ista Flora mater, qualis dea est que celebrior et ab eius affusionibus laxata conciliat et propicia, at turpitudo? Quanto iam honestius in scenam Roscius intrarat quanto Cicero deam talem celebrabat. Si deminuta rerum copia que in hec celebranda funduntur dii gentium offenduntur, apparet quales sint qui talibus delectantur. Si autem ipsi irati ista minuunt, utilius irascuntur quam placati. Quapropter aut eos suos arguant qui talia in luxuriosis hominibus

reprehenderunt aut deos suos frangant
qui talia de suis cultoribus exegerunt
si tamen iam inveniunt vel quos fra-
gant vel quos abscondant. Christianorum
vero temporibus defectum rerum temporalium que
in turpia et noxia defluebant blas-
femando imputare desinant ne
magis nos inmodo amplius Christi veritas
laudet ad moneat. Sequitur capitulum

xxxiii Epilogus prescriptorum

Multa hinc dicerem nisi me iam
necessarium istud concludere atque ad pro-
positam intentionem redire suscepti
operis ratio cogeret. Cum enim evan-
gelistarum questiones ubi videntur
quibusdam quattuor evangeliste non inter
se constare solvere aggrederer ... de-
potui expositis intentionibus singu-
lorum primo mihi discutiendum occurrit
quod nonnulli querere solent, cur ipse
Christus nulli scripta proferant. ita enim
videntur ut volunt credi nescio quid ali-
ud scripsisse quod diligunt nihil
que sensisse contra deos suos sed deos suos
sed eos potius magico ritu coluis-
se et discipulos eius non solum de
illo finxisse mentitos dicendo illum
deum per quem facta sunt omnia non ali-
ud nihil quam homo fuerit quamvis
excellentissime sapientie verum
etiam de diis eorum non hec docuis-
se quod ab illo didicissent. Unde fac-
tum est ut eos de deo israel potius
ita urgeremus qui per ecclesiam catholicam
ab omnibus gentibus colitur, et istorum
sacrilegas vanitates ubique iam subver-
tit per prophetas suos tanto ante pre-
dixit et per Christi nomen in quo bene-
dici omnes gentes promiserat ea
que predixit implevit. Ex quo intelli-
gere debent nec Christum aliud de diis
eorum vel nosse vel docere potuisse
quam deus ipse per prophetas suos iussit
atque predixit. Per quos ipsum Christum pro-
misit et misit in cuius nomine secundum
pollicitationem quam patribus fecit cum
benedicuntur omnes gentes, factum est ut
ipse deus israel omnium deus vocaretur
nec discipulos eius a sui magistri do-
ctrina declinasse cum deos gentium coli
prohibent ne vel insensatis simulacris
supplicaremus vel societatem cum de-
monibus haberemus vel creature potius

quam creatori religionis obsequio
serviremus. Sequitur capitulum

xxxiiii Omnia providentia dei ho- minem sumpsisse personaliter uni ta

Quapropter cum sit ipse Christus sa-
pientia dei per quam facta
sunt omnia, cumque nulle men-
tes rationales sive angelorum sive hominum
nisi participatione ipsius sapientes
fiant cum per spiritum sanctum per quem ca-
ritas in cordibus nostris diffunditur
inheremus que trinitas unus deus
est, consultum est providentia mor-
talibus quorum temporalis vita in rebus
orientibus et occidentibus occupa-
ta tenebatur ut eadem ipsa dei sapi-
entia ad unitatem persone sue coaptato
homine assumpto in quo temporaliter
nasceretur viveret moreretur resurgeret
congrua saluti nostre dicendo et facien-
do patiendo et sustinendo fieret
et deorsum et hominibus exem-
plum redeundi et eis qui sursum sunt
angelis exemplum manendi.

xxxv Quod [illegible] summis et secundum Platonem redduntur

Nisi enim et in anime rationalis na-
tura temporale aliquid oriretur
id est inciperet esse quod non erat nunquam
ex vita pessima et stulta ad sa-
pientem atque optimam perveniret. Ac
per hoc cum rebus eternis contempla-
tium veritas perfruatur rebus autem ortis
fides credentium debeatur, purgatur
homo per rerum temporalium fidem ut
eternarum percipiat veritatem. Nam et
quidam eorum nobilissimus Plato in
eo libro quem Thimeum vocat sic
ait quantum ad id quod ortum est eter- plato :—
nitas valet tantum ad fidem veritas.
Duo illa sunt sursum eternitas et eternitas
veritas, duo ista deorsum quod ortum veritas sursum
est et fides. Ut igitur ab imis ad
~~fumis~~ summa revocemur atque id
quod ortum est recipiat eternitatem per
fidem veniendum est ad veritatem. Et
quia omnia que in contrarium pergunt
per aliquod medium reducuntur
et ab eterna iustitia temporalis iniquitas
nos alienabat, opus ergo erat
media iustitia temporali que medietas
temporalis esset de imis atque ita se-
ne abrumpens a summis et temperans
imis ima redderet summis

xxxv Christi sacramentum prophetis reve-
latum per evangelium declaratum

Ideo Christus mediator dei et homi-
num dictus est inter deum et inter mor-
talem et hominem mortalem, deus
et homo conciliator reconcilians hominem
deo manens quod erat factus quod non erat
ipse nobis fides in rebus ortis que
est veritas in eternis. Hoc magnum et in-
effabile sacramentum et sacerdotium
antiquis per prophetiam revelabatur po-
steris eorum per evangelium predicatur. Opor-
tebat enim ut aliquando in omnibus gen-
tibus redderetur quod diu per unam
gentem promittebatur. Proinde qui pro-
phetas ante descensionem suam premi-
sit ipse et apostolos post ascensionem su-
am misit. Omnibus autem discipulis
suis per hominem quem assumpsit
tamquam membris sui corporis caput est

xxxvi Christum scripsisse quicquid
evangeliste scripserint caput eius

Itaque cum illi scripserunt que ille
ostendit et dixit, nequaquam
dicendum est quod ipse non scripserit
quandoquidem membra eius id operata
sunt quod dictante capite cognoverunt.
Quicquid enim ille de suis fa-
ctis et dictis nos legere voluit
hoc scribendum illis tamquam suis
manibus imperavit. Hoc unitatis con-
sortium et in diversis officiis concor-
dium membrorum sub uno capite mi-
nisterium quisquis intellexerit non aliter
accipiet quod narrantibus discipulis
Christi in evangelio legerit quam si ipsam
manum domini quam in proprio corpore
gestabat scribentem conspexerit

xxxvii quicquid in sequentibus ostendendum

Quapropter iam illa potius iam
videamus qualia sint que pu-
tant eos sibimet scripsisse
contraria quod parum intelligentibus videri
potest. Ut his questionibus dissolutis
ex hoc appareat illius capitis mem-
bra non solum idem sentiendo ve-
rum etiam convenientia scribendo in cor-
poris ipsius unitate germanam ser-
vasse concordiam. ~~Sequitur~~ vel

Explicit liber primus. Incipi-
unt capitula libri secundi. Capitu-
lum sequitur primum.

Breviter resumens evangelistas inter se concorda-
re et contra curiosos. Secundum
Cur Matheus generacionem Christi nar-
ret per carnem et quinque esse earum
sine concernunt. Tercium Christus putatus
filius Joseph regio genere et sacer-
dotali. Quartum Duplex generacio ado-
ptiva et carnalis sive civitate. Vm
Quadraginta generaciones Christi tribus
distincta articulis in nobis autem
figurate. Sextum In Luca generaciones
lxxvii ascendentes figurate nostrorum
remissionem peccatorum. Septimum Matheus
cum Luca qualiter se habeat in preter-
missis et resumat. Octavum Quomodo omnium
cum Matheo et Luca simul. Nonum
De evangeliste concordant de Johanne Baptista
Decimum Herodis et Archelai temporibus
Lucam et Matheum circa puerum Jesum
Undecimum Item de Johanne Baptista
omnes quatuor evangeliste. xii Matheus
de Johanne diffusius verbo vestitu
victu predicacione. xiii Matheum et
Lucam licet in verbis non tamen sensu
vel rebus dissentire. xiiii De Christi
baptismo verbis super eum de celo non se-
cundum narrare. xv Johannem
preferisse in columba spiritum in Christum
descendente. xvi In temptatione
Jesu a dyabolo Matheus Marcus Lucas
xvii quatuor de vocatione apostolorum
de nomine Petri unus de mutacione
eorum. xviii Quatuor de Christo ingressu
Jesu in Galileam concurrere. xix
Duo de sermone domini in monte et
de leproso tres. xx Duo de puero
centurionis. xxi Tres de socru
Simonis. xxii Quatuor de vespere
curatis infirmis et de vere transfre-
tantium. xxiii Duo ~~de deo~~ deo inquit
sequar te unus de lxxii. xxiiii
Tres de tranquillato mari et de le-
gione. xxv Tres de paralitico sa-
nato. xxvi Tres de vocatione Mathei
xxvii in de discubitu cum peccatoribus
discipulis Johannis et phariseis
xxviii Tres de filia Jairi et muliere
in profluvio. xxix Unus de duobus
cecis. Tres de messe multa de mi-
nistris quia mystice dum figurate loquitur xxx
Duo de Johanne in vinculis xxxi
Duo exprobracionis civitatum xxxii
Duo confitebor tibi pater celi xxxiii
Tres esurientes dum per sata xxxiiii
Tres aridam manum sanatam xxxv

De consilio contra ihesum inito cetera duo
xxxvi Duo de ceco et muto xxxvii
Duo preter ceteros imposite in belzebub
eiecte xxxviii Duo simul sed unus
de signi ordine signum volentibus uide(re)
xxxix De matre christi tres et fratribus
ceteris imposite xl Tres ihesus
loquens de nauicula parabolas xli
Tres sparsim propter incredulitatem non
fecisse signum et que sibi in patria
dicta xlii Tres herodis suspicionum
de iohanne xliii Tres de iohanne
incluso et occiso xliiii Quattuor de
quinque panibus et unus specialia xlv
conuenientia quatuor in miraculo quinque
panum xlvi Tres de ambulatione
in mare unus alia xlvii Duo
sanando ceteris hominum predicando
xlviii De muliere cananea xlix
Duo de septem panibus cum causa
l Duo per nauiculam venisse
in madyan li Duo de fermento
phariseorum lii Tres quem dicunt
homines esse filium hominis liii
Tres nemini dicere et quia eum mo(ri)
ta pati liiii Tres siquis vult post
me venire lv Tres de transfigura
tione deo in monte lvi Tres
de helia et iohanne lvii Tres
de demonio oratione et ieiunio eiciendo
do lviii Tres filius hominis traden
dus et occidendus lix Unus
de didragma in ceteris tres lx
Unus quis putas maior est in re
gno celorum Duo tamen tangendo lxi
Duo si licet homini dimittere uxorem
cum ratione lxii Tres de imposici
one puerorum manuum imponendo
tamen et discedendo lxiii Tres de
passione et ratione tamen aliqua
omittit lxiiii Duo de duobus ce
cis unus de uno lxv Quattuor de
asina et pullo sed uno memorante
attamen occurrente et de lxx interpre
tibus et eorum ingenio lxvi Quattuor
eiecit ementes et vendentes sed
unus etiam aliud lxvii Duo de
in templo sanato fide sicut arida
montem mittendo in mare lxviii
Tres in qua potestate ihesus faciat unus
aliquid omittit lxix Tres de apo
stolis occidentibus suos et herodem
unus de homine habente duos filios
lxx De nuptiis unus duo sile(nt)

cetera tres lxxi in de nummo red
dendo cesari et de muliere que ha
buit septem viros lxxii Duo legis
doctor temptans ceteris simile sed
aliud lxxiii Tres de christo cuius
videtur cuius filius ~~est~~ et sit lxxiiii
Duo super kathedram moysi sede
runt scribe et pharisei lxxv Duo
de vidua tres de templi euersio
ne lxxvi Sedente ihesus super mon
tem oliueti licet unus ceteri alia
lxxvii Ceteris quia post biduum
pascha in unius de in bethania
ceterum quodam recapitulando lxxviii
De ~~alab~~ alabastro fracto vngento
effuso inter de muliere et symone
lxxix Tunc abiit unus de xii
in respantem facto etiam in ex
ite ad quemdam sequitur

Explicit tabula Incipit liber
secundus de consensu ewangelistarum capitulum
primum breuiter resumens intencionem pro
missam se conuerte et contra infideles

Quoniam sermone non bre
ui et ad modum necessario
que libro uno com
pleui summe refutauimus
eorum vanitatem qui
discipulos christi ewangelium
conscribentes ideo contempnendos
putant quia ipsum christum quem colimus
non ut deum tamen ut hominem sapientia
longe ceteris excellentem honorandum
esse non putant nullam scri
pturam prosint a nobis et tamen
talia scripsisse videri volunt qualia
quia puerum diligunt non quibus
lectis et creditis a perversitate corrigi
possit. Nunc iam videamus ea
que quatuor ewangeliste de christo scripse
runt quemadmodum sibi atque inter
se congruant ne quid ex hoc in
fide christiana offendiculi patiantur
qui curiosiores quam capaciores
sunt non per tumorem per lectis
sed quasi diligentius perscruta
tis ewangelicis libris in congru
mentia contendant et repugnancia
se reprehendisse existimantes
magis ut contentiose obiectanda
quam prudenter considerandam esse arbitrantur

Scdm qz matheus generacoz
xpi enarret xm carnez et qu
re esse eciaz sine comercio

Matheus ergo sic exorsus
est liber gñacõis ihu xpi
filij dauid filij abraham
quo exordio suo satis ostendit gña
cõm xpi scdm carnez se susceptu
se narrandaz scdm hanc em xps
filius hominis est, qd etiam se ipe
ipe sepissime appellat comendans
nobis quid misericordie dignatus
sit esse pro nobis. Nam illa sup
na et etnã gñacõ scdm quam
filius dei vnigenitus est ante
omnem creaturaz quia omnia per
ipm facta sunt. Ita inestabilis
est vt de illa dictum est quis enarrabit in-
telligat gñacõm eius quis enar
rabit. Persequit em humanaz gene
racõm xpi matheus abraham
gñacõs gñatores comemorans
quos perducit ad yoseph virum marie
de qua natus est ihus. Neqz em
fas erat vt eum ob hoc a con-
iugio marie separand putaret qd nõ
ex eius concubitu sed virgo pepit
xpm. Hoc em exemplo magnifice
insinuat fidelibus coniugat etiaz
seruata pari consensu continencia posse
permanere vocari coniugatos quez con-
iugio nõ permixto corporis sexu sz custo-
dita mentis affectu. Sequitur

Tercium xpus putatus filius ios
eph que sacerdotali. Capitulum

Presertim quia nasci eis etiaz
filius potuit sine vllo complexu
carnali qui pt solos filios
gignendos adhibendus est. Neqz
em propterea nõ erat appellandus
ioseph pater xpi quia nõ eum
concumbendo genuerat qñ quidem
pr recte esset etiaz eius quem
nõ ex sua coniuge procreatum
aliunde adoptasset. Putabat quide
xpus et alius filius yoseph tanqz
ex eius dumtaxat carne progenitus
sed ab eis hoc putabat quos ma
rie latitabat virginitas. **Quartum dux**
genealogia adoptiua et carnis sine
caritatis. Capitulum sequitur

Nam lucas ait et ipe ihus
erat incipiens quasi annoꝝ
xxx vt pu. fil. yos. Iam iste
lucas nõ eius parentez solam mariaz
sed ambos parentes eius appellare
minime dubitauit vbi ait. Puer
autem crescebat et confortaba plenus
sapiencia et gracia dei erat in illo
et ibant parentes per omnes annos
in ierlm in die solempni pasche. Sz
ne quispiam hic parentes consan-
guineos potius marie cum ipsa
matre eius intelligendos putet
primo ad illud respondebit qd ipe
idem lucas supius dixit et erat
pater eius et mater mirantes
sup hijs que dicebantur de illo. Cum
igitur ipe enarret nõ ex concubitu
yoseph sed ex maria virgine na-
tum xpm vnd enim patrem patrez
eius appellat nisi quia et virum
marie recte intelligimus sine co-
mixtione carnis ipa copulacõne
coniugij et ob hoc etiaz xpi prem
multo coniunctius qui ex eius coniugio
natus est. Quam si ei esset aliunde
de adoptatus. Vnde manifestum
est illud qd ait sicut putabatur
filius ioseph ppter illos dixisse qui
eum ex ioseph sicut alij homines
nascuntur natum arbitrantur. Ac
per hoc etiaz si demonstrare aliquis
posset mariaz ex dauid nullam
consanguinitate originez ducere
satis erat xpm ista racõnez acci-
pere xpm filium dauid qua racõne
etiaz ioseph pater eius recte appel-
latus est. Quo magis quia cum
evidenter dicit apostolus paulus ex se-
mine dauid scdm carnez xpm. Ipaz
qz mariam de stirpe dauid aliqua
consanguinitatez duxisse dubitare
vtiqz nõ debemus. Cuius qm nec sa-
cerdotale genus tacetur insinuante
luca qz cognata eius esset Eliza-
beth quaz dicit de filiabus aaron
firmissime est tenendum carnez
xpi ex vtroqz genere propagatum et re-
gum scz et sacerdotum. In quibus
psonis apud illum ppl̃m hebreoꝝ
etiaz mistica vnctio figurabatur
i. crisma. Vnde xpus nõ eluxet tanto
etiaz ante ita evidentissima significa-
cõne prenunciatum. Sequitur

Quartum duplex generatio adoptiva et carnalis sive carnalis

Quod autem movet quod ad alios progenitores Matheus enumerat descendens a David usque ad Joseph, alios autem Lucas ascendens a Joseph usque ad David, facile est ut advertant duos patres habere potuisse Joseph, unum a quo genitus, alterum a quo fuerat adoptatus. Antiqua enim est consuetudo adoptandi etiam in illo populo dei ut sibi facerent filios quos non ipsi genuissent. Nam excepto quod filia Pharaonis Moysen adoptaverat, ille quippe alienigena fuit, ipse Jacob nepotes suos ex Joseph natos verbis manifestissimis adoptavit dicens: Nunc itaque filii tui duo qui facti sunt tibi priusquam ad te venirem mei sunt, Effrem et Manasses tamquam Ruben et Symeon erunt michi. Natos autem si genueris postea tui erunt. Unde et factum est ut xii tribus essent Israel excepta tribu Levi que templo serviebat. Cum ea quippe fuerunt xiii cum xii fuissent filii Jacob. Unde intelligitur Lucas patrem Joseph non a quo genitus sed a quo fuerat adoptatus suscepisse in evangelio suo, cuius progenitores sursum versus commemorat donec exiret ad David. Cum enim necesse sit utrumque evangelistam verum narrasse et Matheum scilicet et Lucam, ut unus eorum eius patris originem teneret qui genuerat, alter eius qui adoptaverat, Joseph quem probabilius intelligimus adoptantis originem tenuisse quam eum quod voluit Joseph genitum dicere ab illo cuius eum filium esse narrabat. Commodius enim filius eius dictus est a quo fuerat adoptatus quam diceretur ab illo genitus, cuius carne non erat natus. Matheus autem dicens: Abraham genuit Ysaac, Ysaac genuit Jacob, atque ita in hoc verbo quod est genuit perseverans donec in ultimo diceret: Jacob autem genuit Joseph, satis expressit ad eum patrem se perduxisse originem generantium a quo Joseph non adoptatus sed genitus erat,

quamquam si etiam Lucas genitum diceret Joseph ab Heli, nec sic nos hoc verbum perturbare deberet ut aliquid crederemus quam ab uno evangelista genitorem, ab altero adoptatorem patrem fuisse commemoratum. Neque enim absurde quisque dicitur non carne sed caritate genuisse quem filium sibi adoptavit. Cum et nos etiam quibus dedit deus potestatem filios eius fieri, non de natura sua atque substantia nos genuit sicut unicum filium, sed utique dilectione adoptavit. Quo verbo apostolus sepe utitur non ob aliud intelligitur nisi ad discernendum unigenitum ante omnem creaturam per quem facta sunt omnia, qui solus de substantia patris natus est, secundum equalitatem divinitatis hoc omnino quod pater, quem missum dicit ad suscipiendum carnem ex illo genere quo et nos secundum naturam sumus, ut illo participante mortalitatem nostram per dilectionem nos efficeret participes divinitatis sue per adoptionem. Ita enim dicit: Cum autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Et tamen dicimur nati etiam ex deo, id est accepta potestate ut filii eius efficiamur qui iam homines eramus. Efficiamur autem per gratiam, non per naturam. Nam si per naturam filii essemus, nichil aliud fuissemus. Cum enim dixisset Johannes dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius, secutus ait: qui non ex sanguine neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Ita quos dixit accepta potestate factos dei filios, quod illa adoptio significat quam Paulus dixit, commemorat eosdem dixit natos ex deo, atque ut expressius ostenderet qua gratia factum sit, et verbum inquit caro factum est et habitavit in nobis, tamquam diceret: quid mirum si filii dei facti sunt cum caro essent, propter quos unicus caro factus est cum verbum esset? Hec sane magna distantia, quia nos effecti filii dei mutamur in melius, ille autem filius dei cum filius hominis factus esset non est mutatus in deterius, sed assumpsit quod erat inferius. Dicit et Jacobus: Voluntarie genuit nos verbo veritatis sue ut simus initium aliquod

creatus eius. Nec si in eo quod genuit
nos sic nos sibi putaremus quod ipse est
de principatu quemdam in crea-
tura nobis ad hanc adoptionem concessa
satis ostendit. Non ergo alienum
esset a veritate etiam si Lucas ab illo
etiam Joseph genitum diceret a quo
fuerat adoptatus. Etiam sic quippe
genuit eum non ut homo esset sed
ut filius esset quod sic non est pater
sed ut frater esset quod et pater
est. Quod plane si sic ambo et Lucas
dicerent uno esset ambiguum quis
eorum adoptantem quis ex sua carne
gignentem patrem commemorasset. Quod
et si neuter eorum diceret genuit, sed
et iste eum filium illius et ille illius
diceret nichilominus esset ambiguum
quis eorum illum de quo natus quis
alium a quo adoptatus erat commemo-
rasset. Nunc vero cum alter dicat
Jacob genuit Joseph, alter Joseph
qui fuit filius Heli, etiam ipsa
verborum diversitate quid singuli suscepissent
eleganter intimaverunt. Sed sic facile
sicut dixi posset occurrere homini
religioso qui quodlibet aliud quod
querendum potius iudicaret quam evan-
gelistam crederet esse mentitum, facile
inquam occurreret ut videret quibus cau-
sis unus homo duos patres habere potuit.
Hoc et illis calumpniosis occurreret nisi
litigare quam considerare maluissent.
Illud autem quod deinceps insinuan-
dum est revera ut adulti et videri
posset lectorem attentissimum et dili-
gentissimum requirebat. Sequitur

V. Quadraginta generationes Christi
tribus distinctas articulis in nobis
autem figurate. Sequitur Capitulum

Attente quippe animadversum est
a diversum est Matheum qui
regalem in Christo ut susceperat
insinuare personam excepto ipso Christo
xl homines in generationum serie nominasse.
Numerus autem iste illud tempus
significat quod et in hoc seculo et in hac
terra regi nos oportet a Christo secundum di-
sciplinam religiosam qua flagellat
deus ut scriptum est omnem filium
quem recipiat. De qua dicitur oportere
per tribulationes nos oportere intrare
regnum celorum dei. Quam significat etiam
illa virga ferrea cum scriptum dixisset
Ego autem constitutus sum
rex ab eo super Syon montem sanctum eius,
regendo etiam omnes in virga ferrea.
De quibus dictum est: Tempus est ut iu-
dicium incipiat a domo domini. Et
si initium a nobis, qualis finis erit
his qui non credunt dei evangelio? Et
si iustus vix salvus erit, impi-
us et peccator ubi apparebunt? Ad
quos pertinet quod sequitur: tamquam
vas figuli confringes eos.
Reguntur enim boni per hanc disci-
plinam, mali vero conteruntur. Haec
tamen idem ipse commemorat velut
una eademque sacramenta que ha-
bent quia mali cum bonis. Quadraginta
nam ergo numerus iste laboriosi huius
temporis est sacramentum quo sub
disciplina regis Christi adversus dya-
bolum dimicamus. Etiam illud indicat
quod xl dierum ieiunium hoc est humi-
litatem anime consecravit et lex et prophete
per Moysen et Eliam qui quadra-
ginta diebus ieiunaverunt
et evangelium per ipsum dominum ieiunium
quibus diebus xl temptabatur a
dyabolo. Quid aliud quam per omne huius
seculi tempus temptationem nostram
in carne sua quam de nostra mor-
talitate assumere dignatus est
prefiguravit. Post resurrectionem quoque non
amplius quam dies xl cum disci-
pulis in hac terra esse voluit. Huius
rursus vite ad humanam conversationem
consuetudine et cum illis gerens
mortalitatem qualis iam non mori-
tur accipiens ut per ipsos xl
dies significaret se cum illis presentia
quam promiserat impleturum qui
ait: Ecce ego vobiscum sum usque
in consummationem seculi. Quod autem iste
numerus hanc temporalem vitam terre-
namque significet illa interim
causa de proximo occurrit quam
vis sit alia fortasse secretior
summa et tota annorum quadrup-
tite vicibus currit et mundus
ipse quattuor partibus terminatur quas
designat ventorum nomine scriptura
commemorat: ab oriente et occi-
dente et aquilone et meridie.
xl autem quater habet decem. Por-
ro autem ipsa decem ab uno usque
ad quattuor progrediente numero consummantur.

Iacob pater Joseph

xl generationes Christi

xl dies

xl

Ad hunc igitur modum et ad istam
mortalem vitam hominum ad nos regen-
dos in temptacionibus laborantes veni-
entem regem Christum Matheus susci-
piens exorsus est ab Abraham
et enumerat XL homines. Ab ipso enim
gentem Hebreorum que ceteris genti-
bus ut distingueretur deus de terra
sua et de cognacione sua separavit
Abraham unde Christus venit in carne ut
per hoc distinctius ad eum prophetan-
dum et prenunciandum maxime pertineret ut
promittebatur ex qua esset gente
venturus. Cum enim quater denas
generationes tribus distinxisset arti-
culis dicens ab Abraham usque ad
David generaciones esse XIIII. Et
a David usque ad transmigracionem Ba-
bilonis alias XIIII. Totidem alias
usque ad nativitatem Christi. Non tamen
duxit eas in summam ut diceret fiunt
omnes XLII. Unus quippe in illis pro-
genitoribus bis numeratur id est Iechonias
a quo facta quedam quedam in extra-
neas gentes deflexio cum in Ba-
biloniam transmigratum est. Ubi autem
ordo a rectitudine flectitur atque ut
eat in diversum tamquam angulum facit id quod
in angulo est bis numeratur in fine su-
perioris ordinis et in capite ipsius
deflexionis. Et hoc ipsum iam prefigura-
bat Christum a circumcisione ad preputium
tamquam ab Iherusalem ad Babiloniam et quo-
dam modo migraturum et futurum ac si quem
utrisque in se credentibus tamquam lapi-
dem angularem futuro. Hoc tunc in fi-
gura preparabat deus rebus in veritate
venturis. Nam et ipse Iechonias
ubi angulus iste prefiguratus est inter-
pretatur preparatio dei. Sic ergo non sunt XLII
vel diversi quod faciunt ter XIIII sed propter
unius geminatam numerationem XL generaciones
fiunt. Si et ipsum Christum annumeramus
qui huic regende vite nostre temporali
atque terrene tamquam numero quadragenario
regaliter presidet. Et quia ad istam
mortalitatem nobiscum participandam se de-
scendentem voluit significare Matheus
Ideo et ipsas generaciones ab Abraham
usque ad Ioseph et usque ad ipsius Christi
nativitatem descendendo commemorat
ab initio evangelii sui etc.

IX. Lucas generaciones LXXVII ascen-
dendo figurare nostrorum remissio-
nem peccatorum. Capitulum sequitur.

Lucas autem non ab initio evan-
gelii sed a baptismo Christi generaciones
narrat neque descendendo sed
ascendendo tamquam sacerdotem in expian-
dis peccatis magis assignans ubi
eum vox de celo declaravit ubi testi-
monium Iohannes ipse perhibuit dicens
Ecce qui tollit peccata mundi. Ascendendo
autem transit ab Abraham et pervenit
ad deum cui mundati et expiati reconcili-
amur. Merito et adoptionis originem
ipse suscepit quia per adoptionem effici-
mur filii dei credendo in filium. Per
carnalem vero generacionem filius dei po-
tius propter nos filius hominis factus. Sa-
tis autem demonstravit ne se ideo dixis-
se Ioseph filium Heli quod de illo geni-
tus sed quod ab illo fuerit adoptatus
Cum et ipsum Adam filium dei dixit
cum sit factus a deo sed per graciam
quam postea peccando amisit tamquam
filius in paradiso constitutus est. Quapropter
in generacionibus Mathei significatur nostrorum
susceptio peccatorum a domino Christo. In genera-
tionibus autem Luce significatur nostrorum ab-
olicio peccatorum a domino Christo. Ideo eas
ille descendens enarrat iste ascendens.
~~Quod autem addit ut de peccato dampna-
ret peccatum in carne hoc est expiatio
peccatorum.~~ Quod enim dicit apostolus misit
deus filium suum in similitudinem carnis
peccati hoc est susceptio peccatorum. Quod
autem addit ut de peccato dampnaret
peccatum in carne hoc est expiatio
peccatorum. Proinde Matheus ab ipso
David per Salomonem descendit
in cuius matre ille peccavit. Lucas
vero ad ipsum David per Nathan
ascendit per quem prophetam deus peccatum
illius expiavit. Ille quoque numerus quem
Lucas exequitur certissime peccatorum
abolicionem indicat peccatorum. Quia enim
Christi aliqua iniquitas qui nullam ha-
buit non est utique iuncta iniquitati-
bus hominum quas in sua carne susce-
pit. Ideo numerus penes Matheum ex-
cepto Christo est quadragenarius. Quia
non sue iusticie patris quod nos expiavit

ab om̄i pcto purgatos ꝯ͠iunget
vt fiat qd' dicit aplus Qui adhe
adheret dno vnus spus est in deo
In eo nūo qui est penes lucā et
ipe xpus a quo incepit enūatio et
deus ad quē puenit cū numerac̄
et fit nūs lxxvij quo significat̄
om̄ium prorsus remissio et ab oblo-
litio pctoꝝ quā et ipe deus per
huius nūi misteriū euidēt exposuit
dicens remittenda esse pctā nō
solū septies sed etiā septuagesi
es septies Nec frustra iste nūs
ad pctoꝝ om̄ium ptinet emūdac̄ōnē
si diligencius inquirat̄ Denarius
quippe tamquā iusticie nūs in decē
pceptis legis ostēdit̄ Porro pctm̄
est legis trāsgressio denariū nūm
transiens vndenario significat̄ vnd̄
et vela ciliciña iubent̄ in thab'
naclo xj fieri Quis aut̄ dubitet
ad pctm̄ significac̄ōnē cilicium ptinere
Et p hoc quia vniuersū tempus
septenario dieꝝ nūo voluit̄ co
uenient' vndenario septies multipli
cato ad nūm septuagesim̄ et septim̄
tota pctā pduci' in quo nūo ꝯ͠sequenter
fit plena remissio pctoꝝ expiate
nos carne sacerdote xpo a quo nūe
iste nūs incipit et reconcilante
nos deo ad quē nūe iste nūs pue
nit per spm̄ sctm̄ qui in columbe
spē in illa baptismo ubi nūs iste
comeorat̄ apparuit Post enūatas
generaciones matheus ita sequit̄ xpi
aut̄ generacio sic erat vt patet

Vn matheus cū luca qualit̄ se
habeant in ꝯ͠termissis et re
sumat sequitur capitulum

Cum esset desponsata ma
ter eius maria ioseph
antequā ꝯ͠uenirent inuenta
est in vtero habens de
spu scto Hoc quemadmodū sctm̄
sit ꝙ hec ꝯ͠termisit lucas expo
suit pq comeoratū ꝯ͠ceptū (lucas)
ita narrans In mense aut̄
vjto missus est angelus gabrie
a deo in ciuitatē galilee cui no
men nazareth ad virginem despon͠satam viro cui nomen ioseph de
domo dauid et nomen virginis maria
et ingressus angelus ad eā dixit
Aue gratia plena dns tecum benedicta
tu in mulieribus que cū audisset turbata est in

sermone eius et cogitabat qualis esset
ista salutacio Et ait angelus ei
Ne timeas maria inuenisti graciā
apud dnm̄ Ecce concipies et paries
in vtero et vocabis nomen eius ihesum Hic
erit magnus et filius altissimi
vocabit̄ Et dabit illi dns deus
sedem dauid patris eius et regnabit in domo ia
cob in eternum et regni eius nō erit finis
Dixit aut̄ maria ad angelum quō fiet
istud quoniā virum nō cognosco et respondens
angelus dixit ei Spus sctus sup
ueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi
Ideo qd' nascet̄ ex te sctm̄ vocabit̄
filius dei et̄ cetera que ad id qd' mō
agitur nō ptinet Hoc ergo ma
theus comeorauit de maria dicens
Inuenta est in vtero habens de spu
scto Nec ꝯ͠trariū est ꝙ lucas
exposuit id qd' matheus ꝯ͠termisit
eā de spu scto mariā ꝯ͠cepisse ꝯ͠ꝯ
teste Sicut nō est ꝯ͠trariū ꝙ ma
theus deinceps ꝯ͠nectit qd' lucas
ꝯ͠mittit Sequitur enim et dicit ma
theus Ioseph autē vir eius cū
esset iustus et nollet eā traducere
voluit occulte dimittere eā Hec
aut̄ eo cogitante Ecce angelus dni
in sompnis apparuit ei dicens Io
seph fili dauid noli timere accipe
mariā ꝯ͠iugē tuā qd' enim in ea
natū est de spu scto est Pariet
aut̄ filiū et vocabis nomen eius
ihesum ipe enim saluū faciet populū
suū a pctis eoꝝ Hoc aut̄ totū
factū est a deo per pphām dicentē
Ecce virgo in vtero habebit et
pariet filiū et vocabunt nomen eius
emanuel qd' est interptatū nobiscū
deus Exurgens aut̄ ioseph a
sompno fecit sicut precepit ei angelus
domini et accepit ꝯ͠iugē suā et pepit
filiū suū pmogenitū et vocauit
nomen eius ihesum Cum ergo esset
esset ihesus natus in Bethleem iu
de in diebus herodis regis De
cumte in Bethleem matheus
lucas ꝯ͠ ꝯ͠senciunt sed quō et qua
causa venerint ioseph et maria
lucas expōit matheus ꝯ͠termittit
Contra de magis ab oriente ve
nientibus lucas tacet matheus
dicit ita contexens Ecce magi ab
oriente venerunt ierosolimā dicentes

Ubi est qui natus est rex iudeorum
vidimus enim stellam eius in oriente
et venimus adorare eum. Concludens
autem herodes rex turbatus est et certi-
ficatus ad quem locum ubi scriptum est de
ipso magis et responso accepto
in sompnis ne redirent ad hero
dem per aliam viam reversi sunt in
regionem suam. Hec totum lucas pter-
misit. Sicut matheus non narrat
quod lucas narrat in presepio posi-
tum dominum. Et quia pastoribus eum
natum angelus nunciavit et quod multi
tudo celestis milicie facta est cum an-
gelo laudancium deum et quod venerunt
pastores et viderunt verum esse quod
angelus eis nunciavit. et quod die
circumcisionis sue nomen accepit. et que
postquam impletos dies purgacionis marie
idem lucas narrat quod attulerunt
eum ad ierusalem et de symeone vel
anna que dixerunt de illo in tem-
plo postea quam cognoverunt eum im-
pleti sunt spiritu sancto. Hec omnia tacet
matheus. Unde merito queritur quando
facta fuerunt sive que matheus
pretermittit et lucas dicit. et matheus
dicit, que quidem matheus regressis
in regionem suam magis que ve-
nerant ab oriente dicit et nar-
rat ioseph ab angelo amonitum et
cum infante in egyptum fugeret ne
ab herode necaretur. Deinde herodem
illo non invento a magis irritatum et in-
fantes occidisse. Defuncto autem
herode redisse ab egypto quod ar-
chelaus in iudea regnaret pro
herode patre suo habitasse cum pu-
ero in galilee civitate nazareth
que omnia lucas tacet nec ideo con-
trarium videri potest quod vel hic dicit que ille
pretermittit vel ille commemorat quod
iste non dicit. Sed queritur quando fieri
potuerit que contexit matheus de
profectione in egyptum atque in regres-
sione post herodis mortem ut iam in
civitate nazareth habitarent quo eos
lucas post ea quam profecti sunt in te
plo cum puero omnia secundum legem domini
reddere esse commemorat. Hic proinde
recognoscendum est quod deinceps
ad certa talia valeat ne similiter

moveat animum quod perturbent. Sic unum
quemque ewangelistam contexere narracionem
suam ut tamquam nichil pretermittentis
series digesta videatur. Tacitus enim
que non vult dicere sic ea que vult di-
cere illis que dicebat adiungit ut
ipsa contextim sequi videantur. Sed tamen
dum ea dicit que alter tacuit diligenter
ordo consideratus indicat locum ubi ea po-
nit a quo pretermissa sunt transilire
ut ea que dicere intendat ita superiori-
bus copularet tamquam ipsa nulla in-
post se sequerentur. At per hoc intelli-
gitur matheus ubi ait sompno amo-
nitus magos ne redirent ad herodem
et per viam regressos in regionem
suam. Velut pretermisisse que lucas nar-
ravit gesta circa dominum in templo et
dicta a symeone et anna. Ubi
lucas pretermittens rursus profectionem
in egyptum quam narrat matheus
tamquam continuam contexuit regressionem
ad civitatem Nazareth. Sequitur

Quintus ordo eorum secundum matheum et
lucam simul. Sequitur capitulum

Si quis enim velit unam narracionem
ex omnibus que de christi nativi-
tate et infancia vel pueritia
in utrumque narracione ab alterutro
seu commemorantur seu pretermittuntur ordinare
sic potest. Christi autem generacio sic erat.
Fuit in diebus herodis regis iudee
sacerdos quidam nomine Zacharias
de vice abya. et uxor illi de filiabus
aaron et nomen eius Elyzabeth
Erant autem iusti ambo ante deum incce- narracio christi
dentes in omnibus mandatis et iustificacionibus
domini sine querela et non erat illis
filius eo quod esset Elyzabeth ste-
rilis et ambo processissent in diebus
suis. Factum est autem cum sacerdocio
fungeretur Zacharias in ordine vicis
vicis sue ante deum secundum consue-
tudinem sacerdocii sorte exiit ut in-
censum poneret ingressus domini tem-
plum et omnis multitudo erat populi
orans foris hora incensi. Apparuit
autem illi angelus domini stans a dex-
tris altaris incensi et Zacharias
turbatus est videns et timor irruit
super eum. Ait autem ad eum angelus
Ne timeas Zacharia quoniam audita est
deprecacio tua et uxor tua Elyzabeth
pariet tibi filium et vocabis nomen eius

Johannem et erit gaudium tibi et
exultacio et multi in nativitate eius
gaudebunt. Erit enim magnus coram
domino et vinum et siceram non bi
bet et spiritu sancto replebitur adhuc
ex utero matris sue et mul
tos filiorum israel convertet ad dominum deum
ipsorum et ipse precedet ante illum in
spiritu et virtute helye ut convertat cor
da patrum in filios et incredulos ad
prudenciam iustorum parare domino ple
bem perfectam. Et dixit zacharias ad
angelum Unde hoc sciam ego enim sum
senex et uxor mea processit in
diebus suis et respondens angelus dix
it ei Ego sum Gabriel qui asto ante
deum et missus sum loqui ad te
et hoc tibi evangelizare et ecce
eris tacens et non poteris loqui
usque in diem illum quo hec fiant
Pro eo quod non credidisti verbis meis
que implebuntur in tempore suo et
erat plebs expectans Zachariam et
mirabantur quod tardaret ipse in templo
Egressus autem non poterat loqui
ad illos et cognoverunt quia visionem vidisset
in templo et ipse erat innuens
illis et permansit mutus et factum
est ut impleti sunt dies officii
eius abiit in domum suam. Post autem
hos dies concepit Elyzabeth uxor
eius et occultabat se mensibus
quinque dicens quia sic michi fecit dominus
in diebus quibus aspexit auferre
obprobrium meum inter homines. In
mense autem sexto missus est angelus
Gabriel a deo in civitatem galilee
cui nomen nazareth ad virginem
desponsatam viro cui nomen erat Jo
seph de domo David et nomen
virginis maria et ingressus angelus
ad eam dixit Ave gracia plena dominus
tecum benedicta tu in mulieribus. Que
cum audisset turbata est in sermone
angeli et cogitabat qualis esset
ista salutacio. Et ait angelus Ne
timeas maria invenisti enim graciam
apud deum ecce concipies in utero
et paries filium et vocabis nomen
eius Jhesum. Hic erit magnus et fi
lius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus se
dem patris eius et regnabit in domo iacob in eternum et
regni eius non erit finis. Dixit autem
maria ad angelum quomodo fiet istud

quoniam virum non cognosco. Et respondens an
gelus dixit ei spiritus sanctus superveniet in te et virtus
altissimi obumbrabit tibi. Ideo et quod nascetur
ex te sanctum vocabitur filius dei. Et
ecce Elyzabeth cognata tua et
ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis
est sextus illi que vocatur sterilis
quia non erit impossibile apud deum
omne verbum. Dixit autem maria Ecce
ancilla domini fiat michi secundum verbum
tuum et discessit ab illa angelus.
Exurgens autem maria in diebus
illis abiit in montana cum festina
cione in civitatem iude et intravit
in domum Zacharie et salutabat
Eli Elizabeth et factum est ut audivit
salutacionem marie Elyzabeth exul
tavit infans in utero eius et
repleta est spiritu sancto Elyzabeth
et exclamavit voce magna et di
xit Benedicta tu in mulieribus et bene
dictus fructus ventris tui. Et unde hoc michi
ut veniat mater domini mei ad me
Ecce enim ut facta est vox saluta
cionis tue in auribus meis exul
tavit infans in gaudio in utero
meo et beata que credidisti quoniam
perficientur ea que dicta sunt tibi a
domino et ait maria Magnificat anima
mea dominum. Et exultavit spiritus meus
in deo salutari meo. Quia respe
xit humilitatem ancille sue. Ecce
enim ex hoc beatam me dicent omnes generaciones. Quia
fecit michi magna qui po
tens est et sanctum nomen eius. Et misericordia eius
a progenie in progenies timentibus
eum. Fecit potenciam in brachio suo dispersit super
bos mente cordis sui. Deposuit potentes de se
de et exaltavit humiles. Esurientes imple
vit bonis et divites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum recordatus miseri
cordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros
Abraham et semini eius in secula.
Mansit autem maria cum illa quasi men
sibus tribus et reversa est in do
mum suam et inventa est in utero
habens de spiritu sancto. Joseph autem
vir eius cum esset iustus et nollet
eam traducere voluit occulte dimittere eam. Hec
autem eo cogitante ecce angelus domini in sompnis
apparuit Joseph dicens Joseph
fili David noli timere accipere ma
riam coniugem tuam. Quod enim in ea

natum est de spiritu sancto est. Pariet
autem filium et vocabitur nomen eius Ihesum
ipse enim salvum faciet populum suum a
peccatis eorum. Hoc autem totum factum est
ut adimpleretur id quod dictum est a
domino per prophetam dicentem Ecce
virgo in utero habebit et pariet
filium et vocabit nomen eius Ema
nuel quod interpretatur nobiscum deus. Exur
gens autem Ioseph a sompno fecit
sicut precepit ei angelus domini et acce
pit coniugem suam et non cognoscebat
eam. Elyzabeth autem impletum est
tempus pariendi et peperit filium
et audierunt vicini et cognati eius
quia magnificavit dominus misericordiam suam
cum illa et congratulabantur ei. Et
factum est in die octavo venerunt circumci
dere puerum et vocabant eum nomine
patris sui Zacharia. Et respondens mater
eius et dixit non sed vocabitur Iohannes
Et dixerunt ad illam quia nemo est
in cognacione tua qui vocetur hoc nomine
Innuebant autem patri eius quem vel
let vocari eum. Et postulans pugil
larem scripsit dicens Iohannes est nomen
eius et mirati sunt universi. Aper
tum est autem illico os eius et lin
gwa eius et loquebatur benedicens
deum. Et factum est timor super omnes
vicinos eorum et super omnia monta
na Iudee divulgabantur omnia verba
hec. Et posuerunt omnes qui audierant
in corde suo dicentes quis putas iste
puer erit. Et enim manus domini
erat cum illo. Et Zacharias pater
eius impletus est spiritu sancto et prophe
tavit dicens Benedictus dominus deus Is
rael quia visitavit et fecit rede
mptionem plebis sue. legendo totum psalmum
ut stat concordantia etc. et sequitur
post psalmum Puer autem crescebat et
confortabatur spiritu et erat in desertis
locis usque in diem ostensionis sue ad
Israhel. Factum est autem in diebus
illis exiit edictum a Cezare
Augusto ut describeretur universus orbis. Hec
descriptio facta est prima a preside Sy
rie Cirino et ibant omnes ut profiterentur

singuli in suam civitatem. Ascendit
autem et Ioseph a Galilea de civitate
Nazareth in Iudeam civitatem David
que vocatur Bethleem eo quod esset
de domo et familia David ut profi
teretur cum Maria desponsata sibi uxo
re pregnante. Factum est autem
cum essent ibi impleti sunt dies eius
ut pareret et peperit filium suum primo
genitum et pannis eum involvit et
reclinavit eum in presepio quia non
erat ei locus in diversorio. Et pasto
res erant in regione eadem vigi
lantes et custodientes vigilias
noctis super gregem suum. Et ecce an
gelus domini stetit iuxta illos et cla
ritas dei circumfulsit eos et timue
runt timore magno. Et dixit illis
angelus nolite timere. Ecce enim evan
gelizo vobis gaudium magnum quod erit
omni populo quia natus est nobis hodie
salvator qui est Christus dominus in civitate
David et hoc vobis signum. Inve
nietis infantem pannis involutum
et positum in presepio. Et subito
facta est cum angelo multitudo milicie
celestis laudancium deum et dicen
cium Gloria in excelsis deo et in terra
pax hominibus bone voluntatis. Et factum est
ut discesserunt ab eis angeli in celum
loquebantur pastores ad invicem tran
seamus usque Bethleem et videamus
hoc verbum quod factum est quod fecit
dominus et ostendit nobis. Et venerunt
festinantes et invenerunt Mariam et
Ioseph et infantem positum in pre
sepio. Videntes autem cognoverunt
de verbo quod dictum erat illis de puero
hoc. et omnes qui audierunt mira
ti sunt. Et de hiis que dicta erant
a pastoribus ad eos. Maria autem
conservabat omnia verba conferens in corde
suo. Et reversi sunt pastores glo
rificantes et laudantes deum in omni
bus que audierant et viderant
sicut dictum est ad illos. Et postquam
consummati sunt dies octo ut circum
cideretur circumcideretur puer vocatum
est nomen eius Ihesus quod vocatum
est ab angelo priusquam in utero

conciperetur. Et ecce magi ab oriente venerunt Ierosolimam dicentes Ubi est qui natus est rex iudeorum. Vidimus enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est et omnis Ierosolima cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei In Bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu Bethleem terra iuda nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum israel. Et tunc Herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens eos in Bethleem dixit. Ite et interrogate diligenter de puero et cum inveneritis renunciate michi ut et ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius. Et procidentes adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et mirram. Et responso accepto in sompnis ne redirent ad Herodem per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Cum autem recessissent. Post quam impleti sunt dies purgacionis Marie secundum legem Moysi tulerunt illum in Ierusalem ut sisterent eum domino. Sicut scriptum est in lege domini Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum domino vocabitur. Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Ierusalem cui nomen Symeon et homo iste iustus et timoratus expectans redempcionem israel et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto non visurum se mortem nisi prius videret Christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Ihesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo et ipse accepit eum in ulnas et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelacionem gencium et gloriam plebis tue israel. Et erat pater eius et mater mirantes super hiis que dicebantur de eo. Et benedixit eos Symeon et dixit ad matrem eius Ecce positus est hic in ruinam et in resurreccionem multorum in israel et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius ut reveletur ex multis cordibus cogitaciones. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Asser. Hec processerat in diebus multis et vixerat cum viro annis septem a virginitate sua. Et hec vidua usque ad annos lxxxiiii que non discedebat de templo ieiuniis et obsecracionibus serviens nocte et die. Et hec ipsa hora superveniens confitebatur domino et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redempcionem Ierusalem. Et ut perfecerunt omnia secundum legem Moysi. Ecce angelus domini apparuit in sompnis Ioseph dicens Surge et accipe puerum et matrem eius et fuge in Egyptum et esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum et matrem eius nocte et secessit in Egyptum et erat ibi usque ad obitum Herodis ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Ex Egipto vocavi filium meum. Tunc Herodes videns quod illusus esset a magis iratus est valde et mittens in Bethleem occidit omnes pueros qui erant in ea et in omnibus finibus eius a bimatu et infra secundum tempus quod exquisierat a magis. Et tunc adimpletum est quod dictum

per Jeream prophetam dicentem Vox
in rama audita est ploratus
et vlulatus multus Rachel plo
rans filios suos et noluit consolari
quia non sunt. Defuncto autem herode
ecce angelus domini apparuit in som
nys ioseph dicens in egypto
Surge et accipe puerum et matrem
eius et vade in terram israel Defun
cti sunt enim qui querebant animam
pueri qui consurgens accepit puerum
et matrem eius et venit in terram israel
Audiens autem quod archelaus regnat
in iudea pro herode patre suo ti
muit illuc ire et admonitus in
sompnys secessit in partes galilee
et veniens habitauit in ciuitate
que vocatur Nazareth vt adimple
retur quod dictum est per prophetam quia
Nazarenus vocabitur. Puer autem
crescebat et confortabatur plenus
sapiencia et gracia dei erat in illo et
ibant parentes per omnes annos
in iherusalem in die solempni pasche Et
cum factus esset annorum xij ascen
dentibus illis iherosolimam secundum consue
tudinem diei festi consummatisque
diebus cum redirent remansit pu
er ihesus in iherusalem et non cognouerunt
parentes eius. Existimantes
autem eum esse in comitatu venerunt
iter diei et requirebant eum
inter cognatos et notos et non inue
nientes regressi sunt in iherusalem
requirentes eum. Factum est autem post
triduum inuenerunt illum in templo
sedentem in medio doctorum audien
tem illos et interrogantem eos Stupe
bant autem omnes qui illum audie
bant super prudencia et responsis eius
et videntes mirati sunt. et dixit
mater eius ad illum fili quid
fecisti nobis sic Ecce pater tuus et
ego dolentes querebamus te Et ait
ad eos quid est quod me querebatis
Nesciebatis quod in hys que patris
mei sunt oportet me esse Et
ipsi non intellexerunt verbum quod locu
tus est ad eos Et descendit cum eis
et venit Nazareth et erat

subditus illis Et mater eius conseruabat
omnia verba hec in corde suo et ihesus
proficiebat sapiencia et etate et gracia apud
deum et homines Nam cum de predicatione
iohannis narrare incipit quam omnes
quatuor euangeliste Mattheus et Marcus
post illa verba que vltima eius posui
vbi commemorauit ex propheta testimonium
quia nazarenus vocabitur. sequitur adiun
git. In diebus autem illis venit iohannes
baptista predicans in deserto iudee etc.
Et marcus qui nichil de natiuitate
vel infancia vel puericia domini narra
rat. Sumit euangelii sui sumpsit inicium
a iohannis predicatione Sic enim exor
sus est. Inicium euangelii ihesu christi
filij dei. Sicut scriptum est in ysaya
propheta Ecce mitto angelum meum ante
faciem tuam qui preparabit viam tuam ante
te Vox clamantis in deserto parate
viam domini rectas facite semitas eius
Fuit iohannes in deserto baptizans et
predicans baptismum penitencie in remis
sionem peccatorum etc. Et lucas post
verba vbi ait et ihesus proficiebat
sapiencia et etate et gracia apud
deum et homines De iohannis predica
tione sequitur dicens Anno autem xv
Imperij Tyberij Cesaris Procu
rante poncio pilato iudeam
Tetrarcha autem galilee herode
Philippo autem fratre eius tetrar
cha Iturree et traconitis regio
et lisania abilene tetrarcha
sub principibus sacerdotum Anna
et Cayphas factum est verbum domini
super Johannem zacharie fili
um in deserto Sequitur vel

Nonum eciam omnis euangeliste concor
dant de iohanne Baptista

Iohannes quod apparuit in euan
gelistis quatuor eminentissime
postea quam dixit de verbo
quod est ipse filius dei ante omnia
secula creature quia omnia per ipsum
facta sunt intulit continue de Io
hannis predicatione ac testimonio
dicens. Fuit homo missus a deo
cui nomen erat iohannes. Vnde iam di
cendum est de ipso Johanne quod

Evangelistarum narrationes quemadmodum inter se non discordent. Ideo ut hoc a nobis per ~~utrumque~~ omnia requiratur aut exigatur quod in sermone de primordiis nativitatis et infantie Christi quemadmodum Mattheus et Lucas consentiunt, expressimus narrationem unam ~~sermonum~~ faciendo, demonstrantes tardioribus quemlibet eorum commemorando quod alter vel tacendo quod alter commemorat non impedire intellectum veracis narrationis alterius, ut hic exposuimus, ut annectendo quod factum est sive alio modo commendari ut fieri possit videat unusquisque, et in ceteris talibus locis si posse quod hic factum esse perspexerit. Iam ergo ut dixi videamus quarta narrationis de baptista Iohanne consensum. Mattheus ita sequitur: In diebus autem illis venit Iohannes baptista predicans in deserto Iudee. Marcus non dicit In illis diebus, quia illam seriem rerum ante perhibuit in qua de his diebus intelligeretur dicere si diceret In illis diebus. Lucas autem per potestates terrenas signanans ipsa tempora expressit predicationem vel baptismum Iohannis dicens: Anno autem xv imperii Tiberii Cesaris procurante Pontio Pilato Iudeam, tetrarcha autem Galilee Herode, Philippi autem fratre eius te. etc. Nec tamen intelligere debemus hos dies, id est tempus horum potestatum significasse Mattheum cum diceret In illis diebus, sed in multo longioris temporis spatio voluisse accipi quod ait In illis diebus. Mox enim ut narravit regressum de Egypto Christum mortuo Herode, quod utique tempore infantie vel pueritie eius factum est ut possit constare quod Lucas de eo cum xii annorum esset gestum narravit in templo Ierusalem. Cum ergo infantem vel puerum ex Egypto revocatum commemorasset Mattheus, continuo intulit: In illis autem diebus venit Iohannes baptista, non utique tantummodo pueritie dies illius insinuans, sed omnes dies ab eius nativitate usque ad tempus quo predicare ac baptizare cepit Iohannes, quo iam tempore Christi etas iuvenalis

inveniatur, quod tricenarius erat ipse et Iohannes. xxx circa annorum narratur fuisse cum ab illo baptizatus esset. Sed plane de Herode solet movere nonnullos quod Lucas narravit in diebus baptismi Iohannis Herodem fuisse tetrarcham Galilee, quando etiam dominus iuvenis baptizatus est. Sequitur.

De Herodis et Archelai temporibus Lucam et Mattheum contra puerum Ihesum. Capitulum sequitur

Mattheus autem mortuo Herode dicit puerum Ihesum ab Egypto remeasse, quomodo utrumque verum esse potest nisi duo fuisse intelligantur Herodes? Quod cum fieri potuisse nemo qui nesciat, qua vanitate insaniunt qui promptiores sunt ad calumpniandum ewangelice veritati quam paululum considerandum, ut duos homines uno vocabulo appellatos intelligant, cuius rei exemplis plena sunt omnia. Nam iste posterior Herodes prioris Herodis filius fuisse perhibetur, sicut Archelaus quem Mattheus in Iudee regnum pro patre mortuo successisse commemorat, sicut Philippus quem fratrem tetrarche Herodis et ipsum Iturie tetrarcham Lucas insinuat. Rex enim fuit Herodes ille qui querebat animam pueri Christi, Herodes autem alius filius eius non rex sed tetrarcha dictus est, quod nomen grecum apte regni quarte partis indicans resonat, nisi forte hinc rursus quisquam moveatur, cum Mattheus dicit timuisse Ioseph cum puero redeunte ire in Iudeam, quia pro patre suo Herode Archelaus filius eius ibi regnabat: quomodo poterat ire in Galileam ubi alius filius eius Herodes tetrarcha erat, sicut Lucas testatur? Quasi vero ipsa sint tempora quibus iam puero timebatur, que mutata Lucas commemoravit, que usque adeo mutata erant ut in ipsa Iudea non iam rex esset Archelaus sed Pontius Pilatus, qui nec rex Iudeorum

Sed Herodes erat eo tempore sub
Tiberio Cesare filii maioris Herodis
qui non regnum habebant sed Tetrar-
chiam quia potius non dum factum erat
quod Ioseph timens Archelaum in Iu-
dea regnantem se in Galileam cum
puero contulit, ubi et civitas eius
erat Nazareth. An forte et hoc
movet quod dicat Matheus
postea cum puero Ihesu parentes eius
esse in Galileam quia metu Arche-
lai in Iudeam ire noluerunt, cum
postea magis esse in Galileam vi-
deantur quia civitas eorum
erat Nazareth Galilee sicut Lucas
non tacuit. Sed intelligendum est ubi
angelus in sompnis in Egypto
dixit ad Ioseph surge et accipe
puerum et matrem eius et vade
in terram Israel sic intellectum esse
primo a Ioseph ut putaret ius-
sum se esse pergere in Iudeam. Ipsa
enim primitus intelligi potuit terra
Israel. Porro autem postquam eam
comperit illic regnare puerum filium
Herodis Archelaum noluit obicere
se illi periculo cum posset terra Israel
sic intelligi ut et Galilea illic
deputaretur quia et ipsam populus
Israel incolebat. Quamquam et alio modo
solui posset hec questio quia potuit
videri parentibus Christi cum puero de
quo talia per angelica responsa reco-
gnoverunt non esse habitandum nisi
Ierusalem ubi erat templum domini et
postea redeuntes ex Egypto illuc
esse ituros fuisse et illic habi-
taturos nisi Archelai presencia ter-
reret. Neque enim iubebatur divi-
nitus ibi habitare ut de Archelao
quod timebant deberent contempnere.
An et aliquis hoc dicit verum quod sicut
Lucas narrat Ibant parentes
eius per omnes annos pasche xpi
in Ierusalem si Archelai timore illuc
prohibebantur accedere hoc vero dissol-
vere non est difficile. Nec si aliquis
evangelistarum expressit quamdiu ibi
regnaret Archelaus. Fieri enim
non poterat ut per diem festum inter

tam ingentem turbam latenter ascen-
derent mox reversuri ubi tamen aliis die-
bus habitare metuerent ut nec sollen-
nitate pretermissa essent irreligiosi
nec quotidiana mansione conspicui. Unde vero
etiam de regno Archelai quam
fuit diuturnum omnes tacuerunt, iste
intellectus patet ut quod Lucas dicit
per omnes annos eos ascendere in Ierusalem
tunc accipiatur factitatum cum iam non
timeretur Archelaus. Quod si Archelai
regnum aliquanto diuturnius nulla preter
evangelium perhibet historia cui fides habenda
videatur illud quod superius dixi suffi-
ciet quod ita timebant parentes pueri
habitare in Ierusalem ut ad preceptum dei
timorem festivitatem sollempnem non
pretermitterent in qua latere facillime
possent. Quia Neque enim incredibile
est captatis temporibus oportunis vel
dierum vel horarum accedere homines
ad ea loca in quibus esse formi-
dant. Hinc et illa solvitur questio
si aliquem movet cum iam sollici-
tus esset ille maior Herodes post
suos magorum indicio quod rex Iudeorum
natus fuisset quomodo potuerunt completis
diebus purgationis matris eius cum
illo ascendere in templum ut fie-
rent ea circa eum secundum legem domini que Lu-
cas commemorat quomodo eum non videat
etiam illum primum diem regem multis
occupatum latere potuisse. Si autem
illud possibile non videtur quia Hero-
des quoniam valde sollicitus expectabat
quid sibi magi de puero nunccia-
rent. Post tam multos se sensit
illusum ut transacto tempore purgationis
matris eius et peracta circa infantem
sollempnitate primogenitorum in templo
Ierusalem. Post eorum profectionem in
Egyptum in mentem illi venit
querere animam pueri et necare tot
parvulos. Si hoc ergo movet ani-
mum dicere quot et quantis occupa-
tionibus regia cura distendi potuit
et per plurimos dies ab illa
intentione vel averti animo vel im-
pediri. Neque enim enumerari possunt cause
quibus hoc potuit accidere quas tamen
multas et magnas esse potuisse
nemo ita rerum humanarum ineptus

est ut aut neget aut dubitet
Cuius enim cogitacioni non occurrit quod
multa alia terribiliora regem mutua-
ri potuit seu vera seu ficta ut qui
regem infantem post aliquot annos sibi
vel filiis suis adversaturum timuerat
aliquorum magis appropinquancium pe-
riculorum terroribus agitatus ab illa
cura mentem abreptam in aliis
pericilis cavendis pocius occuparet
Ut ergo hec omittam dico post ea
quod Herodi renunciaverunt
magi nunc enim credere potuisse il-
los fallaci stelle visione deceptos
postea quam non invenerunt quem na-
tum putabant erubuisse ad se
redire atque eum ita timore depulso
ab inquirendo ac persequendo puero
quievisse Cum ergo post purga-
cionem matris eius in Jerusalem cum illo
venissent ut ea gesta essent in
templo que a Luca narrantur et
verba Symeonis et Anne de eo pro-
phetancium cepissent ab eis qui aderant
predicari ad pristinam intencionem
revocatus erat animus regis Admo-
nitus per sompnium Joseph cum infante
et matre eius fugit in Egyptum
Deinde relegatis rebus que in tem-
plo facte dicte que sunt Herodes se a
magis sensit illusum Ac deinde
ad ipsius mortem cupiens pervenire
multos infantes sicut Matheus nar-
rat occidit Sequitur ultra

vi Item de Johanne Baptista omnes quatuor ewangeliste tractant

Matheus ergo de Johanne
hunc ita contexit In diebus
autem illis venit Johannes
Baptista predicans in deserto Iu-
dee et dicens Penitenciam agite ap-
propinquat enim regnum celorum Hic est
enim qui dictus est per Ysayam
prophetam dicentem Vox clamantis in de-
serto parate viam domini rectas fa-
cite semitas eius Marcus quoque et
Lucas consenserunt hoc Ysaie testimonium
esse de eo Nam plura verba
ex consequencia ex eodem propheta Lucas
commemoravit cum de Johanne ba-
ptista narraret Johannes autem ew-
angelista ipsum Johannem baptistam de se

ipso idem in testimonium Ysaie protulisse com-
memorat Sicut ut Matheus dixit
quedam Johannis verba que alii
non dixerunt Predicans inquit in de-
serto iudee dicens Penitenciam agite ap-
propinquat enim regnum celorum Que
verba Johannis alii pretermiserunt

vii Matheus de Johanne diffusius verbo vestitu victu predicatione capitulum sequitur

Iam vero quod sequitur Matheus
adiungit Hic est enim qui dictus
est per Ysayam prophetam Vox
clamantis in deserto parate viam domini
rectas facite semitas eius am-
bigue positum est nec elucet utrum
ex persona sua idem Matheus
hoc commemoravit an adhuc verba
eiusdem Johannis secutus adiunxerit
ut totum hoc Johannes dixisse in-
telligatur Penitenciam agite appropinquat enim
regnum celorum Hic est enim et cetera Neque enim
hoc movere debet quod non ait Ego sum
quia dictus sum per Ysaiam prophetam
sed ait Hic est enim qui dictus
est Solet quippe talis esse locu-
tio et ipsorum ewangelistarum Mathei
et Johannis Nam et Matheus
dixit Invenit hominem sedentem
in theloneo nec dixit invenit me
Et Johannes dicit Hic est ille
discipulus qui testimonium perhibet
de hiis et scripsit hec et scimus
quia verum est testimonium eius
Non dixit Ego sum aut verum est
testimonium meum Dominus quoque ipse persepis-
sime dicit filius hominis aut fi-
lius dei et non dicit ego Oporte-
bat multa pati et resurge-
re tercia die non ait oportebat me pa-
ti Potuit ergo et Johannes
baptista cum dixisset Penitenciam agite ap-
propinquat regnum celorum et cetera de seipso adiungere quod
sequitur Hic est enim qui dictus est
per Ysaiam prophetam et cetera Ut post ver-
ba eius Matheus ita narracionem
eius ita contexat Ipse autem Joha-
nes habebat vestimentum de pilis
camelorum et cetera Quod si ita est non
mirum si et interrogatus quid di-
ceret de ipso sicut narrat Joha-
nes ewangelista Ego ait vox clamantis

in deserto sicut iam dixerat propheta
ut agerent penitentiam. De vestitu autem
eius et victu ita Matheus sequitur
dicens. Ipse autem Johannes habe-
bat vestimentum de pilis camelorum
et zonam pelliceam circa lumbos eius
Esca autem eius erat locusta et mel
silvestris edebat. Hoc et Matheus
dicit pene totidem verbis cetera
autem duo tacent. Sequitur ergo
Matheus et dicit. Tunc exibat ad
eum omnis Jerosolima et omnis Jude-
a et omnis regio circa Jordanem et ba-
ptizabantur ab eo in Jordane confite-
bantur peccata sua. Videns autem multos
phariseos et saduceorum venientes
ad baptismum suum dixit eis. Proge-
nies viperarum quis demonstravit vobis
fugere a ventura ira. Facite ergo di-
gnum fructum penitentie et ne velitis
dicere intra vos patrem habemus Abra-
ham. Dico enim vobis quoniam potest deus
ex lapidibus istis suscitare filios
Abrahe. Jam enim securis ad ra-
dicem posita est. Omnis ergo ar-
bor que non facit fructum bonum exci-
detur et in ignem mittetur. Ego quidem
vos baptizo in aqua in penitentiam. qui
autem post me venturus est fortior
me est cuius non sum dignus calcia-
menta portare. ipse baptizabit vos
in spiritu sancto et igne cuius venti-
labrum in manu sua et permundabit
aream suam et congregabit triticum in
horrea paleas autem comburet igni
inextinguibili. Hec omnia dicit et Lu-
cas eadem pene verba retinens expri-
mens et hic ad manum est in ver-
bis eadem tamen sententia non recedit. ~~Verum~~
Verum Johannes Matheus eum dicit
dixisse et ne velitis dicere in-
tra vos patrem habemus Abraham. ille autem
et ne ceperitis dicere patrem habe-
mus. Ego quidem vos baptizo in aqua
in penitentiam. ille interposuit interroga-
tiones turbarum quid facerent et eis respondentem
Johannem de bonis operibus tanquam
de fructibus penitentie quod Matheus
omisit. Deinde in cordibus suis
cogitationibus de illo utrum ipse esset

Christus eum dicit respondisse. Ego quidem
aqua baptizo vos non dixit in penitentiam
Deinde Matheus dicit qui autem post me
venturus est fortior me est
Ille vero venit autem fortior me
Item Matheus cuius non sum inquit
dignus calciamenta portare. Ille
autem cuius non sum dignus solvere corri-
giam calciamentorum. quod et Marcus
dicit cum cetera taceat. Nam post com-
memoratum habitum et victum eius
secutus ait et predicabat dicens
venit fortior me cuius non sum dignus
procumbens solvere corrigiam calcia-
mentorum eius. Ego baptizavi vos
in aqua ille vos baptizabit spiritu
sancto. De calciamentis ergo hoc a Luca
distat quod addidit procumbens. De
baptismo autem hoc ab utroque quod non dixit
et igni sed tantum in spiritu sancto. Sicut enim
Matheus ita et Lucas dixit et
eodem ordine ipse vos baptizabit
in spiritu et igne. nisi quod Lucas addi-
dit sancto sicut et Matheus dixit in
spiritu sancto et igne. His tribus atte-
statur Johannes evangelista. Verum et Joha-
nes perhibet testimonium de ipso et
clamat dicens hic erat quem dixi
qui post me venit ante me factus
est quia prior me erat. Sic enim
ostendit tunc eum hoc dixisse quando
eum ~~et dixisse~~ illi dixisse comme-
morat. repetisse autem et commemoras-
se quod iam dixisset cum ait hic erat
quem dixi qui post me venit etc.

Verum Matheum et Lucam licet in ver-
bis non tamen sententiis vel rebus dissentire
et est utilis regula sequitur

Si ergo queritur que verba po-
tius Johannes Baptista dixe-
rit. que Matheus an
que Lucas eum dixisse
commemorat. an que Marcus in verbis
paucis que illum dixisse posuit
tacens cetera. nullo modo hoc laborandum
esse iudicat qui prudenter intelligit
ipsas sententias esse necessarias cogno-
scendas cognoscende veritati qui-
buslibet verbis fuerint explicate
Cum enim alius aliud verborum or-
dinem tenet non est utique contrarium

neque illud contrarium est si aliquid dicit
quod alius pretermittit Ut enim quisque
meminerat et ut cuique cordi erat
vel brevius vel prolixius eandem tamen
explicare sententiam ita sane explicasse
manifestum est et in hoc sane appa-
ret quod ad rem maxime pertinet quoniam
veritas ewangelii verbo dei quod super omnem
creaturam eternum atque incommutabile perma-
net per creaturam temporalibus signis et
linguis hominum dispensato summum
culminis auctoritatis obtinuit non nos
debere arbitrari mentiri quemquam si plu-
ribus rem quam audierint vel vi-
derint reminiscentibus non eodem modo
atque eisdem verbis eadem tamen res fuerit
indicata Ut sive mutetur verborum or-
do sive alia pro aliis que tamen
idem valeant verba proferantur sive ali-
quid vel recordanti non occurrit vel
quod ex aliis que dicuntur possit intelligi
minus dicatur sive aliorum que ma-
gis dicere statuit narrandorum gratia
ut congruus temporibus modus suffici-
at aliquid sibi non totum explican-
dum sed ex parte tangendum quisque su-
scipiat sive ad illuminandam declara-
randamque sententiam nichil quidem rerum
verborumve cui aliquid addat cui au-
ctoritas narrandi concessa est sive
rem bene tenens non assequatur quam-
vis id conetur memoriter etiam verba
que audivit ad integrum enunti-
are Quisquis autem dicit ewange-
listas per spiritus sancti potentiam id
debuisse consequi ut nec in genere
verborum nec in ordine nec in numero
discreparent non intelligit quanto
amplius ewangelistarum excellit aucto-
ritas tanto magis per eos fuisse fir-
mandam ceterorum hominum vera loquen-
tium securitatem ut in pluribus eandem
rem forte narrantibus nullus quis-
piam eorum de mendacio recte ar-
guatur si ab alio ita discrepaverit
ut possit etiam ewangelistarum exemplo prece-
dente defendi Cum enim fas non
sit ewangelistarum aliquem mentitum fuisse
vel existimare vel dicere sic
apparebit ~~ut~~ eum ut eum fuisse me-
titum cui commemoranti tale aliquid acci-
derit quale illis accidisse monstratur
Et quanto magis ad mores optimos per-
tinet cavere mendacium tanto magis
tam eminenti auctoritate regi debea-
mus ne putaremus esse mendacia cum
sic inter se pariter aliquorum nar-
rationes inveniremus ut inter ewange-
listas narrate sunt Simul et quod
ad doctrinam fidelium maxime pertinet
intelligimus non tam verborum quam re-
rum querendam vel amplectendam esse
veritatem quando eos qui non eadem locutione
utuntur in rebus sententiisque non
discrepent in eadem veritate constitisse
approbamus Quid ergo in hiis que
de narrationibus ewangelistarum colla-
ta proposui putandum est esse contrarium
An illud quod alius dixit cuius non sum
dignus calciamenta portare alius
vero corrigiam calciamenti solvere
Non enim verbis aut illorum ordine
aut aliquo genere locutionis sed etiam
re ipsa videtur esse aliud calciamenta portare
aliud corrigiam calciamenti solvere Merito ergo
queritur quid Johannes dixerit non
se dignum esse utrum calciamenta por-
tare an corrigiam calciamenti sol-
vere Si enim alterum horum dixit
ille verum videtur narrasse qui
hoc potuit narrare quod dixit qui-
vis autem aliud et si non est menti-
tus certe vel oblitus aliquid aliud
pro alio dixisse putabitur Omnem
autem falsitatem abesse ab ewan-
gelistis decet non solum eam que
mentiendo promitur sed etiam eam
que obliviscendo Itaque si ad
rem pertinet aliquid aliud intelligere ex eo
quod dictum est calciamenta portare
et aliquid aliud ex eo quod dictum est
corrigiam calciamenti solvere quid aliud acci-
piendum recte existimaveris nisi
Johannem utrumque dixisse sive
aliud alio tempore sive contextim Potuit
enim sic dicere cuius non sum dignus
corrigiam calciamenti solvere nec calciamenta portare
ut unus ewangelistarum hoc alii
vero aliud omnes tamen verum narra-
verint Si autem nichil intendit Joha-
nes cum de calciamentis domini diceret
nisi excellentiam eius et humilitatem

sive de solvenda
corrigia calciamentorum sive de por
tandis calciamentis eandem tamen sententiam
tenuit quisquis in verbis suis per
calciamentorum commemorationem eandem
humilitatem expressit unde ab
eadem voluntate non erraverunt. Utilis
ergo modus et memorie maxime
commendandus cum de convenientia evan
gelistarum non esse mendacium cum quis
quis etiam dicit aliquid aliud quod etiam ille
non dixerit de quo aliquid nar
rat voluntatem tamen eius hanc expli
cat quam et ille qui eius verba
commemorat. Ita enim salubriter disci
mus nihil aliud esse querendum quam
quid velit ille qui loquitur.

xiiii De Christi baptismo verbis sup
er eum de celo non sententiis nar
rate Capitulum sequitur

Sequitur autem Matheus et
dicit: Tunc venit Ihesus a Ga
lilea in Iordanem ad Io
hannem ut baptizaretur ab eo. Iohan
nes autem prohibebat eum dicens: Ego
a te debeo baptizari et tu venis
ad me? Respondens autem Ihesus dixit
ei: Sine modo. Sic enim decet nos
implere omnem iustitiam. Tunc di
misit eum. Attestantur autem et ceteri
venisse Ihesum ad Iohannem. Bapti
zatum autem tres commemorant. Sed
tacent quod Matheus ait dixisse
Iohannem domino vel Iohanni do
minum respondisse. Deinde sequitur Ma
theus: Baptizatus autem confestim
ascendit de aqua et ecce aperti
sunt celi ei et vidit spiritum
dei descendentem sicut columbam venien
tem super se. Et ecce vox de celis
dicens: Hic est filius meus dilectus
in quo mihi complacui. Hoc et alii
duo Marcus et Lucas similiter narrant.
Sed de verbis vocis que de celo
facta est narrandi locutione variant salva
tamen sententia. Quod enim Matheus ait
dicentem: Hic est filius meus dilectus
et alii duo dicunt: Tu es filius
meus dilectus, ad eandem sententiam ex
plicandam valet sicut supra tracta
tum est. Vox enim celestis unum

hoc dixit. Sed evangelista ostendere voluit
id valere quod dictum est: Hic est filius
meus, ut illis potius qui audiebant
indicaretur quod ipse filius dei; atque ita
dictum referre voluit: Tu es filius
meus, ac si illis diceretur: Hic est fili
us meus. Non enim Christo indicabatur
quod sciebat, sed audiebant qui aderant
propter quos etiam ipsa vox facta est.
Iam vero quod alius dicit: In quo
complacui, alius: In te complacuit,
alius: In te complacui, si queras quid horum in illa voce
sonuit, quodlibet accipe, dum modo intelli
gas eos qui non eandem locutionem re
tulerunt eandem retulisse sententiam. Et hec
diversitas locutionum ad hoc utilis
est ne uno modo dictum minus intelli
gatur et aliter quam se res habet interpretetur.
Quod enim dictum est: In quo mihi
complacui, si velit quis ita intelli
gere ut deus in filio suo sibi complacuis
se videatur, admonetur ex eo quod dictum
est: In te complacui. Sed rursus ex
hoc uno si intelligat quisque patrem in
filio complacuisse hominibus, admo
netur ex eo quod dictum est: In te compla
cuit mihi. Ex quo satis apparet
quilibet evangelistarum celestis vocis
verba teneret. Alio ad eandem sententiam
familiarius explicandam verba nar
rasse, ut intelligeretur hoc dictum es
se ab omnibus tamquam diceretur: In te
placitum meum constitui, hoc est per te
gerere quod mihi placet. Illud vero
quod nonnulli codices habent secundum Lucam
hoc illa voce sonuisse quod in psalmo
scriptum est: Filius meus es tu, ego
hodie genui te, quamquam in antiquio
ribus codicibus grecis non inveni
ri perhibeatur, tamen si aliquibus fide
dignis exemplaribus confirmari
possit, quid aliud quam utrumque intelli
gendum est quolibet verborum ordine
de celo sonuisse? Sequitur Capitulum

xv. Iohannem professum in columba
spiritum in Christum descendentem Capitulum

Quod autem Iohannes dicit evangelista, non
quidem factum est narrat, sed verba Iohannis Ba
ptiste refert commemorantis
quid viderit. In quo queritur quemadmodum

In te complacuit mihi

dictum sit et ego non noveram eum
Sed qui misit me baptisare in a
qua ille michi dixit super quem videris
spiritum descendentem et manentem super
eum hic est qui baptizat in spiritu
sancto Si enim tunc eum cognovit cum
columbam vidit descendentem super eum
querendum est quomodo dixerit venienti
ut baptizaretur Ego magis a te
debeo baptisari hoc enim ei di
xit antequam columba descenderet
Ex quo apparet quamvis eum iam
nosset nam et in utero matris
exultavit ut ad Elizabeth ma
ria venisset aliquid tamen in eo quod
nondum noverat columbe descen
sionem didicisse quod ipse scilicet ba
ptizaret in spiritu sancto propria quedam
et divina potestate ut nullus homo qui
accepisset ab eo baptismum eciam
si aliquis baptizaret possit dicere
suum esse quod tradet vel a se dari
spiritum sanctum Sequitur ultra

xvi In temptacione ihesu a dyabolo
Matheus Marcus Lucas Capitulum

Sequitur matheus et ait
Et tunc ihesus ductus in de
sertum a spiritu ut temptaretur
a dyabolo Et cum ieiunasset xl diebus
et xl noctibus postea esuriit
et accedens temptator dixit
ei si filius dei es dic ut lapides
isti panes fiant qui respondens
dixit non in solo pane vivit
homo sed in omni verbo quod procedit de
ore dei et usque ad id quod dictum
est Tunc reliquit eum dyabolus et ecce an
geli accesserunt et ministrabant ei Totum hoc et lucas
narrat etsi non in eodem ordine
unde incertum est quid prius factum
sit utrum regna terre prius demonstra
ta sunt ei et postea in pinnaculum
templi levatus sit an hoc prius et
illud postea nichil tamen ad rem
dum omnia facta esse manifestum
sit Et quod aliis verbis easdem sen
tencias lucas explicat non semper
commemorandum est cum nichil deperi
eat veritati Marcus autem attestatur

quod in deserto a dyabolo esse tempta
tum xl diebus et xl noctibus sed
tacet quid ei dictum sit quidve
responderit Item quod lucas pretermi
sit iste non tacuit quod angeli mini
strabant ei Iohannes vero totum
locum istum pretermisit etc

xvii [illegible] de vocacione apostolorum
de nomine petri vnge de muta
cione vini Capitulum sequitur

Sequitur narrans matheus
Cum autem audisset quod iohannes
traditus esset secessit in gali
leam hoc et marcus dicit hoc et
lucas sed lucas de Iohanne
tradito nichil hoc loco dicit
Iohannes autem evangelista priusquam
iret ihesus in Galileam dicit
Petrum et Andream mansisse
cum illo una die tunc petro
illud nomen impositum esse cum
antea Symon vocaretur Sequenti
autem die iam volentem exire in
galileam invenisse philippum
et dixisse ei ut sequeretur eum
inde ventum est ut etiam de
Nathanael enarraret Die
autem tercio in galileam constitutum
fecisse illud in Chana Gali
lee et aque in vinum conversio
ne miraculum que omnia ceteri evangeliste
pretermiserunt id contexentes in
narracionibus suis quod ihesus rever
sus sit in Galileam Unde intellegi
tur fuisse interpositos aliquot dies
quibus illa de discipulis gesta
sunt que interponit Iohannes
Nec est contrarium autem ei
loco ubi matheus narrat dominum
dixisse Petro Tu es petrus
et super hanc petram edificabo ecclesiam
meam Neque enim hoc nomen acce
pisse intellegendus est sed tunc
potius quando ei Iohannes dictum
esse commemorat Tu vocaberis
Cephas quod interpretatur Petrus Vnde
eum hoc nomine appellat post ea
dominus dicens Non enim ait Tu
vocaberis petrus sed tu es pe
trus quod ei iam dictum erat antea

Tu vocaberis Deinde contexit
narrator Matheus et dicit Et
relicta civitate Nazareth venit et
habitavit in Capharnaum maritima
in finibus Zabulon et Nepta-
lim etc. contexens sermone deinceps
quem habuit in montem In quo
contextu narrationis attestatur et Ma-
theus de discipulorum vocatione
Petri et Andree et paulo post
preterito Jacobi et Johannis Sed
cum Matheus continuo contexat nar-
rationem prolixi illius sermonis quem
in monte habuit post ea quam
multos curavit et eum multe turbe se-
cute sunt Marcus interponit alia
que docebat eos in synagoga
et stupebant super doctrina eius Tunc
ipse dixit quod Matheus post illum
prolixum sermonem quia erat docens
eos tamquam potestatem habens et non sicut
scribe eorum narrat de homine a quo
expulsus est immundus spiritus De-
inde de socru Petri In his
autem Lucas ei consentit Matheus
vero de isto demonio nichil narra-
vit de socru autem Petri non ta-
cuit sed postea In hoc autem capitulo
quem nunc consideramus Idem Matheus
vocationem discipulorum quibus piscan-
tibus iussit ut eum sequerentur
narrat eum circuisse Galileam do-
centem in synagogis et predicantem
evangelium et sanantem omnem languorem
et collectis ad eum turbis ascendisse
in montem et dixisse illo sermo-
ne prolixo Dat igitur locum intelligi
dici tunc facta esse que Matheus
post electionem eorundem discipulorum
narrat eum circuisse Galileam
et docentem in synagogis eorum tunc
etiam de socru Petri Sed eam
commemorasse quam pretermiserat quamvis
non omnia pretermissa in narratione
revocaverit Sane permovere quo
Johannes dicat non in Galilea
sed iuxta Jordanem primo Andream
secutum esse dominum cum alio cuius

nomen tacetur Deinde Petrum ab illo
nomen accepisse Tercio Philippum
vocatum ut eum sequeretur ceteri autem
tres evangeliste de piscatione vocatos eos
dicant satis congruenter maxime Ma-
theus et Marcus Nam Lucas An-
dream non nominat qui tamen intelligitur
in ea navi fuisse secundum Mathei et
Marci narrationem qui breviter hoc
perstringunt quemadmodum gestum
sit quod Lucas apertius explicavit
commemorans ibi etiam miraculum super
captura piscium Et quod ex ipsa navi
dominus prius sedens locutus ad turbas hoc
etiam videtur distare quod cum Petro a
domino dictum commemoratur ex hoc iam eris
homines capiens quod illi ambobus
fratribus dictum esse narraverunt Sed
potuit utique prius hoc Petro dici
cum de captura piscium ingenti multi-
tudine piscium miraretur quod Lucas
insinuat et ambobus postea quod illi
duo commemoraverunt Illud ergo
quod de Johanne diximus diligenter
considerandum est Non enim parva repu-
gnantia putatur cum et locorum
plurimum interesse videatur et temporis et ipsius vo-
cationis Nam si iuxta Jordanem
antequam Ihesus isset in Galileam
ad testimonium Johannis Baptiste secu-
ti sunt eum duo quorum unus erat
Andreas qui fratrem suum Symo-
nem continuo adduxit ad Ihesum qui
et nomen ut Petrus vocaretur acce-
pit quomodo et ab aliis evangelistis dicitur
quod eos in Galilea piscantes inve-
nit atque ad discipulatum vocavit
nisi quia intelligendum est non sic
eos vidisse tunc dominum iuxta
Jordanem ut ei iam inseparabiliter
coherent sed tantum cognovisse
quis esset eumque miratos ad propria
remeasse Nam et in Chana
Galilee cum fecisset de aqua vi-
num dicit ei Johannes quod crede-
diderunt in eum discipuli eius quod ita
narrat Et die tercio nuptie facte
sunt in Chana Galilee et

erat mater ihesu ibi. Vocatus est autem et ihesus et discipuli eius ad nuptias. Cum utique iam tunc in eum crederent sicut paulopost dicit, non dicantur discipuli ad ad nuptias vocati sunt. Sed illo more locucionis hoc dictum est quo loquimur cum dicimus apostolum Paulum in Tharso Cilicie natum. Neque enim tunc erat apostolus. Iam ita discipulos Christi invitatos ad nuptias cum audimus non iam discipulos sed qui futuri erant discipuli intelligere debemus. Nam utique discipuli Christi erant quando ista narrata ac conscripta sunt et ideo de illis sic locutus est ipsorum temporum narrator. Quod autem dicit Iohannes post hoc descendit Capharnaum ipse et mater eius et fratres eius et discipuli eius et ibi manserunt non multis diebus, incertum est utrum iam illi adheserant et Petrus et Andreas et filii Zebedei. Matheus enim prius narrat quod venit et habitavit Capharnaum et postea quod eos de navibus piscatores vocavit. Iste autem quod cum illo in Capharnaum venerint discipuli eius. An forte Matheus quod pretermiserat recapitulat? Non enim ait ipse post hoc ambulans iuxta mare Galilee vidit duos fratres, sed sine ulla consequentie temporis dicit: Ambulans autem iuxta mare Galilee vidit duos fratres etc. Proinde fieri potest ut postea narraverit non quod postea factum erat. Sed quod prius pretermiserat ut cum illo intelligantur venisse ad Capharnaum quos Iohannes dicit et ipsum et matrem eius et discipulos eius venisse. An potius alii discipuli eius fuerunt sicut eum iam Philippus sequebatur quem sic vocaverat ut diceret ei Sequere me. Quo enim ordine vocati sunt omnes duodecim apostoli in evangelistarum narrationibus non apparet quamquam non tantum ordo vo-

cationis sed nec ipsa vocatio commemorata est omnium sed tantum Petri et Philippi et Andree et filiorum Zebedei et Mathei publicani qui etiam Levi vocabatur. Singillatim tamen ab eo nomen et primus et solus Petrus accepit. Nam filios Zebedei non singillatim sed simul ambos appellat filios tonitrui. Sane animadvertendum est quod scriptura evangelica et apostolica non solos illos XII appellat discipulos eius, sed omnes qui in eum credentes eius magisterio ad regnum celorum erudiebantur. Ex quorum multitudine elegit XII quos et apostolos nominavit sicut commemorat Lucas. Ipse quippe paulopost ait Et descendens cum illis stetit in loco campestri et turba discipulorum eius et multitudo copiosa plebis. Non utique diceret turbam discipulorum de hominibus XII. Aliis quoque scripturarum locis hoc evidenter apparet discipulos eius omnes appellatos qui ab eo discerent quod ad eternam vitam pertineret. Queri autem potest quomodo binos vocavit de naviculis piscatores primo Petrum et Andream. Deinde progressus paululum alios duos filios Zebedei sicut narrant Marcus et Matheus. Cum Lucas dicat ambas eorum naviculas impletas magna illa captura piscium socios que Petri commemorat Iacobum et Iohannem filios Zebedei vocatos ad adiuvandum cum retia extrahere plena non possent simulque miratos multitudinem piscium que capta erat et cum Petro tantum dixisse Noli timere ex hoc iam eris homines capiens simul eos tamen subductis ad terram navibus secutos fuisse. Unde intelligendum est hoc primo factum esse quod Lucas insinuat nec tunc eos a domino vocatos sed tantum Petro fuisse

predictum quod homines esset capturus quod non ita dictum est quasi iam pisces numquam esset capturus. Nam et post resurrectionem domini legimus eos esse piscatos. Dictum est ergo quod deinde capturus esset homines, non dictum est quod iam non esset capturus pisces. Unde datur locus intelligi eos ad capturam piscium ex more remeasse ut postea fieret quod Matheus et Marcus narrat cum eos binos vocavit et ipse iussit ut eum sequerentur. Primo duobus Petro et Andree. Deinde aliis duobus filiis Zebedei. Tunc enim non subductis ad terram navibus tamquam cura redeundi sed eum ita secuti sunt tamquam vocantem atque iubentem ut eum sequerentur. Sequitur

xviii capitulum De secundo ingressu ihesu in Galileam convenientie

Illud etiam requirendum est quo Johannes ewangelista ante Johannem baptistam missum esse in carcerem dicit dominum isse in Galileam. Postea enim quam commemoravit quod in Chana Galilee fecit de aqua vinum et descendit Capharnaum cum matre et discipulis et ibi manserunt non multis diebus dicit eum deinde ascendisse Iherosolimam propter Pascha. Post hoc venisse in Iudeam terram et discipulos eius et illic demoratum cum eis et baptizantem. Ubi sequitur ait Erat autem et Johannes baptizans in Ennon iuxta Salim quia aque multe erant illic et veniebant et baptizabantur. Nondum enim missus erat in carcerem Johannes. Matheus autem dicit Cum autem audisset quod Johannes traditus esset secessit in Galileam. Similiter et Marcus Post quam autem traditus est Johannes venit ihesus in Galileam. Lucas etiam nichil quidem dicit de tradito Johanne sed tamen et ipse post baptismum et temptationem christi dicit eum venisse in Galileam sicut illi duo. Nam ita contexuit narrationem suam. Et consummata omni temptatione dyabolus recessit ab illo usque ad tempus et regressus est ihesus in virtute spiritus in Galileam et fama exiit per totam regionem de illo. Unde intelligitur hos tres ewangelistas non contraria narrasse Johanni ewangeliste sed pretermisisse primum domini adventum in Galileam postea quam baptizatus est quando illic aquam convertit in vinum. Tunc enim nondum traditus erat Johannes. Eum vero adventum eius in Galileam contexuisse narrationibus suis qui post Johannem traditum factus est. De quo eius reditu in Galileam et Johannes ewangelista sic loquitur. Ut ergo cognovit ihesus quia audierunt pharisei quia ihesus plures discipulos facit et baptizat quam Johannes quamquam ihesus non baptizaret sed discipuli eius reliquit Iudeam et abiit in Galileam iterum. Tunc ergo intelligimus iam fuisse Johannem traditum. Iudeos vero audisse quod plures discipulos faceret et baptizaret quam fecerat et baptizaverat Johannes ~~Sequitur ultra~~

xix capitulum De sermone domini in monte et de leproso tres

Iam vero de illo sermone prolixo quem secundum Matheum in monte habuit dominus videamus utrum ceteri ewangeliste nichil adversari videantur. Marcus quippe eum non commemoravit omnino nec aliquem ei similem dixit nisi quasdam sententias non contextim sed sparsim quas dominus locis aliis repetivit. Reliquit tamen locum in contextu narrationis sue ubi intelligamus hunc dictum esse sermonem sed ab eo pretermissum. Et erat inquit predicans in synagogis eorum et omni Galilea et demonia eiciens. In hac predicatione quam dicit eum habuisse in omni Galilea intelligitur etiam

Sermo iste habitus in monte cuius commemorationem facit Matheus. Nam idem Marcus ita sequitur Et venit ad eum leprosus deprecans eum et genu flexo dixit Si vis potes me mundare etc. De hoc leproso mundato ita contexit ut ipse intelligatur quem Matheus commemorat tunc esse mundatum cum post illum sermonem de monte descendit. Sic enim ait Matheus Cum autem descendisset de monte secute sunt eum turbe multe et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens Domine si vis potes me mundare etc. Huius leprosi et Lucas meminit non sane eo ordine sed ut solent pretermissa recordari vel preoccupari postea facta sicut divinitus suggerebantur que postea vel antea cognita postea recordando conscriberent. Verumtamen idem Lucas sermonem domini prolixum et narravit ubi etiam sic exorsus est ut in isto Matheus cum dicit Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum et ille Beati pauperes quia vestrum est regnum celorum dei. Deinde etiam multa que sequuntur etiam in Luce narratione similia sunt et ad extremum sermonem ipsa conclusio prorsus eadem repetitur de homine prudente qui edificat domum suam super petram et de stulto qui edificat super arenam nisi quod ibi fluminis tantum dicit illisum domui et non pluviam vel ventos sicut Matheus. Posset ergo facillime credi eundem etiam ipse domini interposuisse sermonem aliqua autem pretermisisse similia quas Matheus posuit Item alias posuisse quas ipse non dixit quasdam etiam non eisdem verbis custodita tamen veritatis integritate similiter explicasse. Posset etiam hoc sicut dixi facillime credi nisi moveret quod Matheus in monte dicit hunc habitum esse sermonem a domino sedente Lucas autem in loco campestri a domino stante. Ut itaque diversitas faciat videri aliud fuisse illud aliud istum quid enim prohiberet Christum alibi quedam repetere que antea iam dixerat aut iterum quedam facere que antea iam fecerat. Non sane istos duos sermones quorum unum Matheus alterum Lucas inseruit longa temporis distantia separatos quia probabiliter creditur quod et iam antea et post ea quedam similia vel eadem ambo narrarunt ut non absurde sentiantur eorum narratores hec in eisdem diebus et locis esse versatos. Nam Matheus hoc ita dicit Et secute sunt eum turbe multe de Galilea et de Decapoli et de Ierosolimis et de Iudea et de trans Iordanem. Videns autem turbas ascendit in montem et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius et aperiens os suum docebat eos dicens Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Hic potest videri multas turbas vitare voluisse et ob hoc ascendisse in montem tamquam secedendo a turbis ut solis suis discipulis loqueretur. Cui rei videtur attestari etiam Lucas ita narrans Factum est autem in illis diebus exiit in montem orare et erat pernoctans in oratione dei et cum dies factus esset vocavit discipulos suos et elegit xii ex ipsis quos et apostolos nominavit Symonem quem cognominavit Petrum et Andream fratrem eius Iacobum et Andream Iohannem Philippum et Bartholomeum Matheum et Thomam Iacobum Alphei et Symonem qui vocatur Zelotes Iudam Iacobi et Iudam Scharioth qui fuit proditor. Et descendens cum illis stetit in loco campestri et turba discipulorum eius et multitudo copiosa plebis ab omni Iudea et Iherusalem et maritima et Tyri et Sydonis qui venerant ut audirent eum et sanarentur a languoribus suis qui vexabantur

a spiritibus immundis curabantur Et
omnis turba quaerebat eum tangere
quia virtus de illo exiebat et sa-
nabat omnes Et ipse elevatis
oculis in discipulos suos di-
cebat Beati pauperes quia
vestrum est regnum dei etc. Hic po-
test videri Cum in monte xii disci-
pulos elegit ex pluribus quos
nominavit apostolos quod Matheus
praetermisit tunc illum habuisse
sermonem quem Matheus
interposuit et Lucas tacuit
hoc est in monte Ac deinde
cum descendisset in loco campestri
habuisse alterum similem de quo
Matheus tacet et utrumque ser-
monem eodem ordine esse contextum
Quod autem Matheus isto sermo-
ne terminato sequitur et dicit Et
factum est cum consummasset Ihesus
verba haec admirabantur turbae
super doctrina eius potest videri discipu-
lorum turbas dixisse ex quibus illos
xii elegerat Quod vero mox ait
Cum autem descendisset de monte
secutae sunt eum turbae multae et ecce
leprosus veniens adorabat eum dicens
Potest autem intelligi post utrumque
sermonem factum fuisse non solum
quem Matheus verum etiam quem
Lucas interponit Neque enim appa-
ret post descensionem de monte
quantum temporis fuit interpositum sed
hoc voluit significare Matheus
post illam descensionem multas turbas
fuisse cum domino cum leprosum mundavit
non quanti temporis interfuit praesertim cum
eundem leprosum Lucas iam in civitate
posito domino dicat esse munda-
tum quod Matheus dicere non curavit
quamquam et illud possit occurrere in
aliqua excelsiore parte montis
primo cum solis discipulis dominum
fuisse quando ex eis illos xii ele-
git Deinde cum eis descendisse
de monte sed de ipsa montis cel-
situdine in campestrem locum id est
in aliquam aequalitatem quae in
latere montis erat et multas turbas
capere poterat atque ibi stetisse donec ad eum
turbae congregarentur Ac postea cum se-
disset accessisse propinquius discipulos
eius atque illis ceteris praesentibus tur-
bis unum habuisse sermonem quem
Matheus Lucasque narraverunt
diverso narrandi modo sed eadem veri-
tate et sententiarum quas ambo dixe-
runt Iam praemonuimus quod et
nullo praemonente sponte videndum
fuit utrumque si quis praemittat
aliquid quod alius dicat quod non esse
contrarium Nec si alius alio ordine aliquid
dicat dum eadem rerum sententiarumque
veritas explicetur Ut quod Matheus
ait Cum autem descendisset de monte
sic etiam de illo campestri loco qui
in latere montis esse potuit intelli-
gatur Deinde Matheus de leproso
mundato narrat quod etiam Marcus
et Lucas similiter sequuntur ultra

xx De puero centurionis

Post haec Matheus sequitur
et dicit Cum autem introisset
Capharnaum accessit ad eum
centurio rogans eum et dicens
Domine puer meus iacet in domo
paraliticus et male torquetur etc. usque
ad illum locum ubi ait Et sanatus
est puer ex illa hora Hoc de
puero centurionis et Lucas com-
memorat non sicut iste post leprosum
mundatum quem ille post eum recordatus
commemoravit sed post finem illius
prolixioris sermonis quem ita coniungit
Cum autem implesset omnia verba
sua in ore loci in aures ple-
bis intravit Capharnaum Centu-
rionis autem cuiusdam servus ma-
le habens erat moriturus qui erat
illi pretiosus et cetera usque ad eum
locum Et sanatus est Hic intelli-
gendum est Cum implesset omnia
autem omnia verba in aures plebis
intrasse eum Capharnaum est
quod non antequam verba haec terminasset
intrat sed non expressum quanti
temporis intervallo post istos sermones
terminasset intrat Capharnaum
ipso quippe intervallo leprosus ille

mendatus est quem loco suo mathe-
us inposuit ipse autem recordatus est
postea. Nunc ergo videamus utrum
sibi debeat de servo suo centurionis
matheus lucas qui consentiat. Ma-
theus enim dicit. Accessit ad eum ce-
turio rogans eum et dicens. Pu-
er meus iacet in domo paraliticus
cui videtur repugnare quod ait lucas
et cum audisset de ihesu misit ad eum
seniores iudeorum rogans eum ut ve-
niret et sanaret servum eius. At
illi cum venissent ad ihesum rogabant
eum sollicite dicentes ei. Dignus
est ut hoc illi prestes diligit enim
gentem nostram et synagogam ipse
edificavit nobis. Ibat autem ihesus
cum illis. et cum iam longe non esset
a domo misit ad eum centurio
amicos dicens. Domine noli vexa-
ri. Non enim dignus sum ut sub te-
ctum meum intres. Propter quod et me ipsum
non sum dignum arbitratus ut venirem
ad te. Sed dic verbo et sanabitur
puer meus. Si enim hoc ita gestum
est. quomodo erit verum quod matheus
narrat. Accessit ad eum quidam
centurio cum ipse non accesserit sed
amicos miserit nisi diligenter adver-
tentes intelligamus matheum non omnino
discessisse a consueto modo loquen-
di. Non solum enim dici solet ac-
cessisse aliquid antequam perveniat
illuc quo dicitur accessisse. Unde
etiam dicitur parum accessit vel mul-
tum accessit eo quo appetit pervenire
verum etiam ipsam perventionem cuius adi-
piscendi causa acceditur. dicimus
plerumque factam. et si eum ad quem
pervenitur non videat ille qui pervenit
cum per amicum pervenit ad aliquem cui-
us favor est necessarius. Quod ita tenu-
it consuetudo ut iam et vulgo
perventores appellentur qui potentium
quorumlibet tanquam inaccessibiles ani-
mos convenientium personarum inter-
positorum ambitione arte pertingunt
Si ergo ipsa perventio consuetudine dicitur
per alios fieri. quanto magis accessio
per alios fieri potest quae plerumque

in perventione remanet. qui potuit
quod plurimum quidem accedere sed non tamen
potuit pervenire. Non ergo absur-
de matheus etiam quicumque vulgo pos-
sit intelligi per alios facto ~~accessu~~
accessu centurionis ad dominum
compendio dicere voluit accessit ad
eum centurio. Verumptamen non
negligenter intuenda est etiam sancti
evangeliste altitudo locutionis mistice secundum
quod scriptum est in psalmo. Accedite ad
eum et illuminamini. Proinde quia
fidem centurionis qua vere acceditur
ad ihesum ipse ita laudavit ut
diceret non inveni tantam fidem in israel
ipsum potius accessisse ad christum
dicere voluit prudens evangelista quam il-
los per quos verba sua miserat.
Porro autem lucas ideo totum quem-
admodum gestum esset aperuit ut ex
hoc intelligere cogeremur quemad-
modum eum accessisse dixerit alius
qui mentiri non potuit. Sic
enim et illa mulier que fluxum
sanguinis patiebatur quamvis fimbri-
am vestimenti eius tenuerit
magis tamen tetigit dominum quam
ille turbe a quibus premebatur.
Ut enim hec que magis credidit
eo magis tetigit dominum. Ita et
centurio quo magis credidit eo
magis accessit ad dominum. Iam
cetera in hoc capitulo que alter
dicit et alter pretermittit superfluo
pertractatur cum ex illa regula primi-
tus commendata nichil inveniatur
habere contrarium. Sequitur

xxi^m de socru Simonis capitulum

Sequitur matheus et dicit. Et cum venisset ihesus in do-
mum Petri vidit socrum
eius iacentem et febricitantem et
tetigit manum eius et dimisit
eam febris et surrexit et mini-
strabat eis. Hoc quando sit id est post
quid vel ante quid non expressit
matheus. Non enim post quod narra-
tur hoc etiam factum necesse est intelli-
gatur. in mente sic iste hoc repli-
cuisse intelligitur quod post commiserat.
Nam id matheus narrat antequam

illud de leproso mundato commemorat
quem post sermonem habitum in monte
de quo ipse tacuit videtur interposuis-
se. Itaque et lucas post hoc factum
narrat de socru petri post quod
et matheus ante sermonem licet
ipse quem prolixum interposuit potest
tamen videri quem dicit habitum in monte
matheus. Quid enim interest quis
quo loco ponat sive quod ex ordine
inserit sive quod omissum recolit
sive quod postea factum ante praeoccupat
dum tamen non adversetur eadem vel
alia narranti nec sibi nec alteri.
Quia enim in nullius potestate est
quamvis optime fideliterque res cogni-
tas quo quisque ordine recordetur,
quid enim prius posteriusve homini
veniat in mentem non est ut volu-
mus sed ut datur satis probabile
est quod unusquisque ewangelistarum eo se
ordine credidit debuisse narra-
re quo voluisset deus ea ipsa
que narrabat eius recordationi
suggerere in eis duntaxat rebus
quarum vero ordo sive ille sive
ille sit nichil minuit auctoritati
veritati quoque ewangelice. Cur autem spiritus sanctus
dividens propria unicuique prout vult
et ideo mentes quoque sanctorum ... libr-
os ... in tanto auctoritatis culmi-
ne collocandos in recolendo quid
scriberent sine dubio gubernans et
regens aliud sic aliud vero sic nar-
ratorum suam narrationem ordinare per-
miserit quisquis pia diligentia quesi-
erit divinitus adiutus poterit in-
venire. Hoc tamen non est huius
operis munus quod nunc suscepimus
ut demonstremus ewangelistas neque sibi neque
inter se repugnare quolibet ordine
vel easdem res vel alias rerum
ordine quo unusquisque eorum
potuit voluit narrare. Quapropter
ubi ordo temporum non apparet nichil
nostra interesse debet quem narrandi
ordinem quilibet eorum tenuerit.
Ubi autem apparet si quid movet quod
sibi aut alteri repugnare videatur
utique considerandum et enodandum

xxii Quomodo de vespere curat in-
firmis et ire transfretum Cap

Sequitur ergo matheus dicens
vespere autem sabbati facto obtu-
lerunt ei multos demonia ha-
bere habentes et eiciebat spiritus verbo
et omnes male habentes curat ut ad-
impleretur quod dictum est per ysayam
prophetam dicentem. Ipse infirmitates
nostras accepit et egrotationes por-
tavit. Hoc ad eundem diem tempus
pertinere satis indicat cum iungit ve-
spere autem facto. Sic et matheus cum
de ipsa socru petri sanata dixisset
et ministrabat eis. Hoc ibi subiecit
vespere autem facto cum occidisset sol af-
ferebant ad eum omnes male habe-
ntes et erat omnis civitas congregata
ad ianuam et curavit multos qui ve-
xabantur a variis languoribus et de-
monia multa eiciebat et non sine-
bat ea loqui quoniam sciebant eum. Et dilu-
culo valde surgens egressus est et
abiit in desertum locum. Vide quomodo ordi-
nem tenuisse matheus videtur post
post illud quod dictum est. Vespere autem
facto. Deinde dicit Et diluculo
valde surgens. Quamvis enim illud nec
sit ubi dicitur vespere autem facto eiusdem
diei vesperam accipere nec diluculo dia-
diluculo ut eiusdem noctis diluculum
tamen vero quamvis sit hic rerum ordo
gestarum servatur in digestionis ordine
temporum. Lucas vero cum de socru pe-
tri narrasset non ait ipse vespere au-
tem facto sed tamen quod id significaret
adiunxit dicens. Cum sol autem occi-
disset omnes qui habebant infirmos
variis languoribus ducebant illos
ad eum. At ille singulis manus
imponens curabat eos. Exibat etiam
demonia a multis clamantia et dicen-
tia quia tu es filius dei et increpans
non sinebat ea loqui quia sciebant
ipsum esse christum. Facta autem die
egressus ibat in desertum locum. Et
hic videmus eundem prorsus ordinem
temporum custoditum quem Marcus aperit.
Matheus autem qui non
videtur non ordine quo gestum est
sed quo permissum est recolit

hoc de socru Petri commemorasse
post eam quam narrat quando ipse dic-
tum est cum vespere factum sit. Iam vero
subiungit dicens sed ita narrat
videns autem Ihesus turbas multas circum
se iussit ire transfretum. Nam hic ad-
vertendum est et non illud quod Matheus et Lu-
cas dixerunt cum post vesperum dilu-
culum posuit. Quod ergo hic dictum
est videns Ihesus turbas multas
circum se iussit ire transfretum aliud
enim recordatum interposuisse debe-
amus quod die quadam cum vidisset
Ihesus turbas multas circum se iussit
ire transfretum. Sequitur ulterius

xxiii Quod de eo qui ait sequar
te vnus de sexta de duobus

Deinde quod subiungit et acce-
dens vnus scriba ait illi
magister sequar te quocumque
ieris usque ad illud Ihesus vero
ait Dimitte mortuos sepelire
mortuos. hoc similiter narrat et
Lucas. Sed ille post plura nec ipse
sane expresso ordine temporum sed re-
cordantis modo. Verum utrum plura
omisit an quod posterius erat factum
quem sunt ea que sequuntur. Quo-
niam paulo inferius est. Ita enim dicit
factum est autem ambulantibus illis
in via dixit quidam ad illum sequar
te quocumque ieris et cetera. Hic
prorsus eadem que Matheus
commemorat. Quod autem dicit Mathe-
um illud gestum esse cum iussit
ut venerunt transfretum. Lucas vero
ambulantibus illis in via non est
contrarium. quia viam utique ambula-
verunt ut venirent ad fretum et de
illo qui petit primo sepelire patrem
suum Matheus et Lucas omnino
consentiunt. Quod enim Matheus prius
eiusdem verba posuit hoc permittere
suum petentis et deinde domini dicen-
tem sequere me. Lucas autem primo
domini dicentis sequere me et deinde
illius hoc potentis ad sententiam nihil
interest commemoraverunt. Lucas et
aliud dixisse sequar te domine
sed primum permitte me renunciare
hiis que domi mee sunt. De
quo tacet Matheus. Inde Lucas
in aliud prorexit non in illud
quod ordinem temporis sequebatur. Post

hoc autem inquit signat dominus et
alios lxxii. Post hec quidem ma-
nifeste sed quanto temporis intervallo post
quod fecit illud fecit illud dominus
non apparet in ipso tamen interval-
lo fit quod deinceps ~~tamen~~ subiungit
Matheus. Nam idem Matheus
ordinem temporum adhuc ita narrando

xxiiii De tranquillitate maris
et de legione sequitur capitulum

Et ascendente eo in navi-
culam secuti sunt eum disci-
puli eius et ecce motus
magnus factus est in mari usque
ad ubi ait et venit in civitate
suam. Ista duo facta continuatim
quod narrat Matheus de tranquil-
litate maris. Postea quam ventis impera-
vit Ihesus a sompno excitatus et
de illis qui habebant sepulcri de-
monium rupturis quod nauticis seu
vinculis aggrediantur in mari desertum
similiter narrant Marcus et Lucas
verbis aliis dicte sunt ab alio atque
alio quedam sine non tamen alie vel
ut illud quod dicit eum dixisse
Matheus quid timidi estis nec
dum habetis fidem ut illam presertim
velut granum synapis. Hoc ergo
et ille ait modice fidei. Lucas
autem ubi est fides vestra et totum
quidem dici potuit. Quid timi-
di estis ubi est vestra modice fi-
dei. Unde aliud hic aliud ille
commemorat. Et illud quod excitates
eum dixerunt Matheus sic Do-
mine salva nos perimus. Marcus
magister non ad te pertinet quod perimus.
Lucas preceptor perimus. una ea-
dem quidem sententia est excitandum dominum
volentium quod salvari nec opus est que-
re quid horum potius Christo sit dictum.
Sive enim aliquid horum trium dixerit
sive alia verba que nullus evangelistarum
commemoravit tamen valentia ad
eandem sententiam quid ad rem ~~...~~
interest hunc quod et hoc sic potuit
ut pluribus eum simul excitanti-
bus omnia hec aliud ab alio dicerentur.
Iterum quod sedata tempestate di-
xerunt viri Matheus qualis est hic
quia venti et mare obediunt
ei. Marcus autem quis putas
est iste quia venti et mare obe-
diunt ei. Lucas autem quis putas venti

imperat et mari et obediunt ei quod
non videat vnam esse similem. Cantum
de(m) enim prefus vellet quis forte
est iste et qualis est hic / et vbi non
est imperat utique consequitur intelligi
quod imperanti non obeditur / Quod vero
matheus dicit duos fuisse qui legi
onem illam demonum paciebantur quam
que in porcos ire permissa / Marcus
autem et lucas vnum commemorant intelligas
vnum eorum fuisse persone alicuius cla
rioris et famosioris quem regio
illa maxime dolebat / Et pro cuius
salute plurimum satagebat / Hoc volentes
significare duo euangeliste solum commemorando
~~indicauerunt~~ indicauerunt / De quo facti
huius fama latius preclarius confra
grauerat. Nec quod verba demonum di
uerse ab euangelistis dicta sunt habet
aliquid scrupuli cum vel ad eandem
redigi sententiam vel omnia dicta possunt
intelligi. Nec quod pluraliter apud ma
theum apud alios autem singulariter
loquuntur cum et ipsi narrant quod interro
gatus quid vocaretur legionem se es
se respondit et quod multa essent demo
nia. Nec quod matheus dicit circa mon
tem fuisse gregem porcorum / lucas
autem in monte omnino repugnat
Grex enim porcorum tam magnus
fuit vt aliquid eius esset in mon
te aliquid circa montem. Erant enim
duo milia porcorum sicut marcus vel
lucas expressit. Sequitur vltra

xxv In de paralitico sanato capitulum

Hinc ergo sequitur matheus
ad ipsum suam eadem atque
ita narrationem contexit et ascen
dens in nauiculam transfretauit et ve
nit in ciuitatem suam et ecce offerebant
ei paraliticum iacentem in lecto vsque
ad illud quod ait videntes autem
turbe timuerunt et glorificabant
deum qui dedit potestatem talem homi
nibus. De hoc paralitico dixerunt et
marcus et lucas. Quod autem ergo
matheus dicit dominum dixisse Confi
de fili remittuntur tibi peccata tua
lucas autem non dicit fili sed homo
ad sententiam domini expressius insinuandam
valet quod homini dimittebat peccata

qui hoc ipso quod homo erat non posset
dicere non peccatum tibi et fuit hoc ille
qui homini dimittebat intelligeretur
deus. Marcus autem hoc dixit quod
et matheus sed non dicit Confide
hoc dimittuntur tibi peccata tua. Fili
quod confide fili dimittuntur tibi peccata hoc
aut quorumlibet verborum ordine conueni
enti. Illud sane potest mouere quod de
isto paralitico matheus ita narrat
Et ascendens in nauiculam transfretauit
et venit in ciuitatem suam et ecce offe
rebant ei paraliticum iacentem in lecto
Marcus autem non hoc in eius ci
uitate dicit factum quod vtique nazareth
vocatur sed in capharnaum quod ita nar
rat Et iterum venit Capharnaum
post dies et auditum est quod in do
mo esset et conuenerunt multi ita vt
non caperet neque ad ianuam et loque
batur eis verbum et veniunt ferentes ad
illum paraliticum qui a quatuor porta
batur et cum non possent offerre
eum illi pre turba nudauerunt tectum
vbi erat et patefacientes submi
serunt grabatum in quo iacebat
Cum vidisset autem ihesus fidem
illorum etc. lucas autem non commemorat
quo in loco factum sit sed ita dicit
Et factum est in vna dierum et ipse
sedebat docens et erant pharisei
sedentes et legis doctores qui vene
runt ex omni castello Galilee et
Iudee et ierusalem et virtus erat domini
ad sanandum eos. Et ecce viri porta
tes in lecto hominem qui erat paraliti
cus et querebant eum inferre et po
nere ante eum et non inuenientes
qua parte eum inferrent pre turba ascen
derunt supra tectum et per tegulas sub
miserunt eum cum lecto in
medium ante ihesum. Quorum fidem
vt vidit dixit homo remittuntur tibi
peccata etc. Remanet ergo hoc in mar
co quod matheus ita scribit tamquam
in ciuitate domini factum sit. Marcus
autem in Capharnaum que
difficilius solueretur si matheus
etiam Nazareth nominaret. Nunc
vero cum potuit ipsa galilea dici ci
uitas christi quia in Galilea erat
nazareth sicut vniuersum regnum
in tot ciuitatibus constitutum dicitur Roma

civitas. Cum ergo in tot gentibus
constituta sit civitas de qua
scriptum est Gloriosissima dicta sunt
de te civitas dei. Et tu ipse populus
plebs dei in tot civitatibus habi-
tans etiam una domus dicta sit
domus Israel. quis dubitavit in
civitate sua hoc fecisse ihesum
cum hoc fecit in civitate Caphar-
naum civitate Galilee quo tam-
quam redierat de regione
Gerasenorum ut veniens in Gali-
leam recte diceretur venisse in ci-
vitatem ~~in quodam~~ suam in quo-
cumque esset oppido Galilee, pre-
sertim quia et ipsa Capharnaum
ita excellebat in Galilea ut tam-
quam metropolis haberetur. Quod si pror-
sus non liceret accipere civitatem ipsius
vel ipsam Galileam in qua erat
Nazareth vel ipsam Capharnaum
que sicut caput Galilee civitati-
bus eminebat dicere Matheum
premisisse que gesta sunt postea-
quam venit ihesus in civitatem suam
donec veniret Capharnaum et hoc
adiunxisse de sanato paralitico si-
cut in multis ita faciunt pretermitten-
tes media tamquam hoc sequatur
quod sine ulla pretermissione sue
simplicitate subiungunt. Sequitur

xxvi In vocatione Mathei

Hinc ergo sequitur Matheus
dicens et ~~sequitur~~ cum
transiret inde ihesus vidit
hominem sedentem in theloneo Ma-
theum nomine et ait illi sequere
me et surgens secutus est eum. Hic
Marcus ita narrat eundem etiam
ipse ordinem tenens post illud de para-
litici sanitate. Et egressus est iterum
ad mare et omnis turba veniebat
ad eum et docebat eos. Et cum
preteriret vidit Levi Alphei se-
dentem ad theloneum et ait
illi sequere me et surgens secu-
tus est eum. Nichil hic repu-
gnat ipse est enim Matheus qui
et Levi. Lucas etiam post eundem
paraliticum sanatum ita subiungit
et post hec exiit et vidit publica-
num nomine Levi ad theloneum
et ait illi sequere me et relictis
omnibus surgens secutus est eum. Sic
autem probabilius videtur quod hec premissa
recordando Matheus commemorat
quod utique ante illum sermonem habitum
in monte credendus est vocatus esse
Matheus. In eo quippe monte Lu-
cas tunc commemorat omnes xii quos
nominat discipulos electos quos et
apostolos nominavit. Sequitur

xxvii De discubitu cum peccatoribus et
de ieiunio iohannis et phariseorum

Sequitur itaque Matheus et
dicit et factum est discum-
bente eo in domo ecce
multi publicani et pecca-
tores venientes discumbebant cum ihesu
et discipulis eius et cetera usque ad illud
ubi ait Sed vinum novum in utres
novos et ambo conservantur. Hic
Matheus non expressit in cuius do-
mo discumbebat ihesus cum publica-
nis et peccatoribus. Unde possit vi-
deri non hoc ex ordine subiunxis-
se sed quod alio tempore factum est recor-
datus interposuisse ubi Marcus et
Lucas qui hoc omnino similiter narrant
manifestant in domo Levi hoc
est Mathei discubuisse ihesum et
dicta illa omnia que sequuntur. Ita
enim Marcus hoc idem dicit eiusdem or-
dinem servans Et factum est cum accum-
beret in domo illius multi publicani
et peccatores simul discumbebant cum ihesu.
Cum ergo dicit in domo illius exprimit
utique illius de quo superius loquebatur
id est Levi. Sic et Lucas cum dixisset
ait illi sequere me et relictis omnibus
surgens secutus est eum continuo sub-
iecit et fecit ei convivium magnum
Levi in domo sua et erat turba
multa publicanorum et aliorum qui cum
illis erant discumbentes. Manifestum
itaque in cuius domo ista gerebantur.
Nam ipsa verba vel que
a domino dicta vel que ab illo responsa
omnes isti tres evangeliste posuerunt.
Matheus videntes inquit pharisei
dicebant discipulis eius quare
cum publicanis et peccatoribus mandu-
cat magister vester. Eisdem pene verbis
hic ait et Marcus. Quare cum pu-
blicanis et peccatoribus manducat

manducat vester et bibit Intermissum est quod
a Matheo quod iste addidit et bibit
Sed quid ad rem cum plena sit sententia
insinuans pariter comunicantes. Lucas ali-
quanto differencius hoc videtur commemoras-
se. Et murmurabant inquit pharisei
et scribe eorum dicentes ad discipulos eius
quare cum publicanis et peccatoribus
manducatis et bibitis. Non utique ma-
gistro eorum nolens intelligi sed simul ei-
dem et ipsi et discipulis illud
hoc obiectum insinuans non tamen ei
dictum sed illis cum de ipso et de illis
acciperetur. Nam utique et ipse Lucas
ita dicit dominum respondisse non veni vo-
care iustos sed peccatores in penitenciam
quod non eis respondisset nisi quod dicerent man-
ducatis et bibitis ad ipsum maxime
pertineret. Propterea et Matheus et Mar-
cus de illo et discipulis eius hoc
obiectum esse narravit quia et cum di-
scipulis dicebatur magistro magis obi-
ciebatur quem sectando imitabatur.
Unde una sententia est et tanto melius
insinuata quanto quibusdam verbis
manente veritate narrata. Item quod
Matheus refert dominum respondisse
non est opus valentibus medico sed
male habentibus. Euntes autem disci-
te quid est misericordiam volo et non sacri-
ficium. Non enim veni vocare iust-
os sed peccatores. Marcus quoque et Lu-
cas eisdem pene verbis eandem sententiam
commemorant nisi quod ambo non inpo-
suerunt illud ex propheta testimonium misericordiam
volo et sacrificium. Lucas autem cum
dixisset non veni vocare iustos sed
peccatores addidit in penitenciam quod ad
explanandam sententiam valet ne quis-
quam peccatores eo ipso quod peccatores
sunt diligi arbitretur a Christo cum
illa similitudo de egrotis bene inti-
met quid velit deus vocando
peccatores tanquam medicus egrotos utique
ut ab iniquitate tanquam ab egritudine
salvi fiant quod fit per penitenciam. Item
quod dicit Matheus tunc accesserunt
ad eum discipuli Iohannis dicentes
quare nos et pharisei ieiunamus

frequenter Marcus similiter intulit
dicens et erant discipuli Iohannis
et pharisei ieiunantes et veniunt
et dicunt ei illi Cur discipuli Io-
hannis et phariseorum ieiunant
nisi quod ipse iste putari potest addidis-
se phariseos quod hoc dixerint cum
Matheus cum discipulos Iohan-
nis hoc dixisse perhibeat Sed verba
ipsa que illos dixisse adiungit Mar-
cus magis indicant alios hoc
dixisse de aliis id est convivas qui
aderant venisse ad Ihesum quod ieiu-
nabant discipuli Iohannis et pha-
risei et hoc ei de illis dixisse
ut quod ait veniunt ut de ipsis
dixerit de quibus interposuerat
et erant discipuli Iohannis et pha-
risei ieiunantes sed cum isti es-
sent ieiunantes venerunt illi quos
hic non nominavit et dicunt ei Cur
discipuli Iohannis et phariseorum
ieiunant tui autem non ieiunant
Quod Lucas evidencius expressit
ita hoc idem intimans cum dixisset
quid eis responderit dominus de vocatione
peccatorum tanquam egrotorum. At illi inquit
dixerunt ad eum quare discipuli Ioha-
nis ieiunant frequenter et obsecraciones
faciunt similiter et phariseorum tui au-
tem edunt et bibunt ergo et hic sicut et
Marcus alios de aliis hoc dixis-
se narravit. Unde igitur Matheus
tunc accesserunt ad eum discipuli Ioha-
nis dicentes quare nos et pharisei
ieiunamus nisi quia et ipsi aderant
et omnes certatim ut quisque poterat
hoc obiecerunt. Quorum sententia diversis
loquendi modis sed non a veritate non ali-
ena a tribus evangelistis insinuata
est. Item illud de sponsi filiis
quia non ieiunabant quamdiu cum
eis sponsus esset similiter posuerunt Ma-
theus et Marcus nisi quod Matheus
filios nuptiarum appellat quos ille
sponsi quod ad rem nichil interest
filios quippe nuptiarum non tantum
sponsi sed et sponse intelligi
Eadem est ergo aperta sententia non al-
tera adversa. Lucas autem non ait
numquid possunt filii sponsi ieiunare
Sed numquid potestis filios sponsi

dum cum illis est sponsus facere
ieiunare. In quo et ipse ad aliud
quoddam insinuandum talem sermonem
elegerat apparuit. Sic enim intelli-
gitur eos ipsos qui loquebantur
fuisse factos et lugentes ieiun-
are habent filii sponsi cum ipse esset
sponsus occisus. Quod autem dixit
Matheus lugere hoc Marcus et Lu-
cas ieiunare quia et hic in conseque-
ntibus ieiunabunt ait non tamen luge-
bunt. Verum illo verbo significavit de
tali re ieiunio dominum locutum
quod pertinet ad humilitatem
tribulationis. Et illud alterum quod
pertinet ad gaudium mentis in spiritualia
suspense atque ob hoc alienate
quodammodo a corporalibus cibis
per similitudines duas signi-
ficasse intelligatur de panno novo
et vino novo ostendens quia ani-
malibus atque carnalibus circa corpus
occupatis et ob hoc veterem adhuc
sensum gerentibus hoc genus ieiunii
non congruat. Quas similitudines et
alii duo similiter expleant. Nam
nec satis incompetens est intelligere
quod si quid alius dicit quod alius
pretermittit seu verbi seu rei, dum
vel ab eadem sententia non recedatur,
vel que forte ab alio posita alius non
adseritur. Sequitur capitulum

xxviii. De filia Iairi et mu-
liere in profluvio. Capitulum

Sequitur deinde Matheus
adhuc temporis ordinem servans:
Hec illo loquente ad eos ecce
princeps unus accessit
ad eum et adorabat eum dicens:
Filia mea modo defuncta est, sed
veni impone manum super eam
et vivet. Et cetera usque ad illud: Ubi
ait: Et surrexit puella et exiit
fama hec in universam terram illam.
Dicunt hoc et alii duo Marcus
et Lucas, sed ab isto ordine iam
recedunt. Illi enim hoc recordantur
atque inserunt, id est eo loco ubi redit
transfretando a regione Gerase-
norum post expulsa et in porcos
permissa demonia. Nam hoc Mar-
cus ita coniungit post illud apud
Gerasenos factum et id dicit:

Et cum transcendisset inquit ihesus in navi rur-
sus transfretum convenit turba multa
ad eum circa mare, et venit quidam
archisinagogus Iairus nomine, et vi-
dens eum procidit ad pedes eius, et ce-
tera. Ac per hoc intelligendum est hoc
quod de archisinagogi filia factum
est cum transcendisset ihesus in navi rursus
transfretum. Sed quanto post non appa-
ret. Nisi enim fuisset intervallum
non esset quando fieret quod modo nar-
ravit Matheus in convivio domus
sue. Tamen de alio quippe narra-
vit more evangelistarum quod de
se ac domini sui gestum erat.
Post quod factum interest continuo sequitur
quam hoc de archisinagogi filia.
Sic enim ipse contexit ut ipse transi-
tus apte iudicio hoc conveniret nar-
rationi. Consequenter factum est quando quidem
cum supra commemoravisset que de
panno novo et vino novo ihesus
dixit, continuo subiecit: Hec illo
loquente ad eos ecce princeps
unus accessit. Ac per hoc si hoc
illo loquente accessit nichil aliud
factorum dictorumve eius interpositum
est. In narratione autem Marci
patet locus ubi alia interponi potu-
erunt, sicut iam ostendimus. Similiter
et Lucas cum post narrationem apud
Gerasenos miraculum transit ad
narrandum de archisinagogi fi-
lia, non sic transit ut sic repugnare
Matheo qui post illas de panno
et vino similitudines hoc gestum
esse demonstrat dicendo: Hec illo
loquente. Ita quippe cum tunc narras-
set quod apud Gerasenos factum
esse narraverat, quomodo transit
narrat: Factum est autem cum redisset
ihesus excepit illum turba. Erant
enim omnes expectantes eum. Et
ecce vir cui nomen Iairus
et ipse princeps synagoge erat,
et cecidit ad pedes ihesu, et cetera.
Intelligitur quod turba quidem illa continuo
acceptat dominum, quippe quem redire
expectabat; quod vero adiungit
et ecce vir cui nomen erat
Iairus, non continuo est factum

accipiendum sed prius illud de co
nuiuio publicanorum sicut narrat ma
theus cui rei sic iungit hoc ut non
possit aliud sequentium consequenter intelligi
In hac ergo narratione quam nunc
considerandam suscepimus de illa muliere
que fluxum sanguinis patiebatur con
sentiunt tres euangeliste sine ulla questione
contradictionis. Neque enim interest ad rei
veritatem quod ab alio aliquid tacetur
ab alio dicitur nec quod Marcus dicit
quis tetigit vestimenta mea et Lu
cas quis me tetigit aliud enim dixit
usitate aliud proprie eandem tamen uterque
sententiam Usitatius enim dicimus
consumis me quam consumis ve
stimenta mea cum tamen in aperto sit
quid velit intelligi. At vero de ar
chisinagogi filia Matheus archisinago
gum non morituram vel non esse
morientem vel in extremo vite posi
tam filiam suam narrat dominum interpellas
se sed omnino defunctam. Illi autem
duo morti iam proximam nondum
tamen mortuam referunt adeo ut dicant
venisse postea qui mortuam nunci
arent Et ob hoc iam non deberet
vexari magistrum tamquam sic veniret ut
manum imponendo morientem ne moreretur
non ut quod non posset mortuam susci
taret considerandum est ne repugnare
videatur et intelligendum brevitatis causa
Matheum hoc potius dicere voluisse
rogatum esse dominum faceret quod eum
fecisse manifestum est ut scilicet mortuam
suscitaret. Attendit enim non verba pa
tris de filia sua quod est potissimum
voluntatem et talia verba posuit qualis
voluntas erat. Ita enim desperauit
ut potius eam vellet reuiuiscere
non credens credebat vivam esse pos
se inueniri quam morientem reli
querat. Duo itaque posuerunt quid di
xerit Jairus Matheus autem quid
voluerit atque cogitauerit Utrumque ergo
petitum est a domino ut vel morien
tem saluam faceret vel mortuam su
scitaret sed cum institutum esset Matheo
totum breuiter dicere hoc insinuat

patrem cogitatione dixisse quod
et ipsum certum est quod voluisse et
Christum fecisse. Sane si illi duo vel
quisquam eorum patrem ipsum comme
morasset dixisse quod sui domo ve
nientes dixerant ut iam non ve
xaret Jhesus quia puella mortua
fuisset repugnarent eius cogita
tioni verba que posuit Mathe
us. Nunc vero et aliud suis nunci
antibus et persuadentibus ne iam
magister veniret non legitur quod ille
consenserit. Ac per hoc et illud
quod ei dominus ait noli timere
crede tantum et salua erit non dif
fidentem reprehendit sed credentem
robustius confirmauit. Talis
quippe in illo fides erat qualis
et in illo qui ait credo domine
adiuua meam incredulitatem.
Que cum ita sint per hunc ergo mo
dum locutionis vocalis sed non contrariis
rem plane utilissimam discimus
et per necessariam nichil in cuiusque
verbis nos debere inspicere nisi vo
luntatem cui debent omnia seruire
nec mentiri quemquam si aliis
verbis dixerit quod ille voluit cuius
verba non dicit ne miseri aucup
aucupes verborum quodammodo apicibus
putent ligandam esse veritatem
cum utique non in verbis tantum sed etiam
in ceteris omnibus signis animorum non
sit nisi ipse animus inquirendus. Vere
autem non nulli codices habent verba
Mathei Non enim mortua est
puella sed dormiuit cum eam Marcus
et Lucas xii annorum puellam
fuisse testentur iuxta morem Hebree
more locutum esse Matheum. Nam
et alias scripturas loquentes hoc inuenimus
non eas tantum que viros passe
fuerint sed omnino feminas intactas si
cut de ipsa Eua scriptum est formauit
eam in mulierem Et illud
in libro Numerorum ubi iubentur ser
uari mulieres que nescierunt
cubile masculi id est virgines ne inter
ficiantur. Una locutione et Paulus
ipsum Christum ait factum ex muliere

Hoc enim melius intelligatur quam ut ipsam .xii. annorum iam nuptiarum vel virorum expertam fuisse credamus.

xxix Unus de duobus cecis

Sequitur Matheus et dicit: Et transeunte inde Ihesu secuti sunt eum duo ceci clamantes et dicentes: Miserere nostri fili David, et cetera usque ibi: Pharisei autem dicebant: In principe demoniorum eicit demonia. Hoc de duobus cecis et de muto demonio solus Matheus ponit. Illi enim duo ceci de quibus et alii narrant non sunt isti, sed tamen simile factum est, ita ut si ipse Matheus non etiam illius facti meminisset, posset putari hoc quod nunc narrat dictum fuisse etiam ab aliis duobus. Quod commendare memorie diligenter debemus, quedam facta esse similia, quod probat cum idem ipse evangelista utrumque commemorat, ut si quando talia singula apud singulos invenerimus atque in eis contrarium quod solvi non possit occurrat, nobis non hoc esse factum sed aliud simile vel similiter factum.

xxx De messe multa et de virga iustitie olim figurate loqui capitulum sequitur

Sane deinceps non apparet ordo rerum gestarum quid post hec duo facta de cecis et muto demonio ita sequitur: Et circuibat Ihesus civitates omnes et castella docens in synagogis eorum et predicans evangelium regni et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis quia erant vexati et iacentes sicut oves non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Et convocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum, et cetera usque ad illud ubi ait: Amen dico vobis non perdet mercedem suam. In hoc loco toto quem multa commemorans multa monuit discipulos suos, sed utrum eum ex ordine Matheus subiunxerit an ei recordatio sua narrandi non fluxerit sicut dictum est apparet. Hunc locum breviter videtur perstrinxisse Marcus et eum sic ingressus est: Et circuibat castella in circuitu docens, et convocavit .xii. et cepit illos mittere binos et dabat illis potestatem spirituum immundorum, et cetera usque ad illud ubi ait: Excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis. Sed antequam hoc narrat narret Marcus post resuscitatam filiam archisynagogi locum narravit ubi dominus in patria sua mirabatur unde ei esset tanta sapientia et virtutes cum eius cognatos nossent. Verum Marcus post admonitionem istam quam eorum post et post alia multa commemorat. Itaque incertum est utrum hoc quod agitur in eius patria Matheus obmissum recordatus sit an Marcus recordatus anteceperit. Quis namque eorum ordinem rei geste et quis recordationis sue tenuerit. Lucas autem etiam post resuscitatam filiam Jairi subiungit hunc locum de potestate et admonitione discipulorum tam breviter sane quam Marcus, neque ipse ita ut hoc sequi etiam in rerum gestarum ordine appareat. In nominibus ergo discipulorum Lucas, qui eos alio nomine nominat cum prius eligit in monte, a Matheo non discrepat nisi nomine Iude Iacobi quem Matheus Taddeum appellat, nonnulli autem codices habent Lebeum. Quis autem unquam prohibuit duobus vel tribus nominibus unum hominem vocari? Solet itemque quod idem Matheus et Lucas commemoraverunt dixisse dominum his ut nec virgam ferrent, cum dicat Marcus: Et precepit eis ne quid tollerent in via nisi virgam tantum, et sequitur: Et ipse non peram non panem neque in zona es ut ondat

in eodem loco usui narrationis suam
in quo et illorum qui dixerunt virgam
ferendam. Verum ita solvuntur ut intelli
gas sub alia significatione dictam vir
gam que in Marco ferenda est et sub
alia illam que in Matheo et Lu
cam non esse ferendam. Sicut sub
alia significatione intelligitur tempta
tio de qua dictum est Deus nemi
nem temptat et sub alia de qua
dictum est temptat vos dominus deus
vester ut sciat si diligitis eum. Illa
seductionis est hec probationis. Sic
iudicium aliquando accipitur de quo dictum
est qui bene fecerunt in resurrectionem vite
qui male fecerunt in resurrectionem iudicii
et aliter de quo dictum est Iudica
me deus et discerne causam meam
de gente non sancta. Illud enim iudi
cium dampnationis est hoc discretionis
et multa alia sunt verba que non
habent unam significationem sed diversis
locis congruenter posita diversimode
intelliguntur et aliquid cum expositione
dicitur interest ut est illud. Nolite
pueri effici sensibus sed malicia par
vuli estote et sensibus perfecti sitis.
Hec enim breviter tamquam sententia dici
potest. Nolite esse pueri sed estote pueri.
Et illud Si quis putat se sapientem
esse in vobis in hoc seculo stultus fiat
ut sit sapiens. Quamdiu enim aliud dicitur
quam non sit sapiens ut sit sapiens.
Aliquando autem causa ita dicuntur ut ex
ercitant inquirentem ut est quod ait
ad Galatas Invicem onera vestra por
tate et sic adimplebitis legem Christi.
Qui enim putat se esse aliquid
cum nichil sit seipsum seducit. Opus
autem probet suum unusquisque et tunc
in seipso gloriam habebit et non in
altero. Unusquisque enim onus suum
portabit. Nisi onerum nomen sub diversis
significationibus accepis procul
dubio putabis eundem sibi in loquen
do esse contrarium et hoc in una senten
tia minime posito verbis. Cum ibi Pau
lo ante dixisset Alter alterius onera
portate Postea dixit. Unusquisque
suum onus portabit. Sed alia sunt

onera participanda infirmitatis alia
reddenda rationis deo de actibus
nostris. Illa cum fratribus sustinenda
communicantur. Hec propria ab uno quoque por
tantur. Ita et virga intelligitur
spiritualis de qua dicebat apostolus In
virga veniam ad vos et corporalis
qua utimur ad equum sive ad aliquid
aliud sive opus sit ut interim
omittam et alias huius nominis figu
ratas significationes. Utrumque ergo acci
piendum est a domino apostolis dictum
ut et nec virgam ferrent et ut
non nisi virgam ferrent. Cum enim
secundum Matheum diceret eis Nolite
portare aurum neque argentum neque
pecuniam in zonis vestris non peram
in via neque duas tunicas neque cal
ciamenta neque virgam continuo subiecit
dignus est enim operarius cibo suo
Unde satis ostendit cur eos hec pos
sidere ac ferre noluerit non quod necessaria
non sint sustentationi huius vite sed
quia eos mittebat ut eis hec
deberi monstraret ab illis ipsis quibus — nota de predicatoribus et pastoribus
evangelium credentibus annunciarent tamquam
stipendia militantibus tamquam fructum
vinee plantatoribus tamquam lac gregis
pastoribus. Unde Paulus dicit Quis
militat suis stipendiis umquam Quis
plantat vineam et de fructu eius
non edat. Quis pascit gregem et
de lacte gregis non percipit. Sicut enim
loquebatur de eis rebus que necessaria
sunt predicatoribus evangelii. Unde Pau
lo post Si nos vobis spiritualia se
minavimus magnum est si vestra carnalia
metamus. Si alii potestatis vestre parti
cipes sunt non magis nos. Sed non usi
sumus hac potestate. Unde apparet hoc non
ita precepisse dominum tamquam evangeliste
vivere aliunde non debeant quam
eis prebentibus quibus annunciant
evangelium. Alioquin contra hec precepta fecit
iste apostolus qui victum de manuum
suarum laboribus transigebat ne cui
quam gravis esset sed potestatem dedisse
in qua scirent ista deberi. Cum autem
a domino aliquid imperatur nisi fiat inobedi
entie culpa est. Cum autem potestas datur
licet cuique non uti et tamquam de suo
iure recedere. Hec ergo dominum

loquens discipulis id agebat quod ipse apostolus paulo post apertius ita exponit: Nescitis quoniam qui in templo operantur que de templo sunt edunt, qui altari deserviunt de altari compartic[i]pant. Sic et dominus ordinavit hiis qui evangelium annunciant de evangelio vivere. Ego autem horum nullo usus sum. Cum ergo hic dicit ita dominum ordinasse se autem usum non esse, utique ostendit potestatem datam, non impositam serviendi necessitatem. Hoc ergo ordinans dominus quod eum ordinasse dicit apostolus qui evangelium annunciant de evangelio vivere, illa apostolis loquebatur ut securi non possiderent neque portarent huic vite necessaria neque magna neque minima. Ideo posuit neque virgam, ostendens a fidelibus suis deberi omnia ministris suis nulla superflua requirentibus. Ac per hoc addendo Dignus est enim operarius mercede sua, prorsus aperuit et illustravit unde ista omnia loqueretur. Hanc ergo potestatem virge nomine significavit cum diceret neque tollerent in via nisi virgam tantum. Potuit enim sic breviter dici: Nichil necessariorum vobiscum feratis nec virgam nisi virgam tantum, ut id quod dictum est nec virgam intelligatur nec minimas quidem res, quod vero adiunctum est nisi virgam tantum intelligatur quia per potestatem a domino acceptam que virge nomine signata est etiam que non portantur non deerunt. Utrumque ergo dominus dixit, sed quia non utrumque unus evangelista commemoravit, putatur ille qui virgam sub alia significatione positam tollendam dixit ei contrarius qui virgam rursus aliud significantem non tollendam dixit esse contrarius. Sed iam ratione reddita non putetur. Sic et calciamenta cum dicit Mattheus in via non esse portanda, curam prohibet, quia ideo portanda putantur ne desint. Hoc et de duabus tunicis intelligendum est, ne quisquam eorum preter eam qua esset indutus aliam putando oportere portaret sollicitus ne opus esset, cum ex illa potestate posset accipere. Proinde Marcus dicendo calciari eos sandaliis vel soleis aliquid hoc calciamentum mistice significationis habere ammonet, ut pes neque tectus sit neque nudus ad terram, id est nec occultetur evangelium nec terrenis commodis innitatur. Et quod non portari nec haberi duas tunicas sed expressius indui prohibet, dicens ne induerentur duabus tunicis, quid eos monet nisi non dupliciter sed simpliciter ambulare? Ita dominum omnia dixisse nullo modo dubitandum est, partim proprie partim figurate, sed evangelistas alia istum alia illum inseruisse scriptis suis, eadem vero vel duos vel tres eorum quosque vel omnes quatuor posuisse, verumtamen omnia esse scripta que ab illo seu dicta seu facta sunt. Quisquis autem putat non potuisse dominum in uno sermone quedam figurate quedam proprie ponere eloquia, cetera eius inspiciat et videbit quam hoc temere atque inerudite arbitretur. Potest enim esse ut unum aliquid dicam quod animo intimum occurrit, quia monet ut nesciat sinistra quid faciat dextera, et ipsas elemosinas et quicquid illud illic aliud precipit figurate accipiendum putare. Sane rursus ammoneo quod oportet meminisse lectorem ne ammonitione sepius indigeat aliis atque aliis sermonibus suorum locorum dominum tam multa iterasse que alibi dixerat, ne forte ipsorum locorum ordo cum ex alio evangelio non convenit alium aliorum hunc putet esse contrarium, cum intelligere debeat iterum alibi dici quod iam alibi dictum erat. Nec tamen de dictis verum et de factis observari debere. Nichil enim prohibet hoc idem iterum factum, quod de re calumpniari, cum evangelio alio non credit iterum factum quod iterum fieri non potuisse nemo convincit, sacrilege nature est. Sequitur

xxx. Quod de Iohanne in vinculis

Sequitur Mattheus et dicit: Et factum est cum consummasset Ihesus precipiens xii. discipulis suis, transiit inde ut doceret et predicaret in civitatibus eorum. Iohannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos

De discipulis suis aiunt illi: Tu es qui venturus es an alium expectamus etc. usque ad id ubi ait: Et iustificata est sapientia a filiis suis. Hunc totum locum de Johanne baptista quod miserat ad Jhesum et quomodo eos quos miserat acceperit illi quos miserat et quomodo post eorum abscessum de Johanne dominus dixerit interponit et Lucas non eodem ipso ordine sed quis eorum recordationis sue quis vero rerum ordinem teneat non apparet. Sequitur Capitulum ultra.

XXXII. De exprobratione civitatum. Sequitur Matheus et dicit

Sequitur Matheus et dicit: Tunc incepit exprobrare civitatibus in quibus facte sunt plurime virtutes eius quia non egissent penitentiam etc. usque ad id ubi ait: Terre Sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi. Et hoc commemorat Lucas continuato cuidam sermoni domini etiam hoc ex ipsius ore cum ipsis ponit. Unde magis videtur ipse hoc ordine illa commemorare que a domino dicta sunt, Matheus autem sue recordationis ordinem tenuisse. Aut si illud quod idem Matheus ait: Tunc cepit exprobrare civitatibus sic accipiendum putatur ut putetur ipsum temporis voluisse exprimere in eo quod est: Tunc non autem ipsum tempus aliquanto latius quo hec multa gerebantur et dicebantur quisquis hoc credit credat hoc esse bis dictum. Cum enim autem in eodem evangelista inveniantur quedam que bis dixit dominus sicut apud eundem Lucam de non tollenda pera in via et talia ceteris duobus locis dicta a domino inveniuntur quid mirum si et aliquid aliud bis dictum singillatim a singulis eo ordine quo dictum est et ideo diversus ordo appareat in singulis quia et tunc ille quando commemorat dictum est.

XXXIII. De eo: Confitebor tibi pater celi

Sequitur Matheus: In illo tempore respondens Jhesus dixit: Confitebor tibi pater celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus etc. usque ad illud ubi ait: Jugum enim meum suave est et onus meum leve. Huius loci et Lucas meminit sed ex parte. Non enim dicit ipse: Venite ad me omnes qui laboratis et alia que sequuntur. Semel autem hoc dictum a domino, sed Lucam non totum quod dictum est commemorasse credibile est. Matheus enim cum dicit: In illo tempore respondens Jhesus dixit postea quam exprobravit civitatibus, Lucas autem post illam exprobrationem civitatum interponit quedam non tam multa atque hec ea subiungit: In illa hora exultavit spiritu sancto et dixit. Unde etiam si Matheus in illo tempore dixit, sed in ipsa hora tantum pauca interponit Lucas in medio, in eadem hora dictum non absurde videatur.

XXXIIII. De transeuntibus domino per sata. Capitulum sequitur

Sequitur Matheus et dicit: In illo tempore abiit Jhesus sabbato per sata, discipuli autem eius esurientes ceperunt vellere spicas et manducare etc. usque ad illud ubi ait: Dominus est enim filius hominis etiam sabbati. Hoc sine ulla repugnantie questione commemorant et a Marco et a Luca, sed illi non dicunt: in illo tempore. Unde fortassis magis Matheus rei geste hic ordinem tenuit, illi autem recordationis sue nisi latius accipiatur quod dictum est in illo tempore, id est in quo hec multa et diversa gerebantur.

XXXV. De aridam manum sanatam sequitur Capitulum

Sequitur ergo Matheus ita narrans: Et cum inde transisset venit in synagogam eorum et ecce homo manum habens aridam etc. usque ad id ubi ait: Et restituta est sanitati sicut altera. De isto sanato qui manum habebat aridam et Marcus et Lucas non tacent. Possit autem putari eo die factum et de spicis et de ipso sanato quia sabbatum et hic commemoratur ubi Lucas aperuisset alio

sabbato sanctum esse de sanante aridam
manum. Proinde quod ait Mattheus
et cum inde transisset venit in sy-
nagogam eorum non quidem venit
nisi quod cum inde transisset. Sed post
quot dies in synagogam eorum
venit. Postquam a segete illa trans-
iit. An recto contra in gressu
illuc venit non expressum est. At
per hoc locus datur narratori lu-
ce qui dicit alio sabbato illum
manum sanatam. Sed potest movere
questio. Mattheus dicit quod ipsi
interrogaverunt dominum si licet sabbato
curare volentes invenire accu-
sandi occasionem. Ipse vero illis
de ove proposuit similitudinem dicens
quis erit ex vobis qui habet
ovem unam et si ceciderit hec
sabbato in foveam nonne tenebit
et levabit eam. Quanto melior
est ove homo. Ita licet sabbato
benefacere. Cum Marcus et Lucas
illos potius a domino interrogatos es-
se perhibeant, licet sabbato bene-
facere an male, animam salvam facere
an perdere. Itaque intelligendum est
quod illi prius interrogaverunt dominum si li-
cet sabbato curare. Deinde quod in-
telligens cogitationes eorum aditum
accusandi querentium custodierit con-
stituit in medio illum quem fuerat
sanaturus et interrogavit que Mar-
cus et Lucas eum interrogasse comme-
morant. At tunc illis tacentibus
proposuisse de ove similitudinem et
conclusisse quod liceat sabbato be-
nefacere. Postremo circumspectis eis
cum ira sicut Marcus dicit contristatus
super cecitate cordis eorum dixisse
homini extende manum tuam etc.

xxxv De consilio contra Ihesum
inito tercium Duo capitula

Sequitur Mattheus ita
contexens narrationem suam
Exeuntes autem pharisei
consilium faciebant adversus
Ihesum quomodo eum perderent. Ihesus
autem sciens recessit inde et secuti
sunt eum multi et curavit ~~me~~
~~tot~~ eos omnes et precepit eis ne
manifestum eum facerent ut adimpleretur
quod dictum est per Ysayam prophetam
dicentem Ecce puer etc. usque ad id quod ait et in nomine
eius gentes sperabunt. Hoc solus
iste commemorat. Alii duo in alia
perrexerunt ordinem rei geste sane
videtur Marcus aliquantulum tenuisse
qui dicit Ihesum cognita maligna adver-
sus se dispositione inde cum suis secess-
isse ad mare cum discipulis suis et
ad eum turbas confluxisse et sa-
nasse plurimos. Unde illud incipit
in dubio esse quod non quo ordine
sequatur vero apparet. Utrum ibi
dicit convenisse ad eum turbas. Po-
tuit enim hoc iam et alio tempore
An ubi dicit ascendit in montem
quod et Lucas videtur commemorasse dicens
factum est autem in illis diebus exiit
in montem orare. Dicendo enim
in illis diebus satis ostendit non con-
tinuo factum. Sequitur ultra

xxxvii Duo de ceco et muto sequitur

Mattheus ergo sequitur et dicit
Tunc oblatus est ei demoni-
um habens cecus et mutus et cu-
ravit eum ita ut loqueretur et videret
Hoc non isto ordine sed post alia mul-
ta Lucas commemorat et mutum
dicit tantum non etiam cecum sed non ex
eo quod aliquid tacet de alio dicere
putandus est. Ea enim sequentia
etiam ipse contexit que Mattheus.

xxxviii Duo Ipse per spiritum in-
posite in Belzebub eicere sequitur

Sequitur Mattheus dicens
et stupebant omnes turbe
et dicebant Numquid hic
est filius David. Pharise-
i autem audientes dixerunt Hic
non eicit demones nisi in Bel-
zebub principe demoniorum. Ihesus
autem sciens cogitationes eorum dixit
eis Omne regnum divisum contra
se desolabitur etc. usque ad id quod ait ipse
loci ait ex verbis tuis iustificabe-
ris et ex verbis tuis condempnaberis.
Marcus vero ex occasione illius
multi subierunt contra de Ihesu quod
in Belzebul eiceret demonia

Sed post multa alia que solus comme-
morat. hoc solus contexit sive alio lo-
co id recolens adiungens sive aliquid
pretermittens et deinde ad hunc
ordinem rediens. Lucas autem pene
totidem verbis hoc dicit quod Matheus
et quod digitum dei appellat spiritum dei
ab eadem sententia non recedit quin potius
et aliquid docet ut noverimus quemad-
modum intelligamus ubicumque scripturarum
legerimus digitum dei. In aliis quo-
que que non hic dicunt Marcus et Lu-
cas nulla controversia est nec in illis
que aliquanto aliter dicunt quia eadem
sententia est. Sequitur Capitulum

xxxix. Duo similiter sed unus 2
dispari ordine signum volentibus videre 2

Sequitur Matheus et dicit
Tunc responderunt ei quidam de
scribis et Phariseis dicentes
Magister volumus a te videre signum
et usque illud ubi ait Sic erit ge-
nerationi huic pessime. Hec et
Lucas narrat eo quidem loco sed
aliquanto dispari ordine. Nam id
quod petierunt signum a domino de celo
supra commemoravit. Post illud
de muto miraculum, et non retulit
quod eis ad hoc dominus respondisset
sed postea cum turbe convenissent
dicit hoc fuisse responsum eis quos
dat intelligi superius a se comme-
moratos quod de celo signum querebant
et hoc annectit postea quam interpo-
suit de muliere que dixit domino Be-
atus venter qui te portavit. Hanc autem
mulierem ~~interpos~~ interposuit cum de sermone
domini commemorasset quo spiritus immundus
exiens ab homine et rediret domum
mundatam. Post mulierem ergo illam
cum dicat responsum esse turbis de signo
quod de celo querebant interposita simi-
litudine Ione prophete. Deinde continu-
ato sermone ipsius domini comme-
morat dictum de regina austri et de
~~Ninivi~~ Ninivitis ita aliquid potius
commemoravit quod Matheus tacuit quam
aliquid pretermisit eorum qui hoc loco
ille narravit. Quis autem non videat
superfluo queri quo ille narrat
ordine dixerit dominus tamen et hoc di-
scere debeamus per evangelistarum excellentis-
simam auctoritatem non esse mendacium
si quisquam hoc ordine cuiusque
sermonem digesserit quo ille
a quo processit tamen ipsius ordinis
nil interest ad rem sive ita sit
sive ita non sit. Et quod Lucas
productiorem huius domini sermonem
indicat et adhuc quedam comme-
morat qualia Matheus in sermone
illo qui est habitus in monte
que bis dicta intelligimus et ibi
[?] et hic. Terminato autem
sermone isto in aliud pergit Lucas
in quo ordine iterum rerum gesta-
rum fuerit incertum est. Dicit enim
quod cum loqueretur rogavit
eum quidam Phariseus ut pran-
deret apud se. Non autem ait
cum hec loqueretur sed cum loqueretur.
Nam si dixisset cum hec loque-
retur cogeret intelligere hoc
ordine non tantum se fuisse narrata
verum et a domino gesta etc.

xl. De matre Christi [?] et
fratribus [?] interposite

Sequitur ergo Matheus
et dicit Adhuc eo loquente
ad turbas ecce mater
eius et fratres stabant fo-
ris querentes loqui ei etc. usque
ad illud ubi ait Quicumque enim
fecerit voluntatem patris mei qui
in celis est ipse meus frater et soror
et mater est. Hoc sine dubio con-
sequenter gestum intelligere debe-
mus. Premisit enim cum ad narrandum
transiret Adhuc eo loquente ad turbas
quid est autem adhuc nisi illud
quod loquebatur. Non enim dicit Et eo
loquente ad turbas ecce mater
eius et fratres sed adhuc eo loque-
te cum dicit cogit intelligi hec lo-
quente que superius indicabat. Nam
et Marcus post illud de blasphe-
mia spiritus sancti quod dominus dixit
retulit Et veniunt mater eius

et fratres praetermissis quibusdam que in eodem sermonis textu sermonis domini et Matheus plurima Marco et Lucas plura Matheo posuerunt. Lucas autem non eundem rei geste tenuit ordinem sed preoccupavit hoc et recordatum ante narravit. Deinde hoc sic interposuit ut solutum appareat a contextione et superiorum et inferiorum quia commemoratis quibusdam sermonibus vel parabolis domini ita hec de matre et fratribus eius recordata interposuit. Venerunt autem ad illum mater eius et fratres et non poterant eum adire pre turba. Non expressit quando ad eum venerunt. Rursus et cum adhuc ab hinc transiit ita loquitur. Factum est autem in una dierum et ipse ascendit in naviculam et discipuli eius. Et hic utique cum dicit factum est in una dierum satis indicat non necesse esse ut illa dies intelligatur in qua hoc gestum est vel illa que contextim sequitur. Nichil itaque habet repugnantie cum ceteris duobus quod Matheus de matre et fratribus domini narrat neque in verbis domini neque in ipso ordine rerum gestarum.

xlj m. Ihesus loquitur de navicula parabolas capitulum

Sequitur Matheus in eo vel in illo die exiens ihesus de domo sedebat secus mare et congregate sunt ad eum turbe multe ita ut in naviculam ascenderet et omnis turba stabat in littore et locutus est eis multa etc. usque ad illud ubi ait. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera. Post illud quod narratum est de matre et fratribus domini hoc contextim gestum esse et eum ordinem Matheum in narrando tenuisse ea res insinuat quia cum illic transiret ita contexuit ut diceret. In illo die exiens ihesus de domo sedebat secus mare et congregate sunt ad eum turbe multe. Cum enim dicit in illo die nisi forte dies more scripturarum tempus significat satis indicat aut hoc sequitur gestum aut non multa interponi potuisse quam mare et Marcus eundem ordinem tenet. Lucas autem post eius id quod narrat de matre et fratribus eius in aliud transiit nec eo transitu questionem aliquam facit quia huic ordini repugnare videatur. Cum ergo horum que Matheus domini locutio narravit que cum illo dixerunt Marcus et Lucas non habent repugnantie questionem que autem ipse solus dixit multo magis sine controversia sunt nec in ipso ordine quamvis aliquanto diversum alius alium tenet. Dum vero gestarum partim recordationis sue iudicio quid vel cuiusque adiciatur sequitur ultra.

xlij [illegible] propter incredulitatem non fecisse signa et que sibi in patria dicta capitulum

Sequitur ergo Matheus et factum est cum consummasset ihesus parabolas istas transiit inde et veniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum etc. usque ad illud ubi ait et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum. A superiori sermone parabolarum sic transiit ut non ostendat consequentem ordinem narrationis. Presertim quia Marcus ab istis parabolis non in hoc iste sed aliud contendens in quod et ita Lucas contexuit narrationem ut credibilius ostendatur hoc esse potius consequenter gestum quod illi continuanter adiungunt de navicula in qua dormiebat ihesus et de illo miraculo expulsorum demoniorum apud Gerasenos que Matheus superius recordans interposuit. Nunc ergo que in patria sua domino dixerit vel ei dicta sunt videamus utrum cum aliis duobus Marco et Luca concordet. Nam Iohannes longe in diversis

et dissimilibus narracionis sue lo
cis vel dicta esse dico talia vel
eum dixisse commemorat euangelia hec
ecce tres certe meminerunt et mar
cus quidem eadem verba commemorat
hec tamen que matheus nisi quod dominum
fabrum et marie filium dicit a ciui
bus suis dictum non sicut matheus
fabri filium. Nec mirandum est cum
vtrumque dici potuit eo enim et fabrum
credebant quo fabri filium. Lucas
autem eandem rem gestam latius in
dicat et plura ibi commemorat. nec
procul longe post baptismum et tempta
cionem eius hoc inseruit sine dubio
preoccupans quod multis rebus interposi
tis post ea gestum. Vnde hic possit
aduertere quod conuenit tam magne que
stioni quam de consensu euangelistarum enodandam
deo adiuuante suscepimus perutile ne
cessarium est non nescientes ad eo
pretermisisse. Aut nescientes quem
ad modum se ordo gestarum rerum habeat
aliud potius ordinem sue recordacionis
tenuisse quod hinc evidentissime
intelligi potest quia lucas antequam illud
narraret dominum fecisse Caphar
naum. preoccupauit hunc locum quem
nunc consideramus vbi ciues eius et
potenciam virtutis eius in eo stupebant
et ignobilitatem generis contempnebant
Nam hoc enim dicit eis dixisse vtique
dicetis michi medice cura teipsum
quanta audiuimus facta in Caphar
naum fac et hic in patria tua cum
[illegible] ipsius luce narracionem
nichil adhuc legatur fecisse Ca
pharnaum quod quia longum non est
et facillimum est et per intuitum totum
inserimus. Vnde ad hoc narrandum
et quo venit. Postea quam baptiza
tum et temptatum dominum indicauit
ita sequitur. Et consummata omni tempta
cione dyabolus recessit ab illo vsque
ad tempus et regressus est ihesus
inde in virtute spiritus in galileam
et fama exijt per vniuersam regio
nem. De illo et ipse docebat in si
nagogis eorum et magnificabatur
ab omnibus et venit nazareth vbi
erat nutritus et intrauit secundum

consuetudinem suam Die sabbati in
synagogam et surrexit legere et
traditus est illi liber ysaie prophete
et reuoluit librum inuenit locum vbi
scriptum est Spiritus domini super me prop
ter quod vnxit me euangelizare pau
peribus misit me predicare captiuis
remissionem et cecis visum dimittere
confractos in remissionem predicare annum
domini acceptum et diem retribucionis
et cum complicuisset librum reddidit
ministro et sedit et omnium in synago
ga oculi erant intendentes in eum
cepit autem dicere ad eos quia hodie
impleta est hec scriptura in auribus
vestris et omnes testimonium illi dabant
et mirabantur in verbis gracie que procede
bant de ore ipsius et dicebant
Nonne hic filius est ioseph et
ait illis. Vtique dicetis michi hanc
similitudinem medice cura teipsum
Quanta audiuimus facta in Caphar
naum fac et hic in patria tua
etc. Hoc pagat totum ipsum narra
cionis sue locum. Quid ergo evi
dencius quod hoc eum scienter pre
occupasse narrando cum vtique iam
magna ab illo in Capharnaum
facta fuisse et ipse nouit et ipse
commemoret que se non dum narras
se vtique scit. Neque enim tam ab eius
baptismo progressus est vt oblitus
putetur non dum se aliquid commemo
rasse de hijs que in Capharna
um gesta fuerant. Modo ceperit eum
post baptismum aliquid narrare de
domino Sequitur Capitolum

xliij. de herodis suspicionem de Iohanne sequitur Capitolum

Sequitur Matheus In illo
tempore audiuit herodes
tetrarcha famam ihesu et
ait pueris suis. hic est
Iohannes baptista ipse surrexit
a mortuis et ideo virtutes operantur
in eo. Marcus hoc idem et eodem
modo dicit sed non est eodem ordi
ne. Nam postea quam discipulos
duos misit dixit eis ne quid in via
ferrent nisi virgam tantum tunicato
rum quam tamen ab illo terminatum est

Spiritus domini super me

et hoc subiceret nulla tamen facta notione qua hoc et consequenter gestum esse intelligeretur. Sicut et Matheus. In illo enim tempore dixit non in illo die vel in illa hora. Nisi quod Marcus non quod Herodes dixerit sed dicebant inquit quia Iohannes baptista resurrexit a mortuis. Matheus vero de ipso Herode ait dixit pueris suis. Lucas etiam eundem ordinem narrandi quem Marcus tenens nec ipse sane etiam rerum gestarum eum ordinem fuisse credi cogens ita hoc idem commemorat. Audivit autem Herodes tetrarcha omnia que fiebant ab eo et hesitabat eo quod diceretur a quibusdam quia Iohannes surrexit a mortuis. A quibusdam vero quia Helias apparuit ab aliis autem quia propheta unus surrexit. Et ait Herodes Iohannem ego decollavi. Quis est autem iste de quo audio ego talia et querebat videre eum. In his verbis Lucas et Matheo attestatur ad hoc duntaxat quod alii dixerunt non Herodes Iohannem a mortuis surrexisse. Sed quia hesitantem commemorat Herodem verba eius ita posuit dicentis. Iohannem ego decollavi quis est autem iste de quo audio ego talia. Intelligendum est autem post hanc hesitationem confirmasse in animo suo quod ab aliis dicebat pueris suis sicut Matheus narrat et ait pueris suis. Hic est Iohannes baptista ipse surrexit a mortuis et ideo virtutes operantur in eo aut ita pronunciandum sunt hec verba ut hesitationem adhuc indicent. Si enim diceret numquid nam hic est aut numquid forte hic est Iohannes baptista non opus esset admonere aliquid de pronunciatione qua dubitans atque hesitans intelligatur. Nunc quia illa verba desunt utroque modo pronunciari potest ut aut

confirmando id ex aliis verbis credere dixisse accipiamus aut ad sicut Lucas commemorat hesitationem prestetur quia et Marcus qui superius dixerat ab aliis fuisse dictum quia Iohannes a mortuis resurrexit in extremo tamen ipsum Herodem dixisse non tacet quem ego decollavi Iohannem hic a mortuis surrexit. Que item verba duobus modis pronunciari possunt ut aut confirmantis aut dubitantis intelligantur. Cum autem Lucas post ea que hoc commemoravit in aliud transeat duo isti Matheus et Marcus ex hac occasione narrant quemadmodum ab Herode Iohannes occisus sit.

[illegible] de Iohanne incluso et occiso sequitur capitulum

Sequitur ergo Matheus et dicit. Herodes enim tenuit Iohannem et alligavit eum et posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui usque ad illud locum ubi ait et accedentes discipuli eius tulerunt corpus et sepelierunt id et venientes nunciaverunt Ihesu. Marcus autem similiter narrat hec. Lucas vero non eodem ordine id recordatur sed circa ipsum baptismum quo dominus baptizatus est. Unde hoc preoccupasse legitur intelligitur et ipse ex occasione ut ibi narrat quod in medio positum est. Cum enim commemorasset Iohannis verba de domino quod ventilabrum in manu eius et mundabit aream suam et frumenta recondet in horreum suum paleas autem comburet igni inextinguibili continuo subiecit quod non continuo factum esse Iohannes evangelista apertissime exponit commemorat. Postea quam baptizatus Ihesus isse illum in Galileam cum fecit de aqua vinum et inde post paucos dies in Capharnaum habitatum redisse ad Iudeam terram et ibi baptizasse multos circa Iordanem antequam missus

esset Johannes in carcerem. Cavendum autem ne putet qui minus in hystoriis eruditus est, tamquam post ea verba de ventilabro et de area mundanda continuo sit a Johanne offensus Herodes et eum ad carcerem miserit. Non autem hoc ordine ista narrata que gesta sunt, et alibi iam probavimus et hoc ipso loco non quilibet alius sed idem Lucas hoc probat. Si enim post verba illa continuo Johannes in carcerem missus est, quomodo post ipsam commemoracionem Johannis in carcerem missi baptizatus est Jhesus cum in ipsius Luce narracione? Proinde manifestum est ex occasione recordacionis preoccupasse et ante multa que prius quam Johannes carceraretur gesta narraturus erat, hoc commemorando in sua narracione premisisse. Sed nec illi duo Matheus et Marcus eo rerum ordine de Johanne in carcerem misso in sua narracione posuerunt, quod statim apparet et in eorum scriptis. Nam et ipsi dixerunt tradito Johanne dominum isse in Galileam et post multa que fecit in Galilea veniunt ad Herodis hesitacionem vel ad monicionem quod Johannes quem decollavit a mortuis surrexerit. Et ex hac occasione narrant omnia que de Johanne contigerunt incluso et occiso. Ger.

xlv minor de quinque panibus et piscibus speciale Capitulum

Sequitur igitur Matheus cum dixisset tunc dixisse vel esse Christum quem Johannes occisus esset, et ita narracionem contexit: Quod cum audisset, inquit, Jhesus secessit inde in naviculam in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbe secute sunt eum turbe pedestres de civitatibus. Et exiens vidit turbam multam et misertus est et curavit languores eorum. Hoc continuo post Johannis passionem factum esse commemorat. Unde post hec facta sunt illa que primo narrata sunt, quibus motus Herodes dixit: Johannem decollavi ego. Illa enim posteriora debent intelligi que ad Herodem pervenit fama, ut moveretur et hesitaret quis nam iste esset de quo audiret talia cum Johannem ipse occidisset. Marcus autem postea quam passionem Johannis narravit commemorat discipulos redisse ad Jhesum et renunciasse illi omnia que egerant et que docuerant, et dominum eis, quod ipse solus commemorat, dixisse ut requiescerent pusillum in deserto et ascendisse cum eis in navem. Et isse et turbas hec videntes prevenisse eos illuc, quarum misertum dominum docuisse multa, et hora iam progrediente factum esse de quinque panibus et duobus piscibus omnes qui adesse aderant pascerent, quod miraculum omnes quattuor evangeliste commemoraverunt. Lucas autem qui iam longe supra de Johannis passione narraverat ex occasione quam dixi, nunc post eam quam commemoravit illam Herodis hesitacionem de domino quisnam esset, hic continuo subiungit quod Marcus, id est redisse ad illum apostolos et narrasse illi quecumque illi fecerant, et assumptis eis recessisse in locum desertum cum eo secutas turbas, et locutum esse de regno dei et eos qui cura indigebant sanasse. Et inde eciam ipsa die declinante commemorat miraculum de quinque panibus factum. Et nos Johannes qui multum ab eis tribus circa ea recedit eo distat quia magis in sermonibus quos dominus habuit immoratur quam in factis que mirabiliter fecit, postea quam commemoravit eum relicta Judea abisse iterum in Galileam, quod tunc intelligitur factum cum et alii evangeliste dicunt eum Johanne tradito isse in Galileam. Postea quam id commemoravit, Johannes in transitu eius per Samariam multa que locutus est ex occasione illius Samaritane quam invenit ad puteum contexit narracioni sue. Et post duos dies dicit eum inde

exisse in Galileam et inde ve-
nisse in Chana Galilee ubi
fecerat de aqua vinum et sanas-
se filium reguli augeam. Alia
vero que illum in Galilea fecis-
se ceteri dixisse alii dixerunt Io-
hannes tacet et sane quod illi
tacuerunt dicit ascendisse eum
Ierosolimam in die festo et ibi fe-
cisse miraculum illud de homine
qui xxx et viii annos habebat
in infirmitate nec habebat hominem
a quo in piscinam deponeretur in
aqua variis valitudinibus af-
fecti sanabantur et ex hac occasi-
one multa eum locutum fuisse
commemorat. Post hec etiam eum abis-
se trans mare Galilee quod est
Tyberiadis et secutam multitudinem
magnam. Deinde abisse in mon-
tem et ibi sedebat cum discipu-
lis suis proximo die pascha fe-
sto iudeorum. Cum levasset oculos
et visa multitudine maxima pa-
visse eam de quinque panibus
et duobus piscibus quod et ceteri
evangeliste dicunt. Ac per hoc pretermis-
se illa que illi narrando ad
huius miraculi commemoracionem ve-
nerant etiam est. Veruntamen
tamen ex alia narrationis via
cum et illi tacuissent que iste
dixisset ad hoc miraculum de quin-
que panibus occurrerunt sibi et
illi tres qui pene pariter ambu-
labant et iste qui sermonum co-
mu alta contemplatus per alia que
illi tacuerunt circumvolavit quo-
dammodo et cum eis miraculum de quinque
panibus pariter commemorandum non
multo post ab eis rursus in
altiora volaturus occurrit.

xlvi. Convenientia quatuor
in miraculo quinque panum

Sequitur ergo Matheus
et ad ipsum de quinque pani-
bus factum narrandum suam
ex ordine ita perducit. Vespere
autem facto accesserunt ad eum
discipuli eius dicentes: Desertus
est locus et hora iam preteriit. Dimit-
te turbas ut euntes in castella
emant sibi escas. Ihesus autem di-
xit eis: Non habent necesse ire, date illis
vos manducare. Et cetera usque ad illud
ubi ait: Manducantium autem fuit
numerus quinque milia virorum exceptis
mulieribus et parvulis. Hoc ergo mi-
raculum quod omnes quatuor evangeliste comme-
morant et putantur aliquid inter se
discrepare considerandum atque trac-
tandum est, ut hinc etiam ad cetera
similia regulas locutionum discatur
quibus tam diversis eadem tamen sen-
tentia retinetur et rerum veritas
custoditur. Et inchoanda quidem
est consideratio non a Mathea verum
[illegible] secundum ordinem sed a Iohanne
potius a quo ita expressa est
ista narratio ut etiam nomina di-
scipulorum dicat cum quibus de hac
re locutus est dominus. Ita enim dicit:
Cum sublevasset Ihesus oculos et
vidisset quia multitudo maxima
venit ad eum, dicit ad Philip-
pum: Unde ememus panes ut man-
ducent hii? Hoc autem dicebat
temptans eum; ipse enim sciebat
quid esset facturus. Respondit ei
Philippus: Ducentorum denariorum
panes non sufficiunt eis ut unus-
quisque modicum quid accipiat.
Dicit ei unus ex discipulis, An-
dreas frater Simonis Petri:
Est puer hic unus qui habet
quinque panes ordeaceos et duos
pisces; sed hec quid sunt inter
tantos? Dixit ergo Ihesus: Facite
discumbere homines. Erat autem
fenum multum in loco. Discubu-
erunt ergo viri numero quasi quinque mi-
lia. Accepit ergo Ihesus panes
et cum gratias egisset distribuit
discumbentibus, similiter et ex pisci-
bus quantum volebant. Ut autem
impleti sunt dixit discipulis
suis: Colligite que superaverunt
fragmenta ne pereant. College-
runt ergo et impleverunt xii

cophinos fragmentorum et quinque pa
nibus ordeaceis et duobus pisci
bus que superfuerunt hiis qui man
ducaverant. Nota hic quod si quis
ad aliquid iste dixit quinque modo
essent panes ordeaceos eum sui
se non tacuit quod ceteri tacuerunt. Neque
hic queritur quod iste non dixit fuisse
ibi etiam preter quinque milia virorum mu
lieres et parvulos quod dicit Matheus et
ordo iam certum esse constat et regula
riter teneri vitalibus questionibus
neminem moveri oportere quod ab alio
dicitur quod ab alio pretermittitur. Sed
queritur quo ea que dixerunt vera
sint omnia ne narratorum omnibus alte
rius narrans aliquid aliter exclu
dat si enim dominus secundum narrationem
Johannis prospectis turbis quesivit
a Philippo temptans eum unde
illis esse dari possent. Potest mo
veri questio sit verum quod alii nar
raverunt prius dixisse domino discipulos
ut dimitteret turbas quo possent
sibi alimenta emere de proximis
locis quibus ille respondit secundum Matthe
um non habent necesse ire date
eis vos manducare cui et Mar
cus Lucasque consenserunt tantum ergo
pretermittentes quod ait non habent necesse
ire. Intelligitur ergo post hec verba do
minum inspexisse multitudinem et dixisse
Philippo quod Johannes commemorat
isti autem pretermiserunt. Deinde quod
Philippus apud Johannem respondet
hic Marcus ab discipulis responsum esse com
memorat volens intelligi hic ex ore
ceterorum Philippum respondisse quamquam
et pluralem numerum pro singulari usi
tatissime ponere potuerunt. Quod
ergo ait Philippus ducentorum
denariorum panes non sufficiunt eis
ut unusquisque modicum quid acci
piat hoc est dicere quod ait Marcus
euntes emamus ducentis denariis
panes et dabimus eis manducare
quod autem commemorat idem Marcus
dixisse dominum quot panes habetis
pretermiserunt ceteri. Quod vero Andre
as apud Johannem de quinque pani

bus et duobus piscibus suggessit
hoc ceteri pluralem numerum pro singulari
ponentes et discipulorum personam re
tulerunt et Lucas quidem responsionem
Philippi et responsionem Andree in
unam summam contexuerunt. Quod
enim ait non sunt nobis plus
quam quinque panes et duo pisces
Andree retulit responsionem. Quod
vero adiunxit ne forte nos eamus
in omnem hanc turbam escas videtur
ad responsionem Philippi pertinere nisi
quod ducentorum denariorum tacuit
quamquam et in ipsius Andree senten
tia hoc potest intelligi. Cum enim dixisset est
puer unus hic qui habet quinque panes
ordeaceos et duos pisces adiun
xit etiam ipse. Sed quid sunt inter tan
tos. hoc est dicere nisi forte nos
eamus et emamus in omnem hanc
turbam escas. De qua universa
varietate verborum rerum autem sententiarum
que concordantia satis apparet salu
briter nos doceri nil querendum in
verbis loquentium nisi loquentium
voluntatem cui demonstrande invigi
lare debent omnes veraces narrato
res cum de homine vel de ange
lo vel de deo aliquid narrant.
Horum enim voluntas verbis pro
mi potest ne de ipsa aliquid inter se
discrepent. Sane pretermittendum non
oportet hoc loco intentum et ad
cetera que talia forte occurrerint
facere lectorem quia Lucas dixit quinqua
genos iussos esse discumbere
Marcus vero et quinquagenos et cen
tenos quod hic ideo non movet quia
unus partem dixit alter totum. Qui
enim de centenis retulit hoc re
tulit quod ille pretermisit. Nichil itaque
contrarium est. Verumptamen si alius
de quinquagenis tantum commemoraret
alius de centenis tantum videretur
valde esse contrarium nec facile
dinosceretur. Utrum dictum esse utrum
aut ab altero alterum ab altero
esse commemoratum et tamen attenti
us consideratum inveniri debuisse
quis non fateatur. Hoc ideo dixi
quia existunt sepe aliqua huiusmodi

que parum intendentibus et temere
iudicantibus contraria videantur et
non sint. Sequitur ergo. i. 2
xlvii Tres de navicula in
mare unus alia Capitulum

Sequitur Matheus et
dicit Et dimissa tur-
ba ascendit in montem
solus orare Vespere autem
facto solus erat ibi. Navicula
autem in medio mari iactabatur
fluctibus Erat enim contrarius ve-
ntus. Quarta vigilia noctis
venit ad eos ambulans super
mare et videntes eum supra
mare ambulantem turbati sunt
dicentes quia fantasma est
et usque ad illud ubi ait Vere
autem et adoraverunt eum dicentes
vere filius dei es. Marcus
quoque post narrationem de quinque
panibus in marcum sequitur ita Et
cum sero esset Erat navis in
medio mari et ipse solus in terra
et videns ipsos laborantes in
remigando Erat enim contrarius
ventus eis et cetera similiter nisi
quod de petro super aquas ambu-
lante nichil dixit. Hic autem ne
moveat precavendum est quod
Marcus dixit de domino cum
ambularet super aquas et vole-
bat preterire eos. Quomodo enim hoc in-
telligere potuerunt nisi quia in diver-
sum ibat eos volens tamquam ali-
enos preterire a quibus ita non
agnoscebatur ut fantasma puta-
retur. Quis vero ad misticam significa-
tionem referri quis usque adeo
tardus est ut nolit aliter. Sed
tamen turbatis et exclamantibus
subvenit dominus. Confidite ego sum
nolite timere. Quomodo ergo volebat
eos preterire quos paventes ita
confirmat nisi quia illa vo-
luntas preteriendi ad eliciendum il-
lum clamorem valebat cui subveni-
re oportebat. Iohannes autem
adhuc cum istis aliquantulum immoratur.
Nam post narrationem de quinque pani-
bus in marcum ipse quoque hic de

laborante navicula et de ambula-
tione domini super aquas non tacet
ita contexens. Cum ergo cum cogno-
visset quia venturi essent ut ra-
perent eum et facerent eum regem fugit
iterum in montem ipse solus Ut autem
sero factum esset descenderunt disci-
puli ad mare et cum ascendissent
navem venerunt trans mare in Cap-
harnaum et tenebre iam facte e-
rant et non venerat ad eos ihesus
Mare autem vento magno flante
exurgebat et cetera Nichil hic videtur con-
trarium nisi quod Matheus dimis-
sis turbis eum dicit ascendisse
in montem ut illic solus oraret
Iohannes autem in montem fugisse
cum easdem turbas de quinque panibus
pavit. Sed cum et ipse Iohannes
dicat post illud miraculum fugisse
eum in montem ne a turbis te-
neretur que volebant regem fa-
cere utique manifestum est quod de
monte in planiora descenderant quando
illi panes turbis ministrati sunt et
ideo non est contrarium quod ascendit rur-
sus sicut in montem sic et Iohan-
nes et Matheus dicit nisi quod
Matheus dixit ascendit Iohannes
autem fugit quod esset contrarium si fugi-
ens non ascenderet, nec illud re-
pugnat quod Matheus dixit ascen-
dit in montem solus orare, Iohan-
nes autem cum cognovisset quia
venturi essent ut facerent eum
regem fugit iterum in montem ipse
solus neque enim causa orandi
contraria est causa fugiendi quando-
quidem et hinc dominus transfigurans
in se corpus humilitatis nostre ut
conforme faciat corpori glorie sue eos
docet hanc esse magnam
causam orandi quando est causa fu-
giendi. Nec illud adversum est quod
Matheus prius dixit iussisse
eos ascendere in naviculam et
precedere eum transfretum donec dimitteret
turbas ac deinde dimissis tur-
bis ascendisse in montem solus
orare Iohannes vero prius eum

fugisse commemorat solum in montem
ac deinde ut autem sero factum est
inquit Descenderunt discipuli eius ad
mare et cum ascendissent navem
Ceterum non videat recapitulando
Iohannem postea dixisse factum
ad discipulos quod iam ihesus iusserat
antequam fugisset in montem sicut
solet in sermone aliquid praetermissum
sum redire quodammodo quod ipse
redditus maxime in brevitate ac
parvo temporis factus non commemorat
Putant plerumque qui audiunt hec
postea etiam factum esse quod postea
dicitur Sicut etiam quos dicat ascen
disse navem et venisse transmare
in Capharnaum dicat ad eos in
mari laborantes venisse dominum
ambulantem super aquas quod utique
prius ipsa navigatione factum est qua
veniebant Capharnaum. Lucas
autem post narratum de quinque panibus
miraculum pergit ad aliud et ab or
dine isto digreditur. Neque enim
aliquid de navicula illa commemo
rat et de via domini super aquas
Sed cum dixisset et manducaverunt omnes
et saturati sunt Et sublatum est quod
superfuit illis fragmentorum cophini
xii. Deinde subiunxit Et factum
est cum solus esset orans erant
cum illo et discipuli et interrogat
eos dicens quem me dicunt esse tur
be. Iam deinceps aliud narrat
non quod illi tres qui dominum ambulan
tem super aquas venisse ad naviga
tes discipulos retulerunt. Nec ideo
putandum est in illo monte quo eum
dixit Matheus ascendisse ut so
lus oraret dixisse discipulis quem
me dicunt esse turbe. Lucas enim
videtur in hoc congruere Matheo quia
dixit cum solus esset orans cum ille
dixisset Ascendit in montem solus
orare sed omnino alibi cum solus ora
ret et essent cum illo discipuli hoc
interrogavit solum quippe Lucas
fuisse dixit non sine discipulis sicut
Matheus et Iohannes quod ab illo

discesserunt ut precedent eum trans
mare. Iste namque aptissime ad
iunxit Erant cum illo et alii di
scipuli. Proinde solum dixit sine
turbis que cum illo habitabant

xlviii Duo sanando tertius
hoc ipsum predicando Capitulum

Sequitur Matheus dicens
et cum transfretasset vene
runt in terram Genasar
et cum cognovissent
eum viri loci illius miserunt per
universam regionem illam et obtule
runt ei omnes male habentes et
rogabant eum ut fimbriam vesti
menti eius tangerent et quicumque
tetigerunt salvi facti sunt. Tunc
accesserunt ad eum de Ierosolimis
scribe et pharisei dicentes Quare
discipuli tui transgrediuntur traditionem
seniorum. Non enim manus suas lavant
cum panem manducant et cetera usque ad
illud Ubi ait Non lotis autem manibus
manducare non coinquinat hominem.
Hoc et Marcus commemorat sine alia
repugnantia questionis. Quicquid
enim diverso modo ab alio dicitur ab ea
dem sententia non recedit. Iohannes
autem ab illa navicula ad quam do
minus supra mare ambulans venit
postea quam exierunt in terram mo
re solito in sermone domini intentus
est ex occasione panis multa preclare
de divina locutum esse commemorat
Postquam ipsum sermonem rursus
in aliud atque aliud eius narratio
sublimis fertur. Nec tamen eo quod
iste digreditur aliquid ordini
istorum illius in alia transitus adversa
tur. Quid enim prohibet intelligi
et illos esse sanatos a domino
De quibus narrat Matheus
et Marcus et illis qui eum se
cuti sunt transmare. Hoc enim co
tutum esse quem predicat Iohannes
quoniam Capharnaum quo dicuntur
secundum Iohannem transfretasse
iuxta stagnum esse Genasar
ad quam terram secundum Matheum di
cuntur exisse. Sequitur ultra

xlix De muliere Cananea
capitulum sequitur

Sequitur itaque matheus post istum sermonem domini ubi de non lotis manibus cum phariseis egit atque ita contexit narrationis ordinem quantum ipse transitus indicat rerum etiam que consecute sunt. Et egressus inquit ihesus inde secessit in partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamavit dicens ei miserere mei domine fili david filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum et cetera usque ad illud ubi ait. O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis et sanata est filia eius ex illa hora. Hoc de muliere chananea etiam marcus commemorat eundem rerum gestarum ordinem servans nec affert aliquam repugnantie questionem nisi quod in domo dicit fuisse dominum cum ad eum venit eadem mulier pro filia sua rogans. Matheus autem quamvis possit facile intelligi de domo tacuisse eandem tamen rem commemorasse. Sed tamen quia dicit discipulos domino ita suggessisse. Dimitte illam quia clamat post nos. Nichil videtur aliud significare quam post ambulantem dominum mulierem illam deprecatorias voces emisisse. Quomodo ergo in domo nisi quia intelligendum est dixisse quod intraverit ubi erat ihesus cum eum predixisset fuisse in domo. Sed quia matheus ait non respondit ei verbum dedit agnoscere quod ambo tacuerunt in eo silencio egressum fuisse ihesum de domo illa. Atque ita cetera contexuntur que iam in nullo discordant. Quod enim marcus commemorat ei dominum respondisse de pane filiorum non mittendo canibus illis interpositum dictum est quod matheus dicta non tacuit .i. quia discipuli rogaverunt eum pro illa. Et quia respondit non se esse missum nisi ad oves que perierunt domus israel. Et quia illa venit .i. secuta est et adoravit eum dicens. Adiuva me. Tunc deinde dictum est quod uterque commemoravit.

R. Duo de vii panibus cum causa capitulum sequitur

Sequitur matheus ita narrans. Et cum transisset inde ihesus venit secus mare galilee et ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe habentes secum mutos claudos cecos debiles et alios multos et proiecerunt eos ante pedes eius et curavit eos ita ut turbe mirarentur videntes mutos loquentes claudos ambulantes cecos videntes et magnificabant deum israel. Ihesus autem convocatis discipulis suis dixit. Misereor turbe quia iam triduo perseverant mecum nec habent quid manducent et cetera usque ad illud ubi ait. Erant autem qui manducaverunt quatuor milia hominum extra parvulos et mulieres. Hoc aliud miraculum de vii panibus et paucis piscibus etiam marcus commemorat eodem pene rerum ordine nisi quod interponit quod nullus alius dicit de surdo cui dominus aures aperuit spuens et dicens effeta quod est adaperire. Hoc sane non absurde fuit admonere in hoc miraculo de vii panibus quod duo evangeliste matheus et marcus posuerunt. Quia si aliquis eorum id dixisset qui de illis panibus non dixisset contrarius ceteris putaretur. Quis enim non existimaret unum idemque factum esse non autem integre et veraciter sive ab illo sive ab illis sive ab omnibus fuisse narratum sed aut illud pro quinque panibus vii fallaciter commemorasse aut illos pro vii quinque aut utrosque mentitos

Scam 8

vel oblivione deceptos. Hoc et de xii cophinis et de vii sportis opinaretur quasi grave. Hoc de quinque milibus et quatuor milibus eorum qui pascebantur. Sed quia illi qui de septem panibus miraculum narraverat nec illud de quinque tacuerat neminem movet et utrumque factum omnis intelligit. Hoc ideo diximus ut sic ubi simile invenitur factum a domino quod in aliquo ceteri alteri ergo ita repugnare videatur ut non omnino solvi possit, nichil aliud intelligatur quam utrumque factum esse et aliud ab alio commemoratum, sicut et de centenis et quinquagenis discumbentibus commendavimus, quia si non etiam utrumque apud unum inveniremus contraria similiter dixisse putaremus.

Capitulum Quomodo per naviculam venisse in Magadan sequitur [illegible]

Sequitur Matheus et dicit: Et dimissa turba ascendit in naviculam et venit in fines Magadan etc. usque ad illud ubi ait: Generatio mala et adultera signum querit et signum non dabitur ei nisi signum Jone. Hoc iam et alibi dixit idem Matheus. Unde etiam atque etiam retinendum est sepius dominum eadem dixisse ut quod existente contrario solvi non potuit bis dictum intelligatur. Hunc sane ordinem et Marcus tenens post illud de vii panibus miraculum hoc subiciat quod Matheus nisi quod de Dalmanutha quod in aliquibus codicibus legitur non dixit Matheus sed Magedan. Non autem dubitandum est eundem locum esse sub utroque nomine. Nam plerique codices non habent etiam secundum Marcum nisi Magedan. Nec illud moveat quod Marcus non dicit responsum esse querentibus signum de celo idem quod Matheus de Jona sed ait dominum respondisse: Signum non dabitur ei. Intelligendum est enim quale petebant, hoc est de celo. Pretermisit autem dicere de Jona quod Matheus commemoravit.

Capitulum Quomodo de fermento Phariseorum

Sequitur Matheus et relictis illis abiit et cum venissent discipuli eius trans fretum obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: Intuemini et cavete a fermento Phariseorum et Saduceorum etc. usque ad illud ubi ait: Tunc intellexerunt quia non dixit cavendum a fermento panum sed a doctrina Phariseorum et Saduceorum. Hec eadem Marcus et etiam eodem ordine.

Capitulum tres quem dicunt homines esse filium dei capitulum

Sequitur Matheus: Venit autem Ihesus in partes Cesaree Philippi et interrogabat discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alii Iohannem Baptistam, alii Heliam, alii Jeremiam aut unum ex prophetis etc. usque ad illud ubi ait: Et quodcumque solveris super terram erit solutum et in celo. Hoc eodem pene ordine Marcus narrat sed interponit primo de ceco illuminato quod solus ipse commemorat. De illo qui dixit domino: Video homines sicut arbores ambulantes. Lucas autem post miraculum illud de quinque panibus hoc recordatur atque inseruit cuius recordationis ordo sicut supra iam ostendimus non repugnat ordini istorum. Sed post illud monet quod Lucas dicit dominum interrogasse discipulos suos quem illum dicerent homines, cum esset solus orans et adessent etiam discipuli. Porro autem Marcus in via dicit illos hoc ab eodem interrogatos. Sed eum monet qui numquam oravit in via. Iam enim dixisse me recolo ne quis arbitretur quod tunc Petrus nomen accepit ubi ait

Tu es Petrus et super hanc pe-
tram edificabo ecclesiam meam.
Non enim accepit hoc nomen nisi
ubi Johannes commemorat. Tu
vocaberis Cephas quod interpre-
tatur Petrus. Unde nec illo loco
ubi Marcus xii discipulos nomina-
tim commemorans dixit appella-
tos Jacobum et Johannem fi-
lios tonitrui arbitrandus est
nomen accepisse Petrus quia
dixit illic quod imposuit ei nomen
ut vocaretur Petrus. Hoc enim
recolendo dixit non quod tunc fa-
ctum sit. Sequitur ultra

Liiii. Nemini dicere et oportere eum multa pati. Capitulum

Sequitur Matheus et di-
cit Tunc precepit discipu-
lis suis ut nemini
dicerent quia ipse esset
Christus Jhesus. Et inde cepit Jhesus
ostendere discipulis suis quod
oporteret eum pati et ire Jero-
solimam et multa pati a seni-
oribus et scribis etc. usque ad
illud ubi ait Non sapis ea
que dei sunt sed ea que hominum.
Hoc eodem ordine subnectunt
Marcus et Lucas. Sed Lucas
de Petro quod passioni Christi con-
dixerit tacet. Ultra patet.

Lv. Si quis vult venire post me abneget. Sequitur capitulum

Sequitur Matheus et
dicit Tunc Jhesus dixit
discipulis suis Si quis
vult post me venire ab-
neget semetipsum et tollat crucem
suam et sequatur me etc. usque ad
illud ubi ait Et tunc reddet
unicuique iuxta opera eius. Hoc
et Marcus subiungit eundem or-
dinem servans. Sed ipse non dicit
de filio hominis venturo cum an-
gelis suis ut reddat unicuique
iuxta opus suum. Commemorat tamen
et illud dixisse dominum Qui
enim me confessus fuerit et mea
verba in generatione ista adultera et pecca-
trice et filius hominis confitebitur
cum in gloria sua cum angelis suis etc. Quod
intelligi potest ad eandem pertinere sen-
tentiam quia dixit Matheus Et
reddet unicuique iuxta opus suum.
Lucas quoque eadem eodem ordine an-
nectit non multo diverso verborum
modo eandem tamen sententiarum veritate
simillimam. Sequitur ultra

Lvi. De transfiguratione domini in monte. Capitulum

Sequitur Matheus A-
men dico vobis sunt
de hic stantibus qui non
gustabunt mortem donec
videant filium hominis venientem
in regno suo. Et post dies sex
assumpsit Jhesus Petrum et Ja-
cobum et Johannem fratrem eius
et duxit eos in montem excel-
sum seorsum etc. usque ad illud
ubi ait Nemini dixeritis visio-
nem donec filius hominis a mor-
tuis resurgat. Hec visio domini
in monte coram tribus discipu-
lis Petro Jacobo et Johanne
ubi etiam de celo illi testimonium
paterne vocis perhibitum est a
tribus evangelistis eodem ordine
commemoratur et eadem omnino sententia.
Sed cetera secundum eadem genera
locutionum diversa sine ulla sen-
tentiarum diversitate que velut sole
superius demonstravi videri a le-
gentibus possunt. Quod autem Mar-
cus post sex dies factum dicit sicut
Matheus, Lucas autem post octo, non
contempnendi sunt si quos movet
sed ratione reddita instruendi.
Dies enim quos enuntiavit dicens
post tot dies aliud non intelligimus
nisi in quo loquimur et cum quo
res ipsa facta est quam premitti-
mus vel pollicemur. Sed medi-
os post quos eveniret plenos atque
integros id futurum est. Hoc secuti
Matheus et Marcus excepto
eodem die quo hec et loquebatur
Jhesus et illo quo exhibuit

memoratum monte visionem me
dios dies intuentes dicentes post
sex dies quod ille annalis finaliter
l' primo atque ultimo dixit post octo dies
loquendi eo modo quo pars pro toto
commemoratur. Iterum quod Lucas ait
de Moyse et Elia et factum est dum
descenderent ab illo ait Petrus ad
Ihesum Preceptor bonum nos hic esse
etc. Non debet putari contrarium illi quod
Matheus Marcus ita dixerunt
Petrum hoc suggessisse quasi ad
Moyses et Elias cum domino loquen-
tes non enim expresserunt quod tunc sed
tacuerunt. Porro quod iste addidit
illis discedentibus hoc Petrum de t-
ribus tabernaculis faciendis domino
suggessisse. Addidit etiam Lucas in-
trantibus autem illis in nubem factam
esse vocem de nube quod illi non
dixerunt sed nec contradicunt.

Kon De Elia et Johanne sequitur

Sequitur Matheus et inter-
rogaverunt eum discipuli dicen-
tes. quid ergo scribe dicunt
quod Eliam oportet venire
primum. At ille respondens ait Eli-
as quidem venturus est ut resti-
tuet omnia. Dico autem vobis quod
Elias iam venit et non cognove-
runt eum sed fecerunt quecumque volu-
erunt sic et filius hominis passurus
est ab eis. Tunc intellexerunt
discipuli quia de Johanne Baptista
dixisset eis. Hoc idem Marcus in
hunc ordinem similiter commemoravit
et non nulla diversitate verborum nichil
tamen ab eiusdem sentencie veritate di-
scessit. sed ipse non addidit intelle-
xisse discipulos quod Johannem dominus
significasset dicendo quod Heliam
iam venerit. Sequitur contra

Kom Kreb? de demonio oratio-
ne et ieiunio eiciendo sequitur

Sequitur Matheus et dicit
Et cum venisset ad turbam
accessit ad eum homo ge-
nibus provolutus ad
eum dicens Domine miserere filio meo
quia lunaticus est et male pa-
titur etc. usque ad illud ubi ait
Hoc autem genus non eicitur nisi
per orationem et ieiunium. Hoc et
Marcus et Lucas eodem etiam
ordine memorant sine ulla
repugnantie questione. Contra

lix. In filius hominis traden-
dus et occidendus sequitur

Sequitur Matheus dicens
conversantibus illis in
Galilea dixit illis Ihesus
filius hominis tradendus
est in manus hominum et occi-
dent eum et tercia die resurget
et contristati sunt vehementer.
Hoc eodem ordine Marcus Lu-
cas commemorant. Contra

lx Unus dedi dragma in
teteis tres sequitur Cap

Sequitur Matheus et cum
venissent Capharnaum
accesserunt qui dragma
accipiebant ad Petrum
et dixerunt ei Magister vester non solvit
didragma. Ait etiam etc. usque ad
illud ubi ait Invenies staterem
illud sumens da eis pro me et
pro te. Solus iste commemorat quo
interposito eundem ordinem sequi-
tur. Iungitur tamen eo et Marcus et
Lucas post ambulant sequitur

lxi Unus quis putas ma-
ior est in regno celorum duo-
rum tangendo Capitulum sequitur

Sequitur ergo Matheus
et dicit In illa hora acces-
serunt discipuli ad Ihesum
dicentes quis putas ma-
ior est in regno celorum. Et advo-
cans Ihesus parvulum statuit eum
in medio eorum et dixit Amen
dico vobis nisi conversi fueritis
et efficiamini sicut parvuli non
intrabitis in regnum celorum etc.
usque ad illud ubi ait Sic et pa-
ter meus celestis faciet vobis
si non remiseritis unusquisque
fratri suo de cordibus vestris.
Ex isto denique pluribus domini
sermone non omnia sed quedam
Marcus eundem sequens ordi-
nem posuit quedam etiam ipse que
Matheus non dicit inseruit

Totus autem sermo quousque eum
considerandum superbis a Petro
solo interpellantur, quiente quo-
tiens fratri sit ignoscendum.
Talia enim dominus loquebatur
ut satis eluceat ex hoc quod
Petrus interrogavit ex quo respon-
sum est ad eundem pertinere ser-
monem. Lucas autem nichil ad
quam de puero quem statuit
ante discipulos mutandi de
sua magnitudine cogitarent
nichil hoc ordine narrato comme-
morat. Si qua enim alia Lucas
dixit que et in isto sermone
sunt posita alibi et ex aliis
occasionibus dicta recoluit
sicut Iohannes de remissione
peccatorum quod tenebuntur si qui
tenuerint et dimittentur si
qui. Post resurrectionem a domino dictum
commemorat. Matheus in hoc
sermone dominum hoc dixisse
nemini meminerit quod et
Petro antea dictum fuisse idem
ipse testatur. Eadem itaque sepe
et pluribus locis Ihesum dixisse
nemo nisi moveatur si ordo al-
terius quibusdam repugnare
reputabitur. Sicut iam sepe
commendavimus meminisse debe-
mus ne hoc semper admonere necesse sit.

Ken. Dico si licet homini
dimittere uxorem sui rone

Sequitur Matheus ita
narrans: Et factum est
cum consummasset Ihesus sermo-
nes istos migravit a Ga-
lilea et venit in fines Iude-
e trans Iordanem et secute sunt eum
turbe multe et curavit eos ibi.
Et accesserunt ad eum pharisei
temptantes et dicentes: Si li-
cet homini dimittere uxorem
suam quacumque ex causa et cetera
usque ad illud ubi ait: Qui potest
capere capiat. Hoc et Marcus
commemorat eundem ordinem te-
nens. Sane videndum est ne re-
pugnare videatur quod ibi Marcus
a domino dicit interrogatos a pha-
riseis quid eis Moyses precepit
atque illos itaque interrogati respon-
disse de permisso sibi libello repu-
dii. Cum Matheus dicat de verbis
domini quibus ostenderat ita ex
lege deum coniunxisse masculum
et feminam et postea non debere ab
homine separari retulisse responsionem:
Quid ergo dominus Moyses man-
davit dare Moyses libellum
repudii et dimittere? Quibus iterum
ait: Quoniam Moyses ad duritiam cor-
dis vestri permisit vobis dimittere
uxores vestras, ab initio autem sic
non fuit. Nam et Marcus hanc
responsionem domini non tacet, sed post
eam quam ei responderunt interroga-
ti de libello repudii in quo or-
dine vel modo verborum [illegible] intelli-
gere debemus ad rei veritatem ni-
chil interesse. Domino separationem prohi-
benti et feminam suam de lege fir-
manti ipsi intulerunt questionem
de libello repudii per eundem
Moysen sibi permisso per quem
et illud scriptum est: Quod deus
coniunxit masculum et feminam. Cum
hoc idem illi de precepto Moysi
interrogati responderunt. Nam
et voluntas eius ita se habebat
ut non eis redderet rationem cur
illud Moyses permisit nisi ipsi
prius hoc commemorassent. Que
voluntas eius ea quam Marcus
posuit interrogatione significata est.
Et illorum voluntas ipsa erat ut
de auctoritate Moysi qui mandavit
dari libellum repudii tamquam
contendentem cum separationem sine
dubio venturam. Hoc enim dictum
est et temptantes accesserunt
que voluntas eorum sic expressa
est per Matheum ut non eos
esse commemoraret interrogatos sed
vestro intulisse de mandato Moysi
si quo vellent convincerent dominum
separationem coniugum prohibentem.
Cum ergo voluntas loquentium
cui debent verba servire ab utroque
utroque modo narrata sit, nichil
interest quamdiu sibi inter ambos
fuit narrandi modus dum ab
eadem veritate [illegible] nemo abscede-
ret. Potest etiam hoc intelligi

Potest etiam hoc intelligi quia
sicut dicit marcus prius ewangelista
de uxore dimittenda interrogan
tes dominum intelligitur interrogasse quid
eis precepit moyses. Cum uero re
spondissent moysen permisisse li
bellum repudii scribere et dimittere
respondit ei de ipsa lege per mo
ysen data quod deus instituit
coniugium masculi et femine. Porro
ea que ponit matheus quia dixit non
legistis quia qui fecit ab initio
masculum et feminam fecit eos. Re
cumbentibus auditis illi quod ei prius
interroganti responderat reposuerunt
dicentes quid ergo moyses mandat
dari libellum repudii et dimittere.
Tunc ipse talia audisse dixit non
dis ipsorum. Quod marcus breuitate
causa prius ponit tamen illi priori
quam matheus intermisit eo ordine
redditam nichil de re indicans ui
tati quomodo loco eisdem ipsis uer
bis quibus dixerant reddetur qui ipsis
uerbis eam reddiderat dominus.

Ca. lxiii m. de imposicione puerilis ma
nuum imponendo eis et exsurgendo

Sequitur matheus. Tunc
oblati sunt ei pueri ut
manus eis imponeret et
oraret. discipuli autem increpa
bant eos etcetera usque ad illud ubi
ait Multi enim sunt uocati pa
uci uero electi. Hunc uero matheo
marcus ordinem tenuit. sed de co
ducti operarijs ad cenandum solus
matheus interponit. Lucas aliter
uero commemorasse illud quod eis di
xit querentibus inter se quis eorum
maior esset adiunxit de illo quem
uiderunt eicientem demonia quod
eum non sequeretur. Inde iam di
gredit ab istis duobus. Ubi
ait enim firmauit faciem suam
ut iret in ierusalem. Ac post multa
interposita occurrit ei rursus ad
commemorandum istum diuitem
cui dicit Vende omnia que ha
bes. quem iam isti commemorant
ex ordine quo predixerunt. Nam
ibi etiam lucas de istis paruulis
antequam diuitis faciat mentionem

quemadmodum et isti non pre
termittit de illo quod diuite qui que
rit quid boni faciat ut uitam
eternam consequatur ut uidere di
stare aliquid quod secundum matheum
dixit quid me interrogas de bono
secundum illos autem quid me dicis bo
num. Nam quid me interrogas
de bono ut faciam ut uitam et
nam consequatur. Ubi enim et
bonum nominauit et interrogauit
est magis autem bone non dictum est
interrogatum commodius possunt autem
intelliguntur utrumque dictum. Quid
me dicis bonum et interrogas me
de bono. Sequitur ultra

Ca. lxiiii tres de passione et re
neticius aliqua dimittit

Sequitur ergo matheus
et dicit Et ascendens
ihesus ierosolimam assum
psit xii discipulos secre
te et ait illis Ecce ascendimus
ierosolimam et filius hominis tra
detur principibus sacerdotum et scri
bis et condempnabunt eum mor
te et tradent eum gentibus
ad illudendum et flagellandum
et crucifigendum et tertia die re
surget. Tunc accessit ad eum
mater filiorum zebedei cum filijs
suis adorans et petens aliquid
ab eo et usque ad illud ubi ait
Sicut filius hominis non uenit
ministrari sed ministrare et dare
animam suam in redemptionem pro
multis. Hunc uero illo ordinem
etiam marcus tenet filios zebe
dei per seipsos dixisse quod ab eis
non per eos ipsos sed per matrem
esse dictum matheus expressit
cum illa eorum uoluntatem detulis
set ad dominum. Inde magis illos
quam illam dixisse quod dictum est
marcus breuiter intimauit. De
inde et ei dominus secundum matheum
et secundum marcum ipsis potius
quam matri respondit. Lucas
autem post ea quam ex eodem ordine
commemorant quae de passione
et de resurrectione sua xii discipulis

predicat pretermittit ea que isti com-
memorauerunt post que interposita
occurrit ei de Iericho. Quod
autem dixerunt Matheus et
Marcus de principibus gentium
quod dominantur subiectis non ita
futurum inter illos sed eum qui
esset maior esse apud alios
futurum dicit tale aliquid et
Lucas sed non eo loco et or-
dine ipse indicat iterum esse eandem
sententiam a domino dictam

lxv Quo de duobus cecis
vnus de vno Capitulum sequitur

Sequitur Matheus Et
egredientibus illis de
Iericho secuta est eum
multa turba Et ecce
duo ceci sedentes secus viam
audierunt quod Ihesus Nazarenus
transiret et clamauerunt dicentes
Domine miserere nostri fili Dauid
et reliqua usque ad illud vbi ait Et
confestim viderunt et secuti sunt
hoc et Marcus commemorat
sed de vno ceco solum que ita
soluitur questio vt illa soluta
est de duobus qui legionem
demonum patiebantur in regi-
one Gerasenorum. Nam duorum
istorum cecorum quos modo interpo-
suit vnum fuisse notissimum
et in illa ciuitate fama famo-
sissimum ex hoc est satis apparet
quod et nomen eius et patris
eius Marcus commemorauit
quod in tot superius sanatis a
domino non facile occurrit nisi cuius
[illegible] archisinagogi etiam
nomine expressit. Cuius filiam re-
suscitauit Ihesus in quo etiam ma-
gis iste sensus apparet quod et ille
archisinagogus vtique in loco
illo nobilis fuit. Procul dubio
itaque Bartimeus iste Thimei
filius ex aliqua magna fe-
licitate deiectus notissime
et famosissime fuit miserie
quod non solum cecus verum etiam
mendicus sedebat. Hinc ergo
est quod ipsum solum voluit com-
memorare Marcus cuius illumina-
tio tam claram famam huic miraculo
comparauit quam erat illius nota
calamitas. Lucas vero quamuis omni-
no eodem de facto tamen in alio
ceco intelligendum est parem com-
memorare miraculum et eius mi-
raculi parem modum. Nam ille quip-
pe commemorat factum dicit cum appropinqua-
ret Iericho. At isti cum egrede-
rentur ab Iericho. Sed nomen ciuitatis
et facti similitudo persuadet
semel esse factum. Sed rursus in hoc
sibi aduersari quod alius dicat cum
appropinquaret Iericho alius cum
egrederentur ab Iericho non sane hoc
persuadet nisi eis qui procliuius
credi voluerint mentiri euangelium quam
duo similia sicut quod miracula fecisse
Ihesum. Quid autem sit credibilius
et quid potius verum et omnis
fidelis filius ecclesie facillime
videt et omnis contenciosus sal-
tem cum admonitus fuerit vel tace-
re vel etiam talia noluit cogitando
sibi ipse respondisset. Ultra

lxvi quando de asina et pullo
sed vno memorate actum concordare
et de lege interpretibus et eorum ingenio

Sequitur Matheus et dicit
Et cum appropinquasset Ieroso-
limis et venisset Beth-
phage ad montem Oliueti
tunc Ihesus misit duos discipu-
los dicens eis Ite in castellum
quod contra vos est et statim inuenie-
tis asinam alligatam et pullum
cum ea et reliqua usque ad eum locum vbi
ait Benedictus qui venit in no-
mine domini osanna in altissimis
Hoc et Marcus narrat eodem
ordine custodito. Lucas autem in
Iericho commoratur quedam comme-
morans que isti pretermiserunt
et Zacheo principe publicanorum
et quedam in parabolis dicta
Post hec et ipse concurrit
eis ad huius pulli recordacionem
siue commendacionem in quo sedit
Ihesus. Nec moueat quod Matheus

et asinam dicit et pullum. Ceteri autem de asina tacent. Primo ergo recordanda est illa regula quam de quinquagenis et centenis discumbentibus cum quinque panibus turbe pascerentur supra insinuavimus, qui insinuata non deberet hoc iam promovere lectorem. Nec si Matheus ita de pullo tacuisset quemadmodum illi de asina tacuerunt, cum magis convenire putaret quod ceteri asinam dixerunt, pro pullo asine quanto minus moveri oportet quod unus ita commemoravit asinam de qua ceteri tacuerunt ut tamen pullum non taceret de quo illi dixerunt. Ubi ergo utrumque factum potest intelligi nulla repugnancia est, nec si alius aliud et aliud alius commemorat, quanto minus ubi et alius unum et alius utrumque. Johannes quidem ad tacet quemadmodum dominus discipulos suos ad hec animalia sibi adducenda miserit. Interponit tamen breviter hoc de pullo cum testimonio etiam prophete adhybet quod Matheus in quo ipso testimonio prophetico aliquantulum diversa eorum locutio ab eadem sententia non recedit. Sed potest movere quod hec Matheus sic adhybet ut asinam dicat commemorasse prophetam. Non autem ita se habet vel quod Johannes interponit vel codices ecclesiastici interpretationis usitate. Cuius rei causa illa mihi videtur quod Matheus hebrea lingwa perhibetur evangelium scripsisse. Manifestum est autem interpretationem que dicitur lxx et nonnullis se aliter habere quam inveniunt in hebreo qui eam lingwam noverunt et qui interpretati sunt singuli eosdem libros hebreos. Huius itaque distancie causa si queratur cur tanta auctoritas interpretationis lxx multis in locis distet ab ea veritate que in hebreis codicibus invenitur, nichil arbitror probabilius existimo quam illos lxx eo spiritu interpretatos quo et illa que interpretabantur dicta fuerant quod ex ipsa eorum mirabili que predicatur

ascensione firmatum est. Ergo et ipsi non nulla in eloquio variando et ab eadem voluntate dei cuius illa dicta erant et cui verba servire debebant non recedendo nichil aliud demonstrare voluerunt quam hoc ipsum quod nunc evangelistarum concordi miramur qua nobis ostenditur non esse mendacium si quisquam ita diversimode aliquid narret ut ab eius voluntate cui consonandum et consentiendum est non recedat. Quod nosse et moribus utile est propter cavenda et vitanda mendacia, et ipsi fidei ne putemus quod consecratis sonis ita muniri veritatem tamquam deus nobis quemadmodum ipsam rem sic et verba que propter illam sunt dicenda est sermonibus per quos dicenda commendet. Cum potius ita res que dicenda sermonibus per quos dicenda proferatur ut istos omnino querere non deberemus si eam sine his nosse possemus sicut illam novit deus et in ipso angeli eius vel

Lxvii quod eiecit ementes et vendentes sed unus et aliud

Sequitur Matheus et dicit: Et cum intrasset Ierosolimam commota est universa civitas dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Ihesus propheta a Nazareth Galilee. Et intravit Ihesus in templum dei et eiciebat omnes ementes et vendentes in templo etc. usque ad illud ubi ait: Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Hoc de turba vendentium eiectis ex templo omnes commemorant. Sed Johannes longe diverso ordine. Nam post testimonium baptiste Johannis de Ihesu cum eum commemorasset isse in Galileam quando aquam in vinum convertit, Deinde post commemoratos paucorum in Capharnaum dierum dicit eum ascendisse in Ierosolimam cum esset Pascha Iudeorum et facto flagello de restibus expulisse de templo vendentes

Unde manifestum est non secundum
hoc esse a dicto factum sed
illud primum commemoratum a Io-
hanne hoc ultimum a ceteris

lxxiii Quomodo de in templo sana
tis fide fieri arida in monte mit
tendo in mare Sequitur Capitulum

Sequitur Matheus Et
accesserunt ad eum ceci et
claudi in templo et sa-
navit eos Videntes autem
principes sacerdotum et scribe mi-
rabilia que fecit et pueros cla-
mantes in templo et dicentes
osanna filio David indignati
sunt et dixerunt ei Audis quid
isti dicunt Ihesus autem dicit eis
utique Nunquam legistis quia ex ore
infantium et lactantium perfecisti
laudem et relictis illis abiit fo-
ras extra civitatem in Bethaniam
ibique mansit Mane autem re-
vertens in civitatem esuriit Et
videns fici arborem unam secus
viam venit ad eam et nichil
invenit in ea nisi folia tantum Et
ait illi nunquam ex te fructus nascatur
in sempiternum et arefacta
est continuo ficulnea Et viden-
tes discipuli mirati sunt dicen-
tes quomodo continuo aruit Respondens
autem Ihesus ait eis Amen dico
vobis si habueritis fidem et non
hesitaveritis non solum de ficulnea
facietis sed et si monti huic
dixeritis tollere te et iactare in
mare fiet et omnia que petieritis
in oratione credentes accipietis
Hoc et Marcus consequitur dicit
sed non eundem ordinem tenet Primo
enim eum in templum Matheus
dicit intrasse et eiecisse ven-
dentes et ementes non commemo-
rat Marcus sed circumspectis omnibus
cum iam vespera esset exisse dicit
in Bethaniam cum xii Et alia
die cum exirent a Bethania
esurisse et arborem fici maledi-
xisse dicit et Matheus commemo-
rat et subiungit idem Marcus
quod venit Ierosolimam et cum
intrasset in templum eiecit vende-
tes et ementes quasi altera die non
primo esse factum sed quia Matheus
ita contexit et relictis illis abiit
foras extra civitatem in Bethaniam
Unde mane revertentem in civitatem
arborem maledixisse commemorat pro-
babilius creditur ipse potius te-
nuisse ordinem temporis de vendenti-
bus et ementibus eiectis de tem-
plo Marcus enim dicit et relictis
illis abiit foras quibus relictis
intelligi poterat nisi cum quibus su-
perius loquebatur indignantibus quod
pueri clamarent osanna filio David
Pretermisit ergo Marcus quod primo
die factum est cum introivit in tem-
plum et recordatum interposuit cum
dixisset quod non invenit aliquid in
ficulnea preter folia quod secundo die factum
est sicut ambo testantur Miratos
autem esse discipulos quod arbor
aruit et eis dominum dixisse de
fide et de monte in mare trans-
ferendo non ipso secundo die quo dixit
arbori iam non amplius in eternum
quisquam ex te fructum manducet
sed tercio die dicit ipse contigisse secundo
commemoravit idem Marcus de templo
eiectos vendentes et ementes quod
primo die factum pretermiserat Ipso ergo
dixit sero vespera egressum de
civitate et cum mane transirent
vidisse discipulos ficum aridam
factam a radicibus et recordatum
Petrum dixisse ei Rabbi ecce ficus
quam maledixisti aruit Tunc etiam
de potentia fidei dixisse Matheus autem
tamquam secundo die hoc totum factum
sit id est et dictum arbori nunquam ex te
fructus nascatur in eternum et arefactam
esse continuo et videntibus discipulis
ac mirantibus illud de virtute fidei
esse responsum Unde intelligitur Mar-
cum quod secundo die commemorasse quod primo
die factum pretermiserat de templo
eiectos vendentes et ementes Ma-
theum vero eum non commemorasse quod altero
die factum est de arbore maledicta
quod mane revertens a Bethania
in civitatem Pretermisit ea que
Marcus commemoravit venisse illum

in civitatem et vespere exisse. Et ma
ne cum preterirent discipulos arborem
aridam fuisse miratos. Et ei quod se
cundo die gestum erat quod arbor maledicta
est adiunxit id quod tercio die gestum
est eius ariditatem miratos esse di
scipulos et de potentia fidei a domino
audisse sic ea coniungens Ut non eum
Marci narratione cogamus contendere
ubi et quid Matheus pretermiserit si
possit agnosci. Cum ergo dixisset
Matheus et relictis illis abiit fo
ras extra civitatem in Bethaniam ibique
remansit. Mane autem revertens in ci
vitatem esurivit et videns fici arbo
rem unam secus viam venit ad eam
et nichil invenit nisi folia tantum.
Et ait illi Nunquam ex te fructus na
scatur in sempiternum et arefacta est
continuo ficulnea. Pretermissis ceteris ad
eundem diem pertinentibus adiunxit statim
et videntes discipuli mirati sunt dicentes
quomodo continuo aruit quod alio die viderunt
alio die mirati sunt. Intelligitur
autem non tunc aruisse quando viderunt
sed continuo quando maledicta est. Neque enim
arescentem sed penitus arefactam vide
runt atque eam continuo in verbo domini arvu
isse intellexerunt. Sequitur. Cap

**lxx tres in qua potestate Ihesus fa
ciat vanus aliquid Ihesus dicit Capm**

Sequitur Moyses et dicit Et
cum venisset in templum acces
serunt ad eum docentem principes
sacerdotum et seniores populi
dicentes In qua potestate hec facis
et quis tibi dedit hanc potestatem
Respondens Ihesus et dixit eis In
terrogabo vos et ego unum sermonem
quem si dixeritis michi vobis dicam
in qua potestate hec faciam. Baptis
mus Iohannis unde erat et cetera usque
ad illum locum ubi ait Nec ego vo
bis dicam in qua potestate hec facio.
Hoc totum et alii duo Marcus et
Lucas totidem pene verbis expli
caverunt nec in ordine inter se vide
tur aliquid discrepare nisi quod supra
locutus ~~est~~ sum quod pretermissis qui
busdam Matheus ad alterum diem

pertinentibus ita contexit narratorem
ut nisi adverteretur posset putari ipsum
in secundo die esse quod reparavit Marcus autem
in tercio. Lucas vero non quasi ex
ordine dies per consequens hoc
subiunxit. Sed cum memorasset
eiectos de templo ementes
et vendentes pretermisit quod exibat
in Bethaniam et regrediebatur
in civitatem et quod de ficulnea
est factum et quod mirantibus discipu
lis de fidei virtute responsum
est. Aliis hiis pretermissis intulit
dicens Et erat docens cottidie in
templo. Principes autem sacerdotum
et scribe et principes plebis
querebant illum perdere et non in
veniebant quid facerent illi. Omnis
enim populus suspensus erat audi
ens illum. Et factum est in una
dierum docente ipso populum in tem
plo et evangelisante convenerunt
principes sacerdotum et scribe cum
senioribus et aiunt dicentes
ad illum Dic nobis in qua
potestate hec facis et quis est
illi bonus commemorant. Unde ap
paret Marcum etiam ipso ordi
ne repugnare quod hic quod dicit
factum in una dierum ea dies
intelligitur in qua id gestum
illi etiam retulerunt. Ultra

**lxx tres de agricolis occi
dentibus suos et heredem uno
de homine habente duos filios**

Sequitur autem Matheus
Quid autem nobis videtur
Homo habebat duos
filios et accedens ad
primum dicens illi Vade hodie
operari in vineam meam. Ille
autem respondens nolo. Postea autem
motus penitentia abiit. Accedens autem
ad alterum dixit similiter. At ille
respondens ait Eo domine et non ivit
et cetera usque ad illum locum ubi ait
Et qui ceciderit super lapidem istum
confringetur super quem vero ceciderit
conteret eum. Marcus et Lucas
non commemorant de istis duobus
filiis quibus imperatum est ut irent
et operarentur in vinea. Sed quod

Post hec narrat matheus de vi-
nea que locata est agricolis
qui persecuti sunt filios missos
ad se et postea dilectum filium occi-
derunt et eiecerunt extra vineam
etiam illi ambo non tacent eodem
ordine custodito i. postea quam
de baptismo Iohannis interroga-
ti iudei se nescire dixerunt et
respondit eis Nec ego dico
vobis in qua potestate hec facio
Nullum ergo repugnantie questio
nascitur nisi quod matheus eos
dixisse cum dominus interrogavit iu-
deos cum venerit dominus vinee
quid faciet agricolis istis illos
respondisse subiunxit atque dixis-
se malos male perdet et vineam
suam locabit aliis agricolis
qui reddant fructum temporibus suis
quod marcus non ab illis responsum
esse commemorat sed dominum hec conse-
quenter locutum post interrogacionem suam
velut sibi quodammodo respondisse
Ita enim dicit Quid ergo faciet
dominus vinee Veniet et perdet
colonos istos et dabit aliis a-
gricolis vineam Sed facile potest
intelligi vel illorum vocem ita sub-
iunctam ut non imponeret illi dixe-
runt aut illi responderunt
sed tamen intelligerent aut ideo
responsionem istam potius domino
attributam quia cum verum dixe-
runt etiam de illis hoc ipse respondit
qui ~~videt~~ est veritas Sed illud
magis movet quod lucas non
solum eos hoc respondisse non dicit
verum etiam ipse quod sicut marcus
domino attribuens verum etiam contrariam
retulisse responsionem dicentes
Absit Ita enim narrat quid
ergo illis faciet dominus vinee
veniet et perdet colonos istos et
dabit vineam aliis quo audito
dixerunt illi Absit Ille autem
aspiciens eos ait Quid ergo
est hoc scriptum est lapidem quem
reprobaverunt edificantes hic factus
est in caput anguli Quomodo
ergo secundum matheum illi quibus
hec loquebatur dixerunt malos
male perdet et vineam suam locabit
aliis agricolis qui reddant ei fru-
ctum temporibus suis cum secundum lucam
talibus verbis contradixerunt dicentes
Absit Et revera quod sequitur dominus
ait de lapide reprobato ab edifi-
cantibus et facto in caput angu-
li ita illatum est ut hoc testi-
monio vincerentur illi parabole contradicen-
tes Nam et ipse matheus hoc
sic commemorat velut contra contradicen-
tibus non ait Numquam legistis in
scripturis quod lapidem quem repro-
baverunt edificantes hic factus est
in caput anguli Quid enim est
Numquam legistis nisi quod hic videat
quod esset contrarium hic et marcus
significat Nam hec ita ille
refert Nec scripturam hanc legistis
lapidem quem reprobaverunt edifi-
cantes hic factus est in caput an-
guli Quale simile secundum lucam
magis apparet loco suo dicta post
illorum contradictionem qua dixerunt
absit Tantundem enim valet sicut
hoc quod ipse ponit Quid est hoc
quod scriptum est lapidem quem re- edi-
ficantes factus est in caput anguli Hanc enim
sive vocem illam intimat sive
Numquam legistis sive nec hoc legi-
stis sive quid est quod scriptum
est Restat ergo ut intelligatur
in plebe quod audiebat quosdam
respondisse quod matheus commemo-
rat dicens illi malos male per-
det quosdam vero illos illud quod lucas
non tacuit hoc est absit Hiis ergo
quid illud dominus responderent
illi alii responderunt Absit Sed
illorum responsio quibus isti retulerunt
absit ita domino tributa est et
a marco et a luca quia sic dixit
per eos veritas ipsa locuta est
sive presientes si mali erant
sicut per cayphan qui nesci-
ens quid diceret cum esset pontifex
prophetavit sive ~~presientes si~~
~~mali erant~~ presientes et
iam intelligentes atque credentes

Ibi enim erat etiam multitudo per quam
erat impleta illa prophetia convení-
enti magna celebritate. Occurrerat
et clamavit: Benedictus qui
venit in nomine domini. Vel mone-
at quod idem moneat Matheus
principes sacerdotum et seniores populi
dixit accessisse ad dominum et que-
sivisse in qua potestate hec faceret
et quis ei dedisset hanc potestatem
quod eos de baptismo iohannis vi-
cissim interrogavit unde esset de
celo an de hominibus quibusque re-
dentibus quod nescirent ait: Nec
ego vobis dico in qua potestate hec
facio. Unde enim secutus est contextu
loquendo et adiecit: Quid autem
vobis videtur? Homo habuit duos
filios etc. Usque vobis tunc quod vel
vel persone interposite est Mathe-
um sermo contexitur consequenter ad hoc
quod de locata agricolis vinea co-
memorat. Potest enim putari ad-
huc principibus sacerdotum et senio-
ribus populi locutum fuisse a quibus
fuerat de sua potestate interrogatus.
Qui utique si temptantes et ini-
ci quesierant non in eis potuit in-
telligi qui crediderant atque illud clarissi-
mum ex prophetia testimonium domino perhi-
buerant. Qui etiam non responderi
potuissent non nescientes sed crede-
tes malos male perdet et vineam
suam locabit aliis agricolis. Hoc
omnino movere non debet ut ideo putemus
non fuisse credentes in illa multi-
tudine que tunc domini parabolas au-
diebat. Tacuit namque idem Mathe-
us brevitatis causa quod Lucas non
tacet parabolam istam scilicet non ad eos
solos prolatam qui de potestate
interrogaverant sed ad plebem. Sic enim
ait: Cepit enim dicere ad plebem
parabolam hanc: Homo plantavit vi-
neam etc. In hac ergo plebe in-
telligendum est etiam illos potuisse
qui sic eum audirent quo tunc
dixerat: Benedictus qui venit in nomine
domini. Et ipsos vel ex ipsis fuisse
qui responderant: Malos male
perdet et vineam suam locabit aliis agricolis.

Quorum responsionem non solum ipsi
ea domino tribuerunt Marcus et Lu-
cas quod hoc ipse dixerit quia ve-
ritas est que etiam per malos
atque nescientes sepe loquitur
occulto quodam instinctu mentem
hominis movens non sanctitatis illius
merito sed iure ipsa potestate. Verum
etiam quod tales esse potuerunt
non ut frustra in ipso corpore
domini sicut membra deputarentur
ut merito illorum vox illi tribueretur
tamquam membra quia iam baptizaverat
plures quam Iohannes
et habebat turbas discipulorum
sicut ipsi euangeliste sepe testantur
et unde erant illi quingen-
ti fratres quibus eum apostolus Pau-
lus post resurrectionem purificatam
esse commemorat. Postmodum et quod
apud eundem Matheum non ita dictum
est: Aiunt malos male perdet
et in eo quod positum est illi plura-
lis numeri accipiendum est tamquam
eorum fuit ista responsio qui eum de
sua potestate dolose interrogaverunt
sed aiunt illi dictum est id est illi
ipsi domino singulari persone non plu-
rali quod respondentibus fuerit sine
ullo dubio ambiguitate apparet.
Est quidem sermo domini apud evangelistam
Iohannem in hoc quod dico facile
possit intelligi. Dicebat ergo
inquit Ihesus ad eos qui credi-
derunt ei iudeis: Si vos perma-
seritis in sermone meo vere
discipuli mei eritis et cognoscetis
veritatem et veritas liberabit vos.
Et responderunt ei: Semen Habrae
sumus et nemini servivimus umquam
quomodo dicis: Liberi eritis? Respon-
dit eis Ihesus: Amen amen dico
vobis quod omnis qui facit peccatum
servus est peccati. Servus autem
non manet in domo in eternum.
Filius autem manet in eternum. Si
ergo vos filius liberavit vere li-
beri eritis. Scio quod filii Abrahe
estis sed queritis me interficere quia
sermo meus non capit in vobis.

qui in eum iam crediderant qui-
bus dicebat Si vos manseritis
in sermone meo vere discipuli mei eritis
Sed licet hoc ad eos diceret qui in
eum crediderant Ita vero intellegendum
prius erat quod plures habebat
inimicos etiam non exprimi necesse
erat qui essent qui respon-
derunt et hoc ipsum quod responderunt
et quod deinde ab illo audire me-
ruerunt satis apparet quae verba
quibus sint tribuenda personis
Sicut ergo in hac multitudine
iam Johannem erant qui iam
crediderant in eum erant et
qui eum occidere quaerebant Sic
in illa de qua nunc loquimur
erant qui dolose se dominum dolose
interrogant In qua parte erant
etiam qui non dolose sed fideliter
acclamabant Benedictus qui
venit in nomine domini Sic per hoc erant
qui dicerent perdet illos et da-
bit aliis vineam suam
quae vox recte etiam ipsius domini
fuisse intelligitur sive propter ve-
ritatem sive propter membrorum eius
cum suo capite unitatem Erant
etiam qui talia respondentibus dicerent
Absit quia intelligebant in se
ipsos parabolam istam dictam.

Lxxi De nuptiis unius duo similitudine ceterum tres Capitulum

Sequitur Matheus Et
cum audissent principes
sacerdotum et pharisei
parabolam eius cognoverunt
quod de ipsis diceret Et quaerentes
eum tenere timuerunt turbas
quoniam sicut prophetam eum habuerunt
Et respondens Ihesus dixit iterum
in parabolis eis dicens Simile
est regnum celorum homini regi
qui fecit nuptias filio suo et
misit servos suos vocare invi-
tatos ad nuptias et nolebant
venire et cetera usque ad id ubi ait
Multi enim sunt vocati pauci
vero electi Parabolam istam de invi-
tatis ad nuptias solus Matheus
commemorat Nam quidam etiam Lu-
cas commemorat sed non est hec sicut
et ordo ipse indicat quamvis et
illud non nullam similitudinem gerat
Hoc vero post illam parabolam de vi-
nea et de occiso filio patrisfa-
milias subnectit Matheus co-
gnovisse iudeos quod in eos com-
positum fuerit et insidias cepisse
molliri hoc et Lucas et Mar-
cus quod testantur eundem ordinem
tenentes sed in ipsum perguntur in
aliud et hic subiungentes quod
et Matheus post quam istam quam
solus interposuit de nuptiis pa-
rabolam ex ordine inseruit.

Lxxii De nummo reddendo Ceza-
ri et de muliere que habuit se-
ptem viros Capitulum Sequitur

Sequitur ergo Matheus
tunc abeuntes pharisei
consilium inierunt ut ca-
perent eum in sermone et
mittunt ei suos discipulos cum
herodianis dicentes Magister scimus
quod verax es et in veritate viam
dei doces et non est tibi cura
de aliquo Nec enim respicis per-
sonam hominum Dic ergo nobis
quid tibi videtur licet censum
dare Cezari aut non et cetera usque
ad illud ubi ait Et audientes
turbe mirabantur in doctrina eius
Hec duo domini responsa unum de
nummo propter tributum reddendum
Cezari alterum de ratione propter
illam mulierem que septem sibimet
succedentibus fratribus nupserat
Marcus Lucas quod similiter narr-
ant nec in ordine aliquo discre-
pant Post parabolam quippe
illam de agricolis vinee et
de iudeis in quos dictum est insi-
dias parantibus que omnes tres
commemorant Pretermittunt hii
duo Marcus et Lucas parabolam
de invitatis ad nuptias quam
solus Matheus interposuit et
cum illo ita consentiunt narrantes
hec duo de tributo Cezaris

et de muliere septem singillatim
virorum eodem processus ordine sine
aliqua repugnantie questione
lxxiii De legisdoctore temptante
simile sed aliud Capitulum

Sequitur ergo matheus
et dicit. Pharisei autem au-
dientes quod silentium impo-
suisset saduceis convenerunt
in unum et interrogavit eum unus
ex eis legisdoctor temptans eum
magister quod est mandatum magnum
in lege. Ait illi ihesus Diliges do-
minum deum tuum in toto corde tuo
et in tota anima tua et in tota
mente tua. Hoc est maximum et pri-
mum mandatum. Secundum autem simile
est huic. Diliges proximum tuum sicut
teipsum. In hiis duobus mandatis
universa lex pendet et prophete. Hoc
et marcus commemorat eundem or-
dinem servans nec moveat quod
matheus dicat temptantem fuisse
illum a quo dominus interrogatus est. Mar-
cus autem hoc tacet et in fine concludit
ita quod ei dominus sapienter respondenti
dixit non longe esse a regno dei.
Fieri enim potest ut quamvis temptans
accesserit domini tamen responsione
correptus sit. Aut certe ipsam
temptacionem non accipiamus malam
tamquam decipere volentis inimicum
sed cautam potius tamquam experiri vol-
lentis amplius ignotum. Neque enim
scriptum est frustra qui facile cre-
dit levis corde minorabitur. Lucas
autem non hoc ordine sed longe aliud
tale aliquid interponit. Utrum autem
hunc recordetur an alius ille sit
cum quo similiter de duobus istis pre-
ceptis dominus egerit prius interrogatum
est. Hunc etiam recte videtur alius
esse non solum propter ordinis multum
distantiam sed quod etiam ipse dicitur respon-
disse domino interrogati et in sua
responsione commemorasse duo ista
precepta. Et cum ei dixisset dominus
hoc fac et vives. Ut ille faceret
quod magnum esse in lege ipse re-
derat. Secutus ergo ait. Ille autem
volens se iustificare ait. Et quis
est michi proximus. Et tunc dominus
narravit de illo qui descende-
bat ab iherusalem in Iericho et
incidit in latrones. Unde quod
et temptans predictus est et
duo precepta ipse respondit et post
admonitionem domini dicentis. Hoc
fac et vives non bonus commenda-
tur dicitur de eo. Ille autem volens
se iustificare. iste autem qui par
ordine matheus marcus quod com-
memorant tamen bene commenda-
tus est ut ei diceret dominus non lon-
ge es a regno dei probabili-
us creditur hunc alium esse non illum
lxxiiii Tres de christo cuius filius
sit Capitulum sequitur

Sequitur matheus con-
gregatis autem phariseis
interrogavit eos ihesus
dicens quid vobis vi-
detur de christo cuius filius est. Di-
cunt ei David. Ait illis. Quomodo er-
go David in spiritu sancto vocat
eum dominum dicens. Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis donec po-
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo
David vocat eum dominum quomodo
filius eius est. Et nemo
poterat respondere ei verbum. Neque
ausus fuit quisquam ex illa
die eum amplius interrogare.
Hoc consequitur et eodem ordine
marcus quod commemorat. Lucas
enim tunc de illo tacet qui inter-
rogavit dominum quod esset mandatum
primum in lege. Hoc autem premisso
eundem tenet ordinem. Sicut et hic
de christo quod sit filius david que-
stione a iudeis dominum proposita narrat
licet interest ad summam quod secundum
matheum eum interrogasset ihesus
quid eis videatur de christo cuius
esset filius illi responderunt David
tunc demum intulit quomodo David
diceret eum dominum. Illi autem alios
duos marcum et lucam non interro-
gati esse nec respondisse invenimus.
Intelligere enim debemus post responsionem
phariseorum dominum
adhibuisse turbis evangelistis insinuatam

quid ab illo dicta sint. Nos au-
dientibus quos volebat suo magi-
sterio utiliter informare et a scribarum
alienare doctrina qui de Christo id
solum sapiebant quod secundum carnem
filius erat ex semine David, non
eum autem intelligebat deum per
quod erat dominus ipsius David, itaque
tamquam de illis cavendis dominus
ad istos sermones faciens quos
volebat ab illorum errore liberari
secundum hos duos evangelistas commemoratur
ut quod illis dictum est quod dicatur
sicut narrat Matheus sicut
accipiebatur non tamquam ad
illos sed tamquam de illis ad
eos potius dictum sit quos vo-
lebat instruere et informare.

LXXV Quod super kathedram Moy-
si sederint scribe et pharisei

Sequitur Matheus ita
narrationis ordinem
texens: Tunc Ihesus
locutus est ad turbas
et ad discipulos suos dicens: Super
kathedram Moysi sederunt
scribe et pharisei. Omnia
ergo quecumque dixerint vobis
facite, secundum opera autem eorum nolite
facere. Dicunt enim et non faciunt
et cetera usque ad illud ubi ait: Non
me videbitis amodo donec
dicatis: Benedictus qui venit
in nomine domini. Talem sermonem
habuisse dominum adversus pha-
riseos et scribas legisque
doctores Lucas quoque commemorat
sed in domo cuiusdam pharisei
qui eum vocaverat ad prandium in
quod ut narraret digressus erat
a Matheo circa illum locum ubi
ambo commemoraverant quod dictum
est a domino de signo Ione tribus
diebus et noctibus et de regina
austri et de Ninivitis et de
spiritu immundo qui redit et in-
venit mundatam domum. Postquem
sermonem dicit Matheus: Adhuc
eo loquente ad turbas ecce ma-
ter eius et fratres stabant
foras querentes loqui ei. Lu-
cas autem in eo sermone domini

commemorans et quibusdam que
Matheus dixisse dominum pretermittit
ab ordine quem cum Matheo tenu-
erat ita transgreditur: Et cum loqueretur
inquit rogavit eum quidam pha-
riseus ut pranderet apud se
et ingressus domum recubuit.
Phariseus autem cepit intra se re-
putans dicere quare non baptiza-
tus esset ante prandium. Et ait
dominus ad illum: Nunc vos phari-
sei quod de foris est calicis et
catini mundatis et cetera. Hinc iam cetera
in eosdem phariseos et scribas
et legis doctores talia dicit qua-
lia Matheus in hoc loco quem-
quam considerandum suscepimus. Verumtamen
quamquam ergo ita ista Matheus com-
memorat ut quamvis domum illius
pharisei non nominet non tamen
locum exprimat ubi dicta sint
quid repugnet aliquid illi domini
Luce quod non venerat dominus in Ierusalem
a Galilea et post eius adventum
ita superiora usque ad hunc sermo-
nem contexuntur ut probabilius
accipiantur in Ierusalem gesta. Lucas
autem illud narrat cum adhuc
iter dominus ageret in Ierusalem. Vi-
detur michi duos similes esse sermo-
nes quorum ille alterum, alterum
iste narravit. Sane considerandum
est quid hoc dictum sit: Non
me videbitis amodo donec dicatis:
Benedictus qui venit in nomine
domini, cum secundum Matheum hoc
dixerint. Sed Lucas enim dicit
hoc esse responsum a domino
illis qui eum monuerant ut
iret inde quia vellet eum Hero-
des occidere. Ipse ibi etiam adiun-
xit ipsam Ierusalem ea prius Luca
ad illos dicta commemorat que
habet Matheus. Sic enim narrat
secundum Lucam: In ipsa die accesserunt
quidam phariseorum dicentes
illi: Exi et vade hinc quia Hero-
des vult te occidere. Et ait illis:
Ite dicite vulpi illi: Ecce eicio
demonia et sanitates perficio ho-
die et cras et tercia die consummor

Verumtamen oportet me hodie et cras
et sequenti ambulare quia non capit prophe-
tam perire extra Jerusalem. Jerusalem Jerusalem
que occidis prophetas et lapidas eos
qui ad te missi sunt, quoties volu-
isti congregare filios tuos quemadmo-
dum vel gallina vel avis nidum
suum sub pennis et noluisti. Ecce
relinquetur vobis domus vestra deser-
ta. Dico autem vobis non me videbi-
tis donec dicatis Benedictus qui
venit in nomine domini. Narrationi
quidem huic Luce non videtur adversari
quod turbe dixerunt domino venienti ad
Jerusalem Benedictus qui venit in nomine
domini. Secundum quippe Luce ordinem non-
dum illuc venerat et non dictum
erat. Sed quia non dicit quod inde ab-
scesserit tunc ut non veniret nisi
eo tempore quo iam illud diceretur. Perve-
niat quippe in itinere suo donec
veniat Jerusalem. Atque illud quod ait
Ecce eicio demonia et sanitates
perficio hodie et cras et tertia die
consummor mystice ab illo et figura-
te dicta intelliguntur. Non enim eo
die passus est qui est ab hac
die tertius sicut continuo dicat Oportet
me hodie et cras et sequenti
ambulare cogit perficio et illud
mystice intelligi quod ait Non me
videbitis amodo donec dicatis, vel
donec veniat sicut dicere Benedictus
qui venit in nomine domini. De illo suo
adventu quo in claritate venturus
est hoc significans. Ut illud quod ait
eicio demonia et sanitates perficio
hodie et cras et tertia die consu-
mor referatur ad corpus eius quod
est ecclesia. Expelluntur enim demonia
cum relictis paternis superstitionibus
creditur in eum gentes et perficiuntur
sanitates cum secundum eius precepta vi-
vitur. Postea quam fuit dyabolo et
huic seculo renunciatum usque in fi-
nem resurrectionis qua tamquam tertia die
consummabitur, hoc est ad plenitudinem
angelicam per corporis etiam inmorta-
litatem perficietur ecclesia. Denique
ordo iste Mathei nequaquam putan-
dus est in aliud aliquid esse digres-
sus. Sed Lucas magis intelligendus
est vel preoccupasse que gesta sunt
in Jerusalem et recordando interposuisse
antequam eius narratio dum perdu-
ceret Jerusalem. Aut eidem tunc iam
appropinquantem talia respondisse mo-
nentibus ut caveret Herodem qualia
Matheus sic dicat etiam turbis
locutum cum iam pervenisset in Jerusalem
atque illa omnia iam peracta essent
que supra narrata sunt vel

lxxvj. Duo de vidua tres de
templi eversione capitulum

Sequitur Matheus et dicit
Et egressus Jhesus de
templo ibat et accesse-
runt discipuli eius ut oste-
derent ei edificationem templi. Ip-
se autem respondens ait illis Videtis
hec omnia? Amen dico vobis non
relinquetur lapis super lapidem
qui non destruatur. Marcus etiam
commemorat hoc eodem ordine
pene post aliquantulam aliquantum
digressionem ad hoc scilicet ut
commemoraret de vidua que misit
duo minuta in gazofilacium
quod et eo Lucas solus comme-
morat. Nam secundum eundem Marcum post
ea quam dominus exegit cum iudeis
quod acciperent Christum filium David
ea narrantur que dicit de caven-
dis phariseis et ypocritis eo-
rum quem locum Matheus latissi-
me persecutus est et plura ibi
dicta narravit. Atque ideo post
eundem locum quem breviter perstrin-
git Marcus et copiose digres-
sit Matheus nichil amplius
Marcus intulit sicut dixit
quam de vidua illa paupercula et
[illegible]. Ac deinde subiungit
ea quibus Matheus iter con-
texit domini de templo futura
eversione. Lucas quoque post illud
de Christo quod esset filius David
pauca de cavenda ypocrisi
phariseorum commemorat. Inde sicut
Marcus pergit ad viduam que
duo minuta in gazofilacium

misit. Deinde subiungit de templi eversione quod Matheus et Marcus secreto discipulis dum interrogantibus quod signum sui adventus esset. Sequitur ultra.

Lxxvii. Sedente ihesu super montem oliveti licet unus et alia

Sequitur Matheus dicens Sedente autem eo super montem oliveti accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando hec erunt et quod signum adventus tui et consummacionis seculi. Et respondens ihesus dixit eis Videte ne quis vos seducat multi enim venient in nomine meo dicentes Ego sum christus et multos seducent etc. usque ad illud ubi ait Et ibunt hii in supplicium eternum Iusti autem in vitam eternam. Totum iam istum prolixum sermonem domini quem tres evangeliste Matheus Marcus et Lucas consideremus eundem quippe tenentes ordinem pariter ista contexunt. Dicit quidem quisque aliqua et singuli propria in quibus nulla est repugnantie questio vel intenta suspicio. De his autem que pariter dicunt ne inter se adversari putentur videndum est. Neque enim dici potest si aliquid tale occurrerit aliud esse aliud sibi alibi a domino dictum quod eodem loco remanat tempore lectionis at tempore omni contextus narracio. Sane quod eandem sententiam a domino dictam non eundem omnes ordinem servant nichil ad rem pertinet vel intelligendam vel insinuandam dum ea que ab illo dicta referuntur non sibimet adversentur. Illud quod ait Matheus Et predicabitur hoc evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus et tunc veniet consummacio. Marcus eodem ordine ita commemorat Et in omnes gentes primum oportet predicari evangelium non dixit et tunc veniet consummacio sed hoc significat quod ait primum et in omnes gentes primum oportet predicari evangelium quia illi de fine interrogaverant. Lucas quod dicit primum oportet in omnes gentes predicari evangelium significat utique primum antequam veniat consummacio. Item quod Matheus ait Cum ergo videritis abhominacionem desolacionis que dicta est a daniele propheta stantem in loco sancto qui legit intelligat. Hoc Marcus ita dicit Cum autem videritis abhominacionem desolacionis stantem ubi non debet qui legit intelligat. In qua mutacione verbi exposuit eandem sententiam. Ideo quippe ubi non debet quia in loco sancto non debet. Lucas autem non ait Cum videritis abhominacionem desolacionis stantem in loco sancto aut ubi non debet sed ait Cum autem videritis circumdari ab exercitu Iherusalem tunc scitote quia appropinquabit desolacio eius. Tunc enim erit abhominacio desolacionis in loco sancto. Deinde autem ait Matheus Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes Et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua Et qui in agro non revertatur tollere tunicam suam. Totidem pene verbis hoc etiam Marcus commemorat. Lucas autem Tunc qui in iudea sunt inquit fugiant in montes hoc sicut illi duo certa non aliter. Sequitur autem et dicit Qui in medio eius discedant et qui in regionibus non intrent in eam quia dies ultionis hii sunt ut impleantur omnia que scripta sunt. Satis diversum videtur quod illi dixerunt Et qui super tectum non descendat tollere aliquid de domo et quod iste dicit Et qui in medio eius discedant nisi forte quia magna perturbacio erit tam magno instante periculo illi quos interclusit hostis obsidio quod sicut dictum est qui in medio eius in tecto erunt attoniti et volentes videre quid impediat vel qua evadendum sit. Sed quod ait discedant si supra dixerat Cum autem videritis

circundari quod excidium Ierusalem. Nota quod sequitur qui in regionibus sunt non intrent in eam. Videtur ad litteram pertinere admonitionem et ut vos similiter ut qui extra sunt non in eam introirent. Quam autem in medio est quod discedat ab excidio iam civitate circumdata. An hoc est tunc in medio eius qui iam ita prelium urget ut temporalis ad presentem vitam tenendam non possit evadi. Et quod tunc parata debet esse anima ac libera nec carnalibus desideriis occupata et oppressa. Hoc significat quod ab aliis duobus dictum est in tecto esse super tectum. Et quod iste autem discedant id est non iam huius vite desiderio capiantur sed in aliam vitam migrare parati sint. Hoc illi duo dixerunt non descendat tollere aliquid de domo sua id est nullo affectu inclinetur in carnem tamquam aliquid inde commodi percepturus. Et quod iste autem qui in regionibus sunt non intrent in eam id est qui iam bono cordis proposito extra illam facti sunt non iam rursus carnali cupiditati desiderent. Hoc illi dixerunt Et qui in agro est non revertatur retro tollere vestimentum suum tamquam iterum implicari curis quibus erat exutus. Quod vero ait Matheus Orate autem ut non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato, hinc Marcus partem dixit partem tacuit Orate vero inquit ut hyeme non fiant. Lucas autem hoc non dixit sed tamen aliquid dixit solus quod michi videatur hanc questionem ab istis obscure positam esse illustrasse firmam. Ita enim ait Attendite vobis ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite et superveniat in vos repentina illa dies tamquam laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem orbis terre. Vigilate itaque omni hora et nunc orantes ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt. Hec intelligitur fuga quam Matheus commemorat, que non debet fieri hyeme vel sabbato. Ad hyemem autem pertinent cure huius vite quas Lucas aperte posuit. Ad sabbatum vero crapula et ebrietas. Cure quippe tristes sunt velut hyems. Crapula vero et ebrietas carnali leticia et luxuria que cor submergit atque obruit quod malum sabbati nomine opera significatum quia hec erat tunc sicut et nunc est Iudeorum pessima consuetudo illa die deliciis affluere dum spirituale sabbatum ignorant. Aut si aliquid aliud in illis verbis Matheum et Marcum verbis intelligendum est aliquid aliud ergo Lucas dixerit dum tamen nulla repugnantie questio moveatur. Neque enim nunc evangelia exponenda suscepimus sed a falsitatis vel fallacie calumpniis defendenda. Alia vero que in hoc sermone Matheus posuit quid cum Marco in nichil habet questionis. Que autem cum Luca in hoc sermone Lucas ea posuit cuius hinc ordo concordat sed alibi talia vel recordatur atque inserit preoccupando ut prius commemoret que post a domino dicta sunt vel bis a domino dicta facit intelligi et nunc secundum Matheum et Marcum secundum ipsum sequitur.

lxxviii Dixit quod post biduum pascha. In conventus de m. in Bethania etiam quedam recapitulatio

Sequitur Matheus Et factum est cum consummasset Ihesus sermones hos omnes dixit discipulis suis Scitis quod post biduum pascha fiet et filius hominis tradetur ut crucifigatur. Huic attestantur alii duo Lucas et Marcus ab eodem ordine non recedentes. Neque hic tamen a domino dictum insinuavit. Quod enim intimare pretermiserunt, ex sua tamen persona et Marcus dicit Erat autem pascha et azima post biduum. Et Lucas Appropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha. Hic ergo

appropinquabat pascha ut esset
post biduum sicut adhuc duo alii
consonant Johannes tribus
quidem locis commemorant ejusdem
diei festi propinquantem, sed alia
quedam duobus superioribus locis
narraret, tercio autem loco, apper-
ens narracio circa ipsa tem-
pora ubi hoc erit illi tres inti-
mant i. imminente iam dominice
passionis hora, sicut videri potest
pateat diligenter intuentibus esse
biduum quod Matheus et Marcus
post ea quam dixerunt pascha bi-
duum post futurum inde commemora-
verunt quod erat ihesus in Bethania
ubi de unguento illo precioso
dicitur. Johannes autem ante sex
dies pasche dicit ihesum venisse
se in Bethaniam de unguento
eadem narratur quomodo ergo isti
illos post biduum futurum erat pa-
scha tamen post ea quam id dixerunt
inveniuntur cum Johanne in Be-
thania illud de unguento quod
ipse narrat. Tunc autem ipse
dicat post sex dies futurum pa-
scha sed qui ita moventur non
intelligunt Matheum et Mar-
cum illud quod in Bethania de
unguento factum erat recapitu-
lando posuisse non post illam
de biduo predicationem suam sed
antea iam factum cum adhuc sex
dies essent ad pascha. Nemo
enim illorum dixisset
post biduum futurum pascha sic
adiunxit de illo facto in Betha-
nia ut diceret post hoc cum esset
Bethanie. Sed Matheus quidem
cum esset autem ihesus in Betha-
nia, Marcus autem Et cum esset
Bethanie quod utique intelligitur
et antequam illa dicerentur que ante
biduum pasche dicta sunt. Sed
quia et ~~Johannes~~ Johanne
narrante colligitur ante sex
dies pasche venit in Betha-
niam et ibi factum est illud convi-
vium ubi de unguento precioso
fit commemoratio. Inde venit Jero-
solimam sedens super asellum

Deinde post ea gerunt ea que nar-
rant post huius adventum Jero-
solimis gesta. Ex illo quo die quo
venit in Bethaniam ubi illud de
unguento factum est usque ad diem
quo ista gesta atque dicta sunt intel-
ligimus et evangelistis non commemoran-
tibus consumptum fuisse quadri-
duum ut occurreret dies qui ante
biduum pasche duo diffinierunt
Lucas autem ait: Tunc appropinquabat
dies festus azimorum non expressit
biduum sed hanc appropinquationem
quam commemoravit in ipso interval-
lo bidui debemus accipere. Johan-
nes cum dicit proximum erat pascha
iudeorum non hoc biduum voluit
intelligi sed sex dies ante pa-
scha. Proinde cum quedam post hoc
biduum commemorasset, cum iam volens
ostendere quod proximum fuisset pascha
dicit ihesus ergo ante sex di-
es pasche venit in Bethaniam
ubi erat mortuus Lazarus quem
suscitavit ihesus. Fecerunt autem
ei cenam ibi. Hoc illud est quod commemo-
rant recapitulantes Matheus
et Marcus, cum iam dixissent
post biduum futurum pascha. Recapi-
tulando ergo ad illum diem rede-
unt in Bethaniam qui erat ante
sex dies pasche et narrant
quod Johannes de cena et un-
guento. Unde ventus erat Jeroso-
limam et pactis illis que narra-
ta sunt perventus ad diem qui
erat ante biduum pasche. Verum
isti digressi sunt ut recapi-
tulando commemorarent quod ante in
Bethaniam de unguento gestum
est cum rei pacta narrando
illuc iterum redeunt unde dis-
gressi fuerant i. ut iam Simo-
nis narrent quem habuit ante
biduum pasche. Nam si tollamus
de medio quod gestum est in Be-
thania digredientes ab ordine
recolendo et recapitulando nar-
rarunt et ipsum ordinem contexamus
ita sermo dirigitur cum Matheum
dicere dominum: Scitis quia post biduum

Pascha fiet et filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Cayphas et consilium fecerunt ut Ihesum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem non in die festo ne forte tumultus fieret in populo. Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth ad principes sacerdotum. Inter enim illud quod dictum est ne forte tumultus fieret in populo et illud quod dictum est Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur Iudas interpositum est illud de Bethania quod recapitulando dixerunt quod nos praetermisso contexuimus narrationi ut in singularum non repugnantie ordinem temporum. Marcus autem eodem Bethanie convivio quod recapitulando ipse interposuit velut praetermisso ita se ordo narrationis tenet. Erat autem pascha et azyma post biduum et quaerebant summi sacerdotes et scribae quomodo eum dolo tenerent et occiderent. Dicebant enim non in die festo ne forte tumultus fieret populi. Et Iudas Scarioth unus ex duodecim abiit ad summos sacerdotes ut proderet eum. Etiam hic inter illud quod dictum est ne forte tumultus fieret in populo et id quod adiunxit et Iudas Scariothis unus ex duodecim positum est illud de Bethania quod recapitulando dixerunt. Lucas sane ipsam rem gestam in Bethania praetermisit. Haec dixi propter sex dies ante pascha quod dixit Iohannes cum in Bethania rem gestam narraret et biduum ante pascha quod Matheus et Marcus dixerunt cum post hoc a se dictum illud ipsum in Bethania quod Iohannes commemorat recoluerunt retro.

lxxix De alabastro fracto unguento effuso item de muliere et Symone

Sequitur igitur Matheus ab eo loco ubi finem fecerat contexende narrationis et dicit Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Cayphas et consilium fecerunt ut Ihesum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem non in die festo ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem Ihesus esset in Bethania in domo Symonis leprosi accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi et effudit super caput ipsius recumbentis usque ad illud ubi ait dicetur et quod haec fecit in memoriam eius. Nunc iam de muliere atque unguento pretioso quod in Bethania gestum est consideremus. Lucas enim quamvis simile factum commemorat nomenque congruit eius apud quem convivabatur dominus. Nam et ipsum Symonem dicit, tamen quia non est contrarium naturae vel consuetudini hominum ut sicut unus homo habere duo nomina multo magis possint et unum nomen habere homines duo. Potius credibile est alium fuisse illum Symonem non leprosum in cuius domo hoc in Bethania gerebatur. Nam et Lucas in Bethania rem gestam dicit quam narrat et quamvis non commemoret civitatem aut castellum ubi factum sit non tamen videtur in eodem loco versari eius narratio. Proinde nihil aliud intelligendum arbitror nisi non quidem aliam fuisse mulierem que peccatrix tunc accessit ad pedes Ihesu et osculata est et lavit lacrimis et tersit et unxit unguento cui adhibita similitudine de duobus debitoribus ait Dimissa esse peccata multa quoniam dilexit multum, sed eandem Mariam bis hoc fecisse, semel scilicet quod Lucas narravit cum primum accedens cum illa humilitate et lacrimis meruit remissionem peccatorum. Nam et hoc ~~iohannis~~ Iohannes quamvis non sicut Lucas quemadmodum factum esset narravit tamen ipsam Mariam commendans commemoravit cum iam de Lazaro resuscitando coepisset loqui antequam veniret in Bethaniam. Quod ita ibi narrat Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania de castello Marie et Marthe sororis eius. Maria autem erat que

unxerit dum unguento et exter-
sit pedes eius capillis suis,
cuius frater Lazarus infirmabatur.
Hec dicens Iohannes attestatur
Luce qui hoc in domo pharisei
cuiusquam Simonis factum esse
narravit. Iam itaque hoc Ma-
ria fecerat. Quod autem in Bethania
rursus fecit aliud est, quod ad
Luce narrationem non pertinet sed pariter
narratur a tribus Iohanne
scilicet Matheo et Marco. Hos istos
igitur tres Matheum Marcum
et Iohannem quemadmodum
sibi ~~ad modum~~ conveniat attendamus
de quibus non est dubium quod ea-
dem rem narrent gestam in
Bethania ubi etiam discipuli et
omnes commemorant murmuraverunt
adversus mulierem tamquam de perditione
pretiosissimi unguenti. Quod ergo
Matheus et Marcus caput do-
mini unguento illo perfusum di-
cunt, Iohannes autem pedes, regu-
la illa ostenditur non esse contrarium q-
uam demonstravimus cum de quinque pa-
nibus pasceret turbas. Ibi enim
quia non defuit qui quinquagenos
et centenos distribuisse comme-
ret. Cum alius quinquagenos
dixit non potuit videri contrarium.
Potuisset autem si alius centenos
tantum posuisset sicut alius quinquage-
nos et tunc debuit inveniri. Con-
trarium factum esse quo ex nos in-
formari oportuit sic illic ad-
moniti ubi erat singula fieri
esse commemorant utrumque factum in-
telligere. Proinde et hic non solum
caput sed pedes domini accipiamus
perfudisse mulierem. Nisi forte quoniam
Marcus fracto alabastro perfusum
caput commemorat tam quisque
absurdus et calumniosus est
ut aliquid in vase fracto neget
remanere potuisse unde etiam
pedes perfunderet. Sed tamen iste contendit
sic esse fractum ut nichil ibi re-
sidui fuit utens adversus veri-
tatem quanto melius et religiosi-
us contendet alius non esse
fractum ut totum effunderet in-
tendens pro veritate evangelii. Ille autem
calumniator. Si tamen pertinaciter
terus est ut evangelistarum concordiam
de alabastro fracto frangere tenetur
prius accipiat perfusos pedes
antequam illud fractum esset ut in-
tegro remaneret. Unde etiam
caput perfunderetur nisi fractura illa totum
effunderet. Capite quippe nobis
ordinate consuli agnoscimus. Sed or-
dinate etiam nos a pedibus ad ca-
put ascendimus. Cetera facti huius
illam michi videntur habere que-
stionem. Quod enim alii dicunt discipulos
murmurasse de unguenti pretiosi
effusione, Iohannes autem Iudam
commemorat et ideo quia fur erat,
manifestum puto esse discipulorum
nomine etiam Iudam signatum
locutione illa quam de Philippo
in quinque panibus insinuavimus plu-
rali pro singulari usurpato. Po-
test intelligi quod et alii discipuli aut sen-
serint hoc aut dixerint aut
eis Iuda dicente persuasum sit atque
omnium voluntatem Matheus et Mar-
cus etiam verbis expresserint, sed
Iudas propterea dixit quia fur erat,
ceteri autem propter pauperum curam. Iohan-
nem autem de solo Iuda illud com-
memorasse cuius ex occasione furandi
eius consuetudinem credidit intimandam.

Lxxx Cur abiit unus de xii in vespere autem facto etiam tres et ite ad quemdam Capitulum

Sequitur Matheus: Tunc
abiit unus ex xii qui dicitur
Iudas Scariotis ad princi-
pes sacerdotum et ait illis:
quid michi vultis dare et ego
eum vobis tradam. At illi consti-
tuerunt ei xxx argenteos et cetera usque
ad illud ubi ait: et fecerunt di-
scipuli sicut constituit illis Iesus
et paraverunt pascha. Nichil in
hoc loco contrarium putatur ex Marco
et Luce qui eadem hic narrant.
Quod enim dicit Matheus: Ite in
civitatem ad quendam et dicite ei:
Magister dicit: tempus meum prope est;
apud te facio pascha cum discipulis

meis. Eum significat quem Mar-
cus et Lucas dicunt patremfami-
lias vel dominum domus in qua ce-
naculum demonstratum est ubi
pararent pascha. Quod autem Mathe-
us interposuit ad quendam, tamquam
ex persona sua studio brevitatis
illud compendio voluit insinuare.
Si enim diceret dixisse dominum Ite
in civitatem et dicite ei magister dicit
tempus meum prope est apud te facio
pascha cum discipulis meis, tamquam tunc
dicendum esset acciperetur. Ac per hoc
non ex domini tunc mandatum narra-
bat sed ex sua persona interposuit
ad quendam misisse dominum ut
irent ne haberent necesse totum dicere
cum hic illi ad simulandam iubentis
sinam sufficere videretur. Nam sic loqui
neminem ut dicat ite ad quendam
quis nesciat. Si enim diceret Ite
ad quemcumque vel ad quemlibet
posset esse integra locucio sed non es-
set certus homo ad quem mitteretur.
Cum enim certum ostendat, compri-
mitur tacito eius nomine. Marcus et Lu-
cas dicebat quippe dominus ad quem
mitteret, et ut eum et illi quos
mittebat invenire possent. Premo-
nuit quod indicium sequerentur, de homine
gestante lagenam aque vel am-
phoram ut eum secuti ad eam domum
um. quam volebat ut venirent
cum itaque non hic posset dici Ite ad
quemlibet quod integritas quidem locu-
tionis admittit. Sed hoc loco rei
huius que insinuabatur veritas non ad-
mittit. Consequenter hic dici potuit
Ite ad quendam quod omnino nichil contra
locutionis dici potest. Nam plane quis non
ad omnino non ad quemlibet sed ad quen-
dam hominum id est ad aliquem certum mis-
sos esse manifestum est. Quod nobis
ex persona illa narrata potuit evan-
narrare ut diceret misit eos ad
quendam ut dicerent ei apud te
pascha facio cum discipulis. Potuit etiam

sic misit eos ad quendam dicens
Ite dicite ei apud te facio pascha.
Ac per hoc sunt verba domini Mathe-
us interposuisset dicens Ite in civi-
tatem. Interposuit ipse ad quendam
non quod hic dominus dixerit sed ut ipse
nobis insinuaret tacito nomine
fuisse quendam in civitate ad quem
dominus mittebatur ut pararet
ac sic post hanc ex persona sua
interposicionem dominorum verborum
sequitur ordinem verborum domini dicen-
tis. Et dicite ei magister dicit. Iam
cum si queras cur recte videtur
ei tandem hominem ad quem mis-
sisse insinuavit eum. Cum ex per-
sona sua interposuisset ad quendam
minus usitata quidem locutio sed
tum sit intellecta integerrima est
Aut si hec aliquis peritus hebrea
lingua quam perhibetur scripsisse
Matheus ut etiam totum ex perso-
na domini dictum locutionis inte-
gritate non careat viderint
qui noverint. Sane ita pos-
sent etiam latine dici si diceretur
Ite in civitatem ad quendam quem
vobis demonstravit homo qui
vobis occurrerit lagenam aque
portans. Hoc modo iubenti sine
ambiguitate posset obtemperari
vel ut etiam si diceret Ite in civi-
tatem ad quendam qui manet
illo aut illo loco tali vel tali
domo cum expressione loci et de-
signatione domus posset intelligi
possetque fieri. Hiis autem tam signi-
ceteris tacitis indiciis cum dicit
Ite ad quendam et dicite ei
Verbis non potest audiri quod certum ali-
quem velit intelligi cum dicit ad
quendam et non exprimit quem
demonstratur. Quod si ex persona domini
etiam illud interpositum accipi-
erit quidem nimia brevitate sub
obscura locutio sed tamen in-

Et matheus lagenam dicit
quam lucas amphoram ille va
se hec ille modo signat vtrumque
voluntatem sine custodiunt De-
quitur matheus discumbebat
cum discipulis et edentibus
illis dixit Amen dico vobis
quia vnus vestrum me traditu-
rus est et contristati valde cepe-
runt singuli dicere Numquid e-
gom domine At ipse ad illud respo-
ndit Videns autem iudas qui
tradidit eum dixit Numquid
ego sum rabi ait illi Tu di-
xisti In hiis que consideranda
visa posuimus nichil affuerit
questionis etiam certe euangelista
qui tacita commemorat Sequitur

Explicit liber secundus Incipit
prohemium libri tercii Augustini

Iam quid omnium quatuor nar
ratio in eo perducta loco in
quo nunc est eos usque in
finem pariter ambulare nec ullum
digredi ab inuicem sic ubi forte
alius aliquid commemorat quod alius
pretermittit Unde non expeditius
demonstrare posse omnem euangelistarum con-
uenientiam dicimus hic iam loco
omnia contexamus et in unam
narrationem faciem quam digeramus
Sic ergo arbitror commodius fa-
ciemus quam id quod suscepimus explica-
ri ut aggrediamur narrationem omnia
commemorantes cum ceteris euangelistarum atte-
stacione qui dixit ex hiis omnibus
unusquisque quod potuit aut quod voluit
commemorauit vt cum ab omnibus
hec omnia dicentur que demonstra-
ta est in nullo sibi contraria sunt
igitur incipiam secundum matheum

Explicit prohemium Incipiunt
capitula libri Tercii et sto do
Primum Tres de nativitate aut
illis vnus pedum locorum in quo mi
stica corporis vnus mulier simonem
Secundum De Galli cantu quatuor
et negacione petri Tercium
Contexto quatuor de simone de coho
rte vibracione duobus gladijs
cantu galli Quartum De gethse
mani de orto sanguinis sudore in
in mea rationem si fit ex. Quintum
Adhuc eo loquente ecce iudas
quem quilibet in questione Sextum
At illi tenentes ihesum questiones
omnium quatuor negacione petri Septimum
Quatuor de negacione petri secunda
Octauum Quatuor de mane facta
cum ihesu et de mie putatiua au
ctoritas acceperunt xxx argente
os Nonum Quatuor que per pylatum
cum domino gesta sunt et ihesus ste-
tit ante presidem Decimum Et tunc
milites presidis suscipientes ihesum
in Undecimum Quatuor de symone
cyreneo et quod baiulans ihesus
crucem Duodecimum De golgata quatuor
et de mirrato vino et diuisione
vestimenti Tredecimum quatuor de hora
crucifixionis et solucio optima omnis
hore Quatuordecimum quatuor de duobus
latronibus Quindecimum Duo de blas
femia in de illudentibus Sedecimum
Tres de latronibus improperantibus
Decimumseptimum De tenebre facte ma
gna tres de aceto quatuor xviii
de expiracione tres consummatum est vnus
xix Tres de velo templo xx
vnus corpora sanctorum surrexerunt
in de centurione xxi quatuor de
mulieribus circa crucem xxii quatuor de
Iosepho petente corpus ihesu
vnus latere perforato xxiii quatuor de
imposicione corporis in monumento
vnus addit Nicodemum xxiiii
Duo de mulieribus circa sepulcrum
vnus de custodia sepulcri xxv
de maria et angelis et visione
et circa hec omnibus omnes quatuor pauli
quod apud apparit xxvi De appari
cionibus post resurrectionem omnes quatuor
pauli quod apud apparitiones xxvii
Summa apparicionum xpi post resurrectionem
xxviii Duo de precedam vos in gali
leam Sequuntur iam Annotata

Cenantibus autem eis ac-
cepit Ihesus panem et
benedixit ac fregit
dedit que discipulis suis
et ait accipite et co-
medite hoc est corpus
meum. Hoc et Marcus et Lucas comme-
morant. Nos autem quam panem di-
xit. Deinde autem post ea quam pa-
nem dedit illud quod superius dixit
post cenam implevit ut solet. Illud vero
quod ordine suo posuit non commemo-
rauit superius. Octauianus autem quem
circa hanc fecit summam quae et illorum
est. Iohannes autem de corpore
et sanguine domini hoc loco nichil
dixit sed plane alibi multo uberius
dominum locutum fuisse testatur. Nunc
vero cum dominum a cena surrexisse
et pedes lauasse discipulorum comme-
morasset reddita et racione cur
hic eos fecit in qua dicit adhuc
clausa significauat per testimonium
scripture adeo se tradi qui man-
ducaret eius panem. Venit ad
hunc locum quem tres ceteri posuit insi-
nuat. Cum hec dixisset inquit Ihesus tur-
batus est spiritu et protestatus est
et dixit Amen amen dico vobis
quia unus ex vobis tradet me.
Aspiciebant ergo sicut idem ipse Ioha-
nes nectit ad inuicem discipuli hesitan-
tes de quo diceret et contristati sunt
sicut Matheus et Marcus dicunt
ceperunt ei singillatim dicere Numquid
ego sum. At ipse respondens ait sicut
Matheus sequitur Qui intingit
mecum manum in parapside hic me
tradet. Et sequitur idem Matheus
ita subnectens: Filius quidem hominis
vadit sicut scriptum est de illo. Ve
tu homini ve illi per quem traditur
bonum erat ei si natus non fuisset
homo ille. In hys et Marcus hoc

etiam ordine consonat. Deinde
et Matheus subiungit: Respondens
autem Iudas qui tradidit eum
dixit Numquid ego sum rabbi.
Ait illi Tu dixisti. Et iam hic
non expressum est utrum ipse esset
ut enim esset intelligi tamquam
non ego dixi. Potuit in hoc sic dici
ad Iudam et a domino responderi
ut non omnes aduertent. Deinde se-
quitur Matheus et inserit miste-
rium corporis et sanguinis a domino
discipulis datum sed et Marcus et Lucas
sed cum tradidisset calicem rur-
sus de traditore suo locutus
est quod Lucas prosequitur dicens
Verumptamen ecce manus tradentis
me mecum est in mensa et cetera.
Sed hoc secundum quod diffinitum est va-
dit. Ve autem homini illi per quem
tradetur. Hoc iam intelligendum
est illud consequi quod narrat
Iohannes. Isti autem pretermisertunt
sicut quedam Iohannes pre-
miserunt misit que illi dixerunt.
Ergo quod post traditum calicem
dixisset dominus quod a Luca positum
est Verumptamen ecce manus traden-
tis me mecum est in mensa
cui coniungitur illud secundum Iohannem
Erat ergo recumbens unus ex
discipulis eius in sinum Ihesu quem
diligebat Ihesus. Innuit ergo huic
Symon Petrus et dicit ei Quis
est de quo dicit. Itaque cum recubu-
isset ille supra pectus Ihesu ei
Domine quis est. Respondit Ihesus
Ille cui ego intinctum panem por-
rexero et cum intinxisset panem
dedit Iude Symonis Scarioth. Et
post buccellam tunc introiuit in illum
sathanas. Hic uidendum est ne
non solum Luce qui iam dixerat
intrasse sathanam in cor Iude
tunc cum pacto est cum iudeis ut
eum accepta pecunia traderet
sed etiam sibi ipsi Iohannes repugnat

videatur qui iam dixerat supra nobis
antequam istam buccellam panis ac-
ciperet et cena facta cum iam dyabolus
intromisisset in corde iude ut tra-
deret eum iudas. Secundo quando intrat
in corde mittendo in quas per-
suasiones cogitacionibus inquinatis
quod hic intelligere debet a dyabolo
iudam plenius esse possessum
sic etiam in bono illi qui iam ac-
ceperant spiritum quando eis post resurrectionem
insufflavit dominus Accipite spiritum sanctum
postea tamen eundem desuper missum
esse die penthecostes utique ple-
nius acceperunt. Post buccellam
ergo tunc introivit in eum sathanas
Et sic consequenter Johannes ipse
commemorat. Dicit ei ihesus Quod facis
fac citius. Hoc autem
nemo scivit discumbentium ad
quid dixerit. Quidam autem puta-
bant quia loculos habebat
iudas. Quod dicit ei ihesus quod
facis quod facis fac citius. hoc
autem nemo scivit discumbentium
ad quid dixerit ei. Quidam autem
putabant quod loculos ha-
bebat iudas quod dicit ei ihesus
eme ea que opus sunt nobis
ad diem festum aut egenis
ut aliquid daret. Cum ergo accepis-
set buccellam exivit continuo. Erat
autem nox. Cum ergo ~~accepisset~~
exivisset dicit ihesus Nunc clari-
ficatus est filius hominis et deus
clarificatus est in illo et clarifi-
cavit eum in semetipso et continuo
clarificabit eum. Filioli adhuc mo-
dicum vobiscum sum. queretis me
et sicut dixi iudeis quo ego
vado vos non potestis venire Et
vobis dico modo. Mandatum no-
vum do vobis ut diligatis invi-
cem sicut dilexi vos et vos dili-

gatis invicem. In hoc cognoscent
omnes quia mei discipuli estis si di-
lectionem habueritis ad invicem. Dixit
ei Symon petrus Domine quo
vadis. Respondit ihesus quo ego vado
vos non potestis modo me sequi
sequeris me postea. Dicit ei sy-
mon petrus quare non possum te
modo sequi. Animam meam pro
te ponam. Respondit ihesus Animam tuam
pro me pones. Amen amen di-
co tibi non cantabit gallus donec
ter me neges. Hec de predicta ne-
gatione sua petri non solus Johannes
ex tunc ergo modo ista interposui
quod et ceteri tres commemorant. non si-
ne dubio ex una eademque occasione
sermonis ad eam commemorandam
venerunt. Nam et matheus et
marcus tali prorsus ordine ut eo-
dem narrationis loco eam subne-
ctunt ambo Postea quam dominus
egressus est ex illa domo ubi
manducaverunt pascha. lucas vero
et Johannes antequam inde esset
egressus quod facile possumus intel-
ligere aut illos duos eam recapi-
tulando posuisse aut istos preoccu-
pando nisi magis movet quod tam
diversa non tantum verba sed etiam sententias
domini premittunt quibus permotus
petrus illam presumptionem protulit
vel cum domino vel pro domino mo-
riendi ut magis cogant intelligi
ter eum expressisse presumptionem
suam diversis locis sermonis christi
et ter illi a domino responsum quod eum
esset ante galli cantum ter nega-
turus. Neque enim incredibile est
aliquotiens distinctis intervallis temporum
petrum commotum esse ad presumendum
sicut ad negandum vere. dicit dum
aliquid ter sibi respondisse quicquid
etc consequenter illius alias interposite

rebus aut verbis pcessionis fu
cum ter illud interrogat petro cum
amet et ter hoc idem rndenti et
ipse mandatum de pascendis ovibus
suis vnicuique qr ter precepit. hoc
aut esse credibilius qr ter ostende
rit presumptionem suam petrus et
trina sua negatione ter a dno au
diret ex istis eius verbis que a dno
dicta dixisse ac diuisa commemorat
sic pbatur Tunc memineris qr me
inposuit ex a eius iohannis. hic
recte dixerat. filioli adhuc modicum
vobiscum sum quer[i]tis me sic dixi
iudeis quo ego vado non pote
stis venire et vnc dico vobis
ut vsq ad illud locum vbi ait
domine quo vadis. Nempe hic
manifestum est ex illis verbis mo
tum esse petrum vt diceret domine
quo vadis. quia dicentem audierat
quo ego vado non potestis venire
Rndit petrus eidem petro quo
ego vado non potes me modo
sequi sequeris aut postea Tunc
ille ait Quare non possum modo
te sequi modo Animam meam pro
te ponam huic presumptioni rndit
dns futuram eius negatorem. lucas
aut cum commemrasset dixisse dnm
Symoni Ecce sathanas expetiuit
vos vt cribraret sicut triticum
Ego aut rogaui pro te vt non
deficiat fides tua et tu aliqn
conuersus confirma fratres tuos Tunc
subiecit petro rndisse Domine
paratus sum tecum et in carcerem et in
mortem ire Et ille dixit Et ego
dico tibi Petre non cantabit gal
lus ~~ter~~ hodie ter me nosse neges
Cum hic aliud sit illud aliud vnde
petrus ad presumendum prouocatus sit
quis non videat Ait Mathe
et Marcus dicto hymno exierunt

in montem oliueti. tunc dixit illis
ihesus Vos vos scandalum patiemini
in me in ista nocte Scriptum est enim
percuciam pastorem et dispergentur
oues gregis Postquam aut surre
xero precedam vos in galileam Sic
prosequitur Marcus et Mathe Rndit hu
hec verba et vel sine similibus
illis vel quibus Iohannes
vel quibus lucas sicut petrus
retulit presumptionem suam Et hec
ergo ita sequitur Rndens aut
petrus ait illi Et si omnes scanda
lizati fuerint in te ego non scan
dalizabor. Ait illi ihesus Amen
dico tibi quia in hac nocte an
tequam gallus cantet ter me nega
bis Ait illi petrus eciam si oppor
tuerit me mori tecum non te nega
bo Similiter et omnes discipuli dixerunt
hec pene ipsis verbis eciam mar
cus commemorat nisi quod non congrue
distinctius quemadmodum
futurum esset expressit dictum a
dno Amen dico tibi qr tu hodie
in nocte hac prius quam gallus
vocem dederit ter me es negatu
rus Cum itaque ob dicat pre
dixisse dnm qr eum petrus esset
negaturus antequam gallus cantaret
non aut omnes dicant quociens
gallus cantaret marcus prop
narrauit expressius Vnde
non nullis videtur non congruere ce
teris qr parum attendunt et ma
xime eorum obnubilatur intencio
ad aduersus euangelium animo induuntur
hostili Notata enim petri nega
cio trina negacio est In eadem
nam permansit trepidacione animi
propositum mendacij donec admonitus
quid ei predictum sit a marco
amaro fletu et cordis dolore
sanaret hec aut tota .i. trina
negacio si post primi galli cantum

incipet falsum dixisse videntur
tres quippe Matheus dixit Amen
dico tibi quia hac nocte antequam
gallus cantet ter me negabis
Lucas ait Dico tibi petre
non cantabit hodie gallus donec
ter neges nosse me. Johannes
ait Amen dico tibi non cantabit
gallus hodie donec ter me ne
ges. Diversis autem verbis
et verborum ordine eandem explica
verunt sententiam quod
antequam gallus cantaret
cum Petrus esset negaturus
Rursus si totam trinam negationem
ante peregisset quam cantare
gallus inciperet superfluo dixis
se Marcus de persone ex persona
domini Amen dico tibi quia tu
hodie in hac nocte priusquam
gallus bis vocem dederit ter
me negaturus es. Quid enim
attinebat dicere prius quam
bis quia si ante primum galli can
tum tota illa trina negatio comp
leretur similiter et ante secundum et ante
tertium et ante omnes galli cantus
eiusdem noctis completa inveniretur
que ante ipsum primum completa
probaretur. Sed quia ante primum galli
cantum cepta est illa trina nega
tio. Attenderunt illi tres non
quando eam completurus esset pe
trus sed quanta futura esset
et quando ceptura id est quia trina et
quia ante galli cantum quamquam
in animo eius et ante primum
galli cantum tota possit intelligi
quamvis enim verbis negantis
ante primum cepta ante secundum
autem galli cantum peracta sit
tota illa trina negatio tamen affe
ctione animi et timore petri
ante primum tota concepta est. Nec
interest quanta mora inter

vallis trina voce enunciata sit
cum corpus eius est ante primum
galli cantum tota possidet tam
magna formidine incita
ut posset dominum non solum semel
sed iterum et tertio interrogatus negare
ut rectius diligentiusque atten
dentibus videatur quia iam mecha
tus est eam in corde suo qui
eam videt ad concupiscendum
sic petrus quandoque verbis ederet
timorem que tam vehementer
animo conceperat ut perducere posset
usque ad trinam negationem negati
onem domini tota trina negatio ei
tempori deputanda est quando eum
trine negationi sufficiens timor
invasit. Ex quo et si post primum
galli cantum incipientibus pulsato
interrogationibus pectore verba il
la negationis erumperet. Nec sic
absurde aut mendaciter ante
galli cantum ter negasse diceretur
quando ante galli cantum tantus timor
obsederat mentem qui eam posset
usque ad trinam negationem perducere
Multo minus igitur movere debet quia trina
negatio et trinis negantis vocibus
ante galli cantum cepta et si non
ante primum galli cantum peracta est
tamquam si alicui diceretur hac nocte
antequam gallus cantet
ad me scribes epistolam in qua mihi
ter conviciaberis. Non utique si eam
ante omnem galli cantum scribere
inciperet et post primum galli cantum
finiret ideo dicendum erat falsum
fuisse predictum. Marcus ergo de
spatio vocum intervallis planius
elocutus est qui dixit ex persona
domini priusquam bis gallus vocem
dedit tibi me negaturus es. Ita
gestum esse apparebit cum ad eundem
locum narrationis evangelii venerimus
ut etiam ibi illud ostendatur evange
listas sibi congruere Si autem queritur

ipa omnia verba que Petro dominus
dixit neque invenire possit. Puto et
suspensio querentur tamen summa eius
propter quam agnoscendam verba pre-
xerunt etiam in dubiis eorum verba
possit esse notissima Omne ergo
dubiis simonis domini locus. Concor-
tus petrus singillatim tibi enun-
ciavit ter enunciavit presumptionem
et ter ei dominus negationem suam pre-
dixit Sic probabilius modicum omne
aliquo narrandi ordine premis-
sum omnium eorum concordatos
in unum redigi quibus demonstrem
dominum dixisse Petro presumenti
quod eum negaturus esset in il-
la hic eorum repugnancia depre-
hendi poterit sicut nulla est
in contextis in ore de simone
de contencione tractatus. Duobus gla-
diis sancti galli sequitur

Nunc vero quantum possumus
ex omnibus ordinem
illam sequamur Cum ita-
que secundum Iohannem hec Pe-
tro predictum esset sequitur idem
Iohannes et conseruit dominus ser-
monem dicens Non turbetur cor
vestrum neque formidet credite in de-
um et in me credite in domo
patris mei mansiones multe sunt
Et cetera sermonis eius precia max-
que sublimia diu narrat donec que-
cumque veniat ad illum locum ubi ait
dominus Pater iuste mundus te non cogno-
vit ego autem te cognovi et hii co-
gnoverunt quia tu me misisti et no-
tum feci eis nomen tuum et notum
faciam ut dilectio qua dilexisti me
in ipsis sit et ego in ipsis Cum
autem facta esset contencio inter eos
quis eorum videretur esse maior
sicut lucas commemorat dixit eis
Reges gentium dominantur eorum et qui
potestatem habent super eos benefici

vocantur Vos autem non sic sed
qui maior est in vobis fiat si-
cut iunior et qui precessor est
sicut ministrator Nam quis ma-
ior est qui recumbit an qui mi-
nistrat nonne qui recumbit Ego
autem in medio vestrum sum sicut
qui ministrat Vos autem estis qui
permansistis mecum
in temptationibus meis et ego
dispono vobis sicut disposuit
michi pater meus regnum ut eda-
tis et bibatis super mensam meam
in regno meo et sedeatis super
tronos iudicantes xii tribus israel
Ait autem dominus symoni sicut lucas
ipse subiungit Ecce sathanas
expetivit vos ut cribraret sicut
triticum ego autem rogavi pro
te ut non deficiat fides tua
et tu aliquando conversus confirma fra-
tres tuos Qui dixit ei Do-
mine tecum paratus sum in carcerem
et in mortem ire Et ille dixit
Dico tibi petre non cantabit hodie
gallus donec ter abneges me
nosse Et dixit eis quando misi vos
sine sacculo et pera et calcia-
mentis numquid aliquid defuit
vobis At illi dixerunt nichil
Dixit autem illis Sed nunc qui
habet sacculum tollat similiter et pe-
ram Et qui non habet vendat
tunicam suam et emat gladium
Dico enim vobis quoniam adhuc hoc
quod scriptum est in me oportet imple-
ri Et quod cum iniustis deputatus
est Et enim ea que sunt de me
finem habent At illi dixerunt
Domine Ecce duo gladii hic At
ille dixit eis satis est Et ymp-
no dicto sicut Matheus et Mar-
cus commemorant exierunt in mon-
tem oliveti Tunc dixit eis ihesus
Omnes vos scandalum patiemini
in hac nocte Scriptum est enim

Percuciam pastorem et dispergen-
tur oues gregis. Postquam autem resurre-
xero precedam vos in galileam. Re-
spondens autem petrus ait illi
Et si omnes scandalizati fuerint in te ego
numquam scandalizabor. Ait illi ihesus Amen
dico tibi quia in hac nocte
antequam gallus cantet ter me
negabis. Ait illi petrus Eciam
si oportuerit me mori tecum non te nega-
bo. Similiter et omnes discipuli dixerunt
hec secundum matheum in xxvi ca-
pitulo et marcus pene ipsa et
totidem verba sunt nisi quia
distat illud quod de galli cantu
iam supra enodaui.

**iiii de Bethsemani de orto
sudor sanguinis in iii ora-
racionem si fieri potest**

Contexuit ergo narra-
cionem suam matheus et
dicit Tunc venit ihesus
cum illis in villam
que dicitur gethsemani. Hec et
marcus dicit. Hoc et lucas
non expressit nominato predio
cum ait Et egressus ibat secundum
consuetudinem in montem oliua-
rum. Secuti sunt autem eum et
discipuli Et cum peruenisset ad
locum dixit illis Orate ne
intretis in temptacionem. Iste
locus est cui nomen illi di-
xerunt Bethsemani. Ubi
fuisse intelligendus ortus quem
commemorat Johannes ita
narrans. Hec cum dixisset
ihesus Egressus est cum discipulis
suis trans torrentem cedron
ubi erat ortus in quem in-
troiuit ipse et discipuli eius
Deinde secundum matheum dicit
discipulis Sedete hic donec va-
dam illuc et orem Et assum-
pto petro et duobus filiis
zebedei cepit contristari et
mestus esse Tunc ait
illis Tristis est anima mea usque
ad mortem Sustinete hic et vi-
gilate mecum Et progressus pu-
sillum procidit in faciem orans et
dicens Mi pater si possibile
est transeat a me calix iste Ve-
runtamen non sicut ego volo sed
sicut tu Et venit ad discipulos suos
et inuenit eos dormientes
et dicit Petro Sic non potuistis
vigilare mecum vigilate et ora-
te ut non intretis in temptacionem
Spiritus quidem promptus est caro
autem infirma Iterum secundo abiit
et orauit dicens Pater mi si non
potest hic calix transire nisi bi-
bam illud fiat voluntas tua Et
venit iterum et inuenit eos dor-
mientes Erant enim oculi eorum
grauati Et relictis illis iterum
abiit et orauit tercio eundem ser-
monem dicens Tunc venit ad
discipulos suos et dicit illis Dor-
mite iam et requiescite Ecce ap-
propinquabit hora et filius hominis
tradetur in manus peccatorum Surgite
eamus Ecce appropinquauit qui
me tradet. Hoc et marcus
quo prius modo ac eodem ordine
consensit aliquanto breuius quedam
constringens similiter et aliquantum ma-
gis aperiens. Nam videtur hic
sermo secundum matheum tamquam sibi
ipsi contrarius qui post terciam oracionem
venit ad discipulos suos et dicit
illis Dormite iam et requie-
scite cum tota veritate Ecce appropin-
quauit hora et ideo dicit
Surgite eamus. Quia velut re-
pugnancia conmoti qui legunt
conantur ita pronunciare quod dictum
est Dormite iam et requiesci-
te tamquam ab exprobrante non
a permittente sit dictum quod recte
fieret si esset necesse. Cum vero
marcus ita hoc commemorauit

Ut cum dixisset Dormite et re-
quiescite adiungeret sufficit Dein-
de inferret Venit hora Ecce tra-
detur filius hominis Utique intelligitur
post illud quod eis dictum est Dormi-
te et requiescite siluisse dominum
ut hoc aliquantum pateret sicut fieret
quod permiserat et tunc intulisse
Ecce appropinquabit hora Ideo post
illa verba secundum Marcum positum est
sufficit i. quod requievistis iam
sufficit Sed quia commemorata iam
non est ipsa imposito silencio do-
mini propterea coartatur intellectum ut
in illis verbis alia pronunciatio re-
quiratur. Lucas autem pretermisit
quotiens oravit Dicit sane quod
isti tacuerunt et orantem ab angelo
confortatum et prolixius orantem su-
dorem fuisse sanguineum et guttas
decurrentes in terram Cum ergo dicit
et cum surrexisset ab oratione et
venisset ad discipulos suos non
expressit quanta oratione mora tum
illis duobus repugnat. Johannes
vero postea quam in ortum ingressus
dicit cum discipulis suis non comme-
morat quid illic egerit dominus eius
traditor cum iudeis ad eum comprehen-
dendum venit. Tres igitur isti ea-
dem rem ita narraverunt sicut
eciam unus homo ter posset cum ali-
quanta varietate nulla tamen adversita-
te. Lucas enim quantum ab eis progres-
sus i. avulsus fuit ut deberet
manifestius aperuit dicens quantum
iactus est lapidis. Porro autem
Marcus primo ex verbis suis idem
narravit rogasse dominum ut si fieri
posset transiret ab illa hora i. pas-
sionis quam taliter nomine modo per-
(?) constravit. Deinde verba domini ipsa
sic enunciavit Abba pater Omnia
tibi possibilia sunt transfer tali-
cem hunc a me Quibus verbis si
adiungas que illi duo dixerunt
Et que eciam ipse Marcus in perso-
na sua prius supra posuit ita
sunt manifesta. Pater si fieri
potest omnia enim tibi possibilia sunt
transfer calicem istum a me
nequis eum putaret patris mi-
nuisse potestatem Cum ait si fieri
potest. Non enim dixit si facere
potest sed si fieri potest. Fieri autem potest
quod ille voluit Sic itaque dictum
est si fieri potest, ut si diceretur
si vis. Manifestavit enim Mar-
cus quo intellectu acciperetur
sit si fieri potest quod ait Omnia
tibi possibilia sunt Et quod com-
memoravit eum dixisse Verum
quod non ego volo sed quod tu, quod
tandem valet quantum sit si ita
dicatur Verumtamen non mea vo-
luntas sed tua fiat satis ostendit
non ex impossibilitate sed ex vo-
luntate patris dictum esse si fieri
potest. Presertim quia Lucas et hoc
ipsum planius intimavit Non
enim ait Si fieri potest sed si vis.
Tunc autem iam manifestius in-
telligitur quod Marcus posuit ut
ita dicatur Si vis omnia tibi possibilia
sunt transfer a me calicem istum
Quod autem ipse Marcus non solum
pater sed abba pater eum dixisse
commemorat hoc est abba hebraice
quod est latine pater et fortasse
dominus propter aliquod sacramentum utrum-
que dixit volens ostendere illa
esse personam in persona sui corporis
i. ecclesie suscepisse cui factus
est angularis lapis ex diverso
venienti ad eum partim ex hebre-
is ad quos pertinet quod ait
Pater Etiam Paulus apostolus
non pretermittens hoc sacramentum
in quo clamamus inquit abba pater
Et iterum ait Misit deus spiritum suum

sum scitum in corda vestra clama
tem abba pater. Apparuit enim ut
bonus homo niger et verus
salvator inferioribus et infirmio
ribus compaciens in seipso
demonstraret non debere suos mar
tires desperare si qua forte cor
dibus eorum irreperet suo tempore
passionis ex humana fragilitate
tristicia tunc eam mittent vo
luntati sue preponendo voluntatem
dei quia ille scit quid expe
diat quibus consulit de qua
tota re non nunc tempus est ut ube
rius disseratur. Agitur enim
modo de convenientia ewangelistarum
in quorum diversitate verborum sa
luberrime discimus non aliud in
verbis ad audiendam veritatem
quam sententiam loquentis esse requi
rendam. hoc est enim pater quod
abba pater. Sed ad sacramentum
intimandum plenius est abba
pater ad unitatem significandam
sufficit pater et quoniam quod di
xisse abba pater. Credendum
est tamen non eluceret sententia nisi aliis
dicentibus pater demonstraretur sic
esse illas duas etiam ex iu
deis et gentibus ut esset u
na sit ex illo ergo intellectum est
dictum abba pater quo idem dominus
alibi ait. habeo alias oves
que non sunt ex hoc ovili gentium
utique significans cum haberet oves et
in populo israel. Sed quia scriptum ad
iecit oportet me et alias addu
cere ut sit unus grex et unus pa
stor tamen valet et israhelitas
et gentes abba pater tamquam ad unum
gregem pertinentem pater. V. adhuc eo
loquente ecce iudas quem qui
bus quatuor [illegible]

Adhuc autem eo loquente
sicut dicit matheus et
marcus ecce iudas unus
de xii venit et cum eo multa turba
cum gladiis et fustibus missi a prin
cipibus sacerdotum et senioribus popu
li. Qui autem tradidit eum dedit eis
signum dicens quemcumque osculatus fu
ero ipse est tenete eum et confestim
accedens ad ihesum dixit. Ave ra
bi et osculatus est eum. Dixit
que ei primo quod ait lucas. Iuda o
sculo filium hominis tradis. Deinde
quod matheus. Amice ad quid
venisti. Deinde dixit quod Iohan
nes commemorat. Quem queritis. Re
sponderunt ei. ~~Ihesum~~ Ihesum naza
renum. Dicit eis ihesus. Ego sum.
Stabat autem et iudas qui trade
bat eum cum ipsis. Ut ergo dixit
eis ego sum abierunt retrorsum et
ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interro
gavit quem queritis. Illi autem dixe
runt. Ihesum nazarenum. Respondit
eis ihesus. dixi vobis quia ego sum.
Si ergo me queritis sinite hos abire
ut impleretur sermo quem dixit quia quos
dedisti mihi non perdidi ex ipsis quem
quam. Videntes autem sicut lucas dicit
hii ergo qui circa ipsum erant dixerunt
ei. Domine si percutimus in gladio
et percussit unus ex ipsis quod omnes
quatuor dicunt servum principis sacerdo
tum et amputavit auriculam eius
sicut lucas et iohannes dicunt
dexteram. Qui autem percussit Io
hannes. Petrus quem percussit
malchus vocabatur. Deinde quod
lucas dicit. Respondens autem ihesus ait
Sinite usque huc. et adiunxit quod
matheus commemorat. Converte
gladium tuum in vaginam. Omnes
enim qui acceperint gladium gladio
peribunt. An putas quia non possum
rogare patrem meum et exhibebit
mihi plusquam xii legiones
angelorum. Quomodo ergo implebuntur
scripture quia sic oportet fieri. His
verbis adiungi potest quod lucas eo loco

dixisse Johannes commemorat taliter: calicem quem dedit mihi pater non bibam illud? Tunc sic dicit lucas: tetigit auriculam eius qui percussus erat et sanavit eum. Set movet quasi contrarium sit quod lucas dicit interrogantibus discipulis si percutiemus in gladio dominum respondisse sinite usque huc, quasi post illam percussionem ita dictum fuit ut placuerit ei usque huc factum sed amplius fieri noluit. Tamen in verbis que matheus posuit potius intelligatur totum factum quod usus est gladio petrus domino displicuisse. Illud enim verius est quod cum eum interrogassent dicentes Domine si percutimus in gladio, tunc respondit sinite usque huc, id est non vos moveat quod futurum est permittendum est usque huc progredi, hoc est ut me apprehendant et impleatur que de me scripta sunt. Sed inter moras verborum interrogantium dominum illisque respondentis Petrus defensionis aviditate et maiore pro domino commotione percussit. Sed non potuit non enim dicit respondens autem ihesus ad verbum interrogatorum responderet non facto petri. Nam de facto petri quod indicavit matheus solus dicit. Ubi ergo non dicit matheus respondit ihesus petro converte gladium tuum sed dixit tunc ait illi ihesus converte gladium tuum. Et post factum apparet dixisse dominum illud verbum quod lucas posuit. Respondens autem ihesus ait sinite usque huc illis qui interrogaverant. Responsum esse accipiendum est sed quia ut diximus inter verba interrogantium et respondentis domini factum est ictu uno percussio, hoc ordine indicavit esse narrandum ut ea inter verba interrogatorum et responsionis eam insereret. Non est ergo contrarium hoc ei quod dicit matheus: Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt, id est qui usi fuerint gladio. Tercio autem posset contrarium si dominus ex illa responsione saltem usque ad vim nec lesionem letale vulnus usum tamen gladii spontaneum approbasse demonstraretur quam etiam Petro totum dictum congruenter possit intelligi ut prescripta querela. Et quod lucas et quod matheus retulit quedam supra commemoravimus. Sinite usque huc et converte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt. Quomodo autem sit intelligendum sinite usque huc ut exposui iam et si aliter melius potest ita sit dum tamen evangelistarum veritas constet. Postea sequitur matheus et commemorat quod in illa hora dixit ihesus turbis tanquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me. Cottidie apud vos sedebam docens in templo et non me tenuistis. Tunc addidit et verba que lucas posuit dicens hec est hora vestra et potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est sicut matheus dicit ut implerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt dicit et marcus. Sequebatur autem illum adolescens quidam amictus syndone sicut idem marcus commemorat. Et cum tenuissent eum reiecta syndone nudus profugit ab eis. Ultra sequitur.

Dī At illi tenentes ihesum conne xiones dñi in mor. negacionis petri

At illi tenentes ihesum duxerunt eum ad caypham principem sacerdotum ubi scribe et sacerdotes convenerant sicut matheus dicit. Sed primo ad Annam ductus est socerum Cayphe sicut Johannes dicit. Marcus autem et lucas nomen non dicunt pontificis. Ductus autem est ligatus cum adessent in illa

turba tribunus et cohors et
ministri sicut dicit Johannes et com-
memorat. Petrus autem sequebatur
eum a longe usque in atrium
principis sacerdotum et ingressus
intro sedebat cum ministris ut
videret finem sicut dicit Matheus
et calefaciebat se ad ignem
sicut in eo loco narracionis
dicit Marcus. Hic et Lucas com-
memorat quod Petrus sequebatur a
longe. Accenso autem igne in
medio atrio et circumsedentibus
illis erat Petrus et alius disci-
pulus. Discipulus autem ille
erat notus pontifici et
introivit cum ihesu in atrium pontifi-
cis sicut Johannes dicit. Petrus
autem stabat ad hostium foris
expectans iohannem. Exivit ergo
discipulus alius qui erat pontifici
notus et dixit hostiarie et introduxit
petrum sicut idem Johannes dicit.
Sed cum esset factum ut intressit
petrus in atrio sicut et alii
dicunt. Principes autem sacerdotum
et omne concilium sicut Matheus
dicit querebant falsum testimonium contra
ihesum ut eum morti traderent
et non invenerunt cum multi falsi te-
stes accessissent. Convenientia
enim testimonia non erant sicut
dicit Marcus cum eundem locum
commemoraret. Novissime vene-
runt duo testes falsi sicut dicit
Matheus et dixerunt. Hic dixit
possum destruere templum dei et
post triduum reedificare illud.
Alios etiam Marcus commemorat
dixisse. Nos audivimus eum dicen-
tem ego dissolvam templum hoc
manu factum et post triduum aliud
non manu factum edificabo et non
erat conveniens testimonium illorum
sicut idem Marcus idem dicit. Et
surgens princeps sacerdotum ait
illi. Nichil respondes ad ea que
isti adversum te testificantur. Jhesus

autem tacebat. Et princeps sacerdotum
ait illi. Adiuro te per deum vi-
vum ut dicas nobis si tu es
christus filius dei vivi. Dicit illi ihesus
tu dixisti. Hec Matheus. Marcus
autem eadem aliis verbis dicit non quod
taceat quod eum adiuravit princeps
sacerdotum sed tantum valet et vere ostendit
quod ei dicat ihesus tu dixisti
tamquam si diceret ego sum. Sequitur
enim ut ait idem Marcus. Ihesus
autem dixit illi. Ego sum et vide-
bitis filium hominis a dextris sede-
re virtutis et venientem in nubibus
celi. Hic dicat et Matheus sed non
dicat respondisse ihesum ego sum.
Tunc princeps sacerdotum scidit ve-
stimenta sua dicens. Blasfemavit
quid adhuc egemus testibus. Et Marcus
Matheus non commemorat. Et sequitur
Ecce nunc audistis blasfemiam
quid vobis videtur. At illi respon-
dentes dixerunt. Reus est mortis.
Hoc etiam testatur et Marcus. Et se-
quitur Matheus. Tunc expuerunt
in faciem eius et colaphis eum
ceciderunt. Alii autem palmas in
faciem eius dederunt dicentes prophe-
tiza nobis christe quis est qui
te percussit. Hoc dicit et Marcus
commemorat etiam quod ei faciem vela-
verunt. De hiis autem Lucas quod testatur
hoc intelligitur passus dominus usque
ad mane in domo principis sa-
cerdotum quo prius adductus est ubi
etiam petrus temptatus est. Sed
de petri temptacione que inter
has domini contumelias facta est non
eodem ordine omnes narrant. Nam
ipsas primo commemorat Matheus
et Marcus. Deinde petri tem-
tacionem. Lucas vero prius explicat
temptacionem petri cum demum domini
contumelias. Johannes autem incipit
petri temptacionem dicere et interponit
quedam de contumeliis domini et ad-
iungit quod inde missus est ad Cay-
pham pontificem et inde recapi-
tulat ut expleret quod ceperat

temptacionem petri in domo quo
primo adductus est et redit ad
videndum ubi ostendit quemadmodum
ductus est dominus sit ad Cay-
pham Dicit ergo matheus sequitur
Petrus vero sedebat foris in atrio
et accessit ad eum una ancilla
dicens Et tu cum ihesu galileo
eras At ille negavit coram omnibus
dicens Nescio quid dicis Exeunte
autem eo illo ianuam vidit eum
alia ancilla et ait hiis qui e-
rant ibi Et hic erat cum ihesu naza-
reno et iterum negavit cum iuramen-
to quia non novi hominem Et post pu-
sillum accesserunt qui stabant et
dixerunt petro Vere et tu ex il-
lis es Nam et loquela tua
manifestum te facit Tunc cepit
detestari et iurare quod non novisset
hominem et continuo cantavit gallus
hoc dicit matheus Intelligitur autem
quod post ea quam exivit foras cum iam semel
negasset gallus cantavit primo quod
matheus tacet et marcus dicit
non autem foris ante ianuam iterum
negavit sed cum redisset ad focum
quod autem redierit non opus erat
commemorare marcus ergo sic dicit
illud narrat Et exiit foras foris
ante atrium et gallus cantavit
Rursus autem cum vidisset eum ancil-
la cepit dicere circumstantibus quia
hic ex illis est At ille iterum negavit
hec vero ancilla non eadem sed alia
est sicut dicit matheus Sane hic
quod intelligitur quia secunda negacione
a duobus compellatus est et ab an-
cilla scilicet quam commemorat matheus
et marcus et ab alio quem comme-
morat lucas Petrus enim sequeba-
tur eum a longe Accenso autem igne
in medio atrio et circumsedentibus
illis erat Petrus in medio eorum
quem cum vidisset ancilla quedam et
cum fuisset ~~intuita~~ intuita dixit
Et hic cum illo erat At ille negavit
eum dicens mulier non novi eum

Et post pusillum alius videns eum
dixit Et tu de illis es. hec quod
quod lucas ait Et post pusillum iam
egressus erat petrus ianuam
et primo gallus cantaverat iamque
redierat ut quemadmodum dicit
Johannes ad focum stans iterum
negaret Johannes enim in prima
negacione petri non solum de secundo
galli cantu tacet sicut et ceteri
excepto marco sed et quod sedentem
ad ignem cognovit ancilla non
commemorat hic enim tantum ait Dicit
ergo petro ancilla hostiaria
Numquid et tu de discipulis
es hominis istius Dicit ille non sum
Deinde interposuit que gesta sunt
cum ihesu in eadem domo que comme-
moranda arbitratus est ita nar-
rans Stabant autem servi et ministri
ad prunas quia frigus
erat et calefaciebant se Erat
autem cum eis et Petrus stans et
calefaciens se Hic ergo intelligitur
iam exisse foras Petrus et redisse
se Primo enim sedebat ad ignem
et post ea iam rediens stare cepit
part Sed forte ait aliquis non dum
exierat surrexerat autem exiturus
hic post dicere qui putat foris ante
ianuam secundo interrogatum negasse
Videas ergo Johannis sequencia
Pontifex ergo interrogavit
ihesum de discipulis et de doctrina eius
Respondit ei ihesus Ego palam locutus
sum mundo et ego docui in synagoga
et in templo quo omnes iudei
conveniunt et in occulto locutus
sum nichil quid me interrogas
Interroga eos qui me audierunt
quid locutus sum ipsis ecce hii
sciunt quid dixerim ego hec
autem cum dixisset unus assistens
ministrorum dedit alapam ihesu dicens
Sic respondes pontifici Respondit ei
ihesus Si male locutus
sum testimonium perhibe de malo
si autem bene quid me cedis
Et misit eum Annas ligatum

ad Cayphan pontificem. hic
sane ostenditur quod Annas ponti
fex erat non dum enim missus
erat ad Caypham cum iam sce
lus diceretur hic eundem pontifici
et hos duos Annam et Cay
pham pontifices commemorat
et Lucas in initio sui evan
gelii dicens. Iohannes redyt
et ad id quod ceperat de negacione
petri id est ad eandem domum ubi
gesta sunt que narravit et
unde ad Caypham missus est
ihesus ad quem ab initio ducebatur
sicut dicit Matheus. Come
morat autem ista Iohannes que
interposuit recapitulacio de Petro
et ad eam narracionem rediens
Ita dicit ut impleat triam nega
tionem. Erat autem Symon Petrus sy
mon stans et calefaciens se. Di
xerunt ergo ei. Numquid et tu ex
discipulis eius es. Negavit ille et
dixit. Non sum. Hoc igitur loco
invenimus et non ante ianuam
sed ad focum stantem secundo negasse
Petrum. quod fieri non possit nisi
iam redisset. Sed post ea quam fo
ras exierat. Neque enim iam exie
rat et foris eum vidit alia
ancilla. Sed cum exiret eum vidit
id est cum surgeret ut exiret animadu
tit eum et dixit hys qui erant
ibi. id est qui simul erant ad ignem
intus in atrio. Et hic erat cum
ihesu nazareno. Ille autem qui fo
ris exierat hoc audito rediens
iuravit illis contra intentibus quod
non novit hominem. Marcus et mar
cus sic ait de eadem ancilla et
cepit dicere circumstantibus quod hic ex
illis est. Dicebat enim non illi
sed hys qui eo exeunte ibi rema
serant sic tamen ut ille audiret.
Unde ~~audiens~~ rediens et rur
sus ad ignem stans resistebat
negando verbis eorum. Deinde
in eo quod Iohannes ait dixerunt
Numquid et tu ex discipulis eius es
quod redeunti et stanti dictum in
telligimus. Hic quod confirmat non

illam cum alteram ancillam quam comme
morat in hac secunda narracione Mathe
us et Marcus sed et aliud quem
commemorat Lucas cum Petro id egis
se. Unde Iohannes dicit Dixerunt
ergo ei. Quamvis sive post ea quam
illo exeunte dixit ancilla hys
qui secum erant in atrio quod hic ex
illis est. hoc audito ille regressus
est eius ut se quasi purgaret
negando sive quod credibilius non
audivit quid de illo dictum sit
cum foras exierit. Et post ea quam
redyt dixerunt ei ancilla et ille
alius quem Lucas commemorat. Num
quid tu ex discipulis eius es et
dixit non sum. permanens insistere
illo de quo Lucas ait atque dicente
et tu ex illis es tum Petrus ait
o homo non sum. Ecce quibus cum colligi
tollatis de hac re omnibus evangelistis
testimoniys non ante ianuam secundo
Petrum negasse sed intus in atrio ad
ignem. Matheus autem et ~~Iohannes~~
Marcus qui commemoravit exisse
eum foras ingressum eius brevitate
causa tacuisse. Hec autem de trina
negacione impleta eorum congruenciam
quam Matheus solum iam explicasse
se meminerimus. Sequitur

Vnum capitulum de negacione petri tercia

Sequitur ergo Matheus et
dicit Et pusillum qui astabant
dicebant Petro. Vere ex illis
es. Nam et galileus es.
Ille autem cepit anathematizare
et iurare quia nescio hominem istum
quem dicitis. Et statim gallus iterum
cantavit. Lucas vero ita sequitur
hic idem narrans et intervallo facto
quasi unius hore alius quidam affirma
bat dicens. Vere et hic cum illo erat
nam et galileus est. Et ait Petrus
homo nescio quid dicis. Et continuo
adhuc illo loquente cantavit gallus.
Iohannes servus de tria Petri ne
gacione ita explicavit. Dicit unus
ex servis pontificis cognatus eius
cuius abscidit Petrus auriculam. Non
ne ego te vidi in orto cum illo. Iterum
ergo negavit Petrus et statim gallus

cantavit. Quod igitur Matheus et Mar-
cus dicunt. Post pusillum, cum esset
hoc tempus manifestat Lucas dicendo
et intervallo quasi hore unius. De hoc autem
intervallo tacet Johannes. Item quod
Matheus et Marcus singularem pro
plurali numero commemorant eos qui cum
Petro agebant, et Lucas unum
dicit, Johannes quoque unum eundemque
cognatum eius cuius abscidit Petrus
auriculam, facile est intelligere
aut pluralem numerum pro singulari usi-
tata locutione posuisse Matthe-
um et Marcum, aut quod unus ma-
xime tamquam sciens et eum qui vi-
derat affirmabat, ceteri autem secuti
eius fidem Petrum simul urgebant.
Unde urgebat eum duos evangelistas
compendio pluralem numerum posuisse
alios duos eum solum significare
voluisse qui precipuus in hoc
erat. Jam vero illud quod Matheus
post Petro dictum fuisse asserit
Vere et tu ex illis es, nam et
loquela tua manifestum te facit
sicut eidem Petro Johannes dictum as-
serit Nonne ego te vidi in orto
cum illo. Matheus autem inter se il-
los locutos dicit Vere ex illis es
nam et Galileus es. Sic Lucas
non Petro sed de Petro dicit ali-
us quidam affirmabat dicens Vere
et hic cum illo erat, nam et Galile-
us est. Aut sententiam intelligi
tenuisse eos qui compellatum
dicunt Petrum, quandoquidem eum valuit
quod de illo coram illo dicebatur
quantum sibi illi diceretur, aut utroque
modo dictum et alios illud alios
aliud modo commemorasse. Galli
autem cantum post trinam negationem
intelligimus sicut Marcus expressit.
Sequitur ergo Matheus ita dicens
Et recordatus est Petrus verbi
Jesu quod dixerat Priusquam gallus cantet
ter me negabis, et egressus
foras flevit amare. Marcus

autem ita dicit. Recordatus est Petrus
verbi quod dixerat ei Jesus Priusquam
gallus cantet bis, ter me ne-
gabis, et cepit flere. Lucas
autem sic ait, Et conversus dominus ri-
~~dit petrum~~ respexit Petrum
et recordatus est Petrus verbi
domini sicut dixerat quia priusquam
gallus cantet ter me nega-
bis. Et egressus foras flevit ama-
re. Johannes de recordatione Pe-
tri et fletu tacet. Sane multum movet
quod ait Lucas quod conversus dominus re-
spexit Petrum, quomodo accipiendum
sit diligentius considerandum est.
Quamvis enim dicantur etiam in-
teriora atria, tamen in exteriori atrio
fuit Petrus inter servos qui si-
mul se ad ignem calefaciebant.
Non est autem credibile quod ibi audi-
ebatur dominus a iudeis ut corporalis
fieret illa respectio. Namque cum di-
xisset Matheus Tunc exspuerunt
in faciem eius et colaphis eum
ceciderunt, alii autem palmas in
faciem eius dederunt dicentes Pro-
phetiza nobis Christe quis est
qui te percussit, secutus est dicens
Petrus vero sedebat foris in atrio
quod non diceret nisi illa intus fierent ubi dominus
agebatur. Et cum intelligitur in nar-
ratione Marci non solum in interio-
ribus sed etiam in superioribus domus
agebantur. Nam postea quam Marcus
talia narravit, secutus ait Et
cum esset Petrus in atrio deorsum.
Sicut ergo eo quod Matheus ait
Petrus vero sedebat foris in atrio
ostendit quod illa intus agerentur,
sic eo quod dixit Marcus Et cum esset
Petrus deorsum ostendit non solum
in interioribus sed etiam in superioribus
gesta que dixerat. Quomodo ergo
respexit Petrum dominus facie corpo-
rali? Quapropter in videtur illa re-
spectio divinitus facta ut ei ve-
nisset in mentem quotiens iam
negasset et quid dominus ei predixisset

ac ita misericorditer dns respici
ente peniteret eum et sicut beati
fecerit sicut cottidie dicimus Do(mine)
respice me et respexit eum sicut
qui de aliquo periculo vel labo
re diuina misericordia liberatus est sic
sicut dictum est Respice et ex
audi me et [illegible] et libera
animam meam Ita dictum arbitror
quomodo dns respexit petrum
et recordatus petrus verbi domini
Demum cum frequenter in nar
rationibus suis soleat ponere
ihm quem dum modo lucas
posuit dum dns Conuersus dns
vidit Petrum et recordatus est
verbi dni Matheus autem et mar
cus quia de ista respectione
tacuerunt non verbi dni sed verbi
ihu eum recordatum esse dixe
runt Vt et ex hoc intelligamus
illam inspectionem a ihu non huma
nis oculis sed diuinis factam

Vii m° quod mane factum est et Jesus [illegible] acceperunt xxx argenteos

Sequitur matheus
et dicit Mane autem
facto consilium inierunt
omnes principes sacerdotum
et seniores populi aduersus ihm
ut eum morti traderent et vin
ctum adduxerunt eum et tradide
runt poncio pylato presidi Mar
cus similiter et confestim mane in
quit consilium facientes summi
sacerdotes cum senioribus et scri
bis et vniuerso concilio vinci
entes ihm duxerunt et tradi
derunt pilato. Lucas autem prius ea
quam complet narrando petri
negationem recapitulat que cum
dno gesta sunt Nam ut apparet
ita mane ac ita contexuit nar
rationem Et viri qui tenebant
illum illudebant ei cedentes et
velantes eum et percutiebant faciem
eius Et interrogabant

eum dicentes Prophetiza nobis
quis est qui te percussit et alia
multa blasphemantes dicebant in eum
Et vt factus est dies conuenerunt
seniores plebis et principes sacer
dotum et scribe et duxerunt illum
in concilium suum dicentes Si tu es
xpus dic nobis Et ait illis Si
vobis dixero non credetis mihi si autem
et interrogauero non respondebitis mihi
neque dimittetis Ex hoc autem erit
filius hominis sedens a dextris vir
tutis dei Dixerunt autem omnes Tu
es ergo filius dei Qui ait Vos
dicitis quia ego sum At illi dixe
runt Quid adhuc desideramus testimonium ipsi
enim audiuimus de ore eius
Et surgens omnis multitudo eorum duxe
runt eum ad pylatum
Hec omnia narrauit lucas. Vbi
intelligitur quod etiam matheus et mar
cus narrauerunt interrogatus
dns vtrum ipse esset filius dei et
quod dixit Dico vobis amodo
videbitis filium hominis sedentem a dex
tris virtutis dei et venientem
in nubibus celi. Iam lucescente
die gestum quod lucas dixit
Et vt factus est dies ac ita nar
rat similia et si quid etiam ipse com
memorat quod ceteri tacuerunt Nocte autem
intelligimus per falsos testes actum
esse cum dno quod breuiter commemo
rauerunt matheus et marcus Lu
cas tacuit qui enarrat que circa
mane gesta sunt Nam et illi
scilicet matheus et marcus contexerunt
narrationem suam in hijs que cum
dno acta sunt vsque ad mane
sed postea redierunt ad narrandum
Petri negationem qua terminata
redierunt ad mane Vt inde cetera
contexerent quousque peruenerant
que cum dno acta erant sed non
dum commemorauerant quod mane fa
ctum esset. Johannes quoque cum
ea que cum dno gesta sunt ex
quanta parte visum est et petri

negacionem totam commemorasset. Addu-
cunt ergo Ihesum a Cay-
pham in pretorium. Erat autem ma-
ne. Ubi intelligitur aliquam
fuisse causam que coegit Cay-
pham esse in pretorio nec e-
se contra cum alii principes sacerdotum
habent de duo questionem aut in
domo fuisse eius pretorium fuis-
se pretorium cum ad ipsum ab ini-
cio ducebatur ad quem in exemplo
productus est sed quia iam tamquam qui-
cum reum adducebat Cayphe
aut iam antea ipsum fuerat ut ibi
moretur ~~nulla mora~~ nulla mora
imposita est quin occidendus Pyla-
to traderetur. Que autem per Pylatum
cum domino gesta sunt ita Matheus
narrat at prius exterrit inde ut
commemoraret exitum inde traditoris
quem solus narravit ita dicens
Tunc videns Iudas qui eum tra-
didit quod dampnatus esset penitencia du-
ctus retulit xxx argenteos prin-
cipibus sacerdotum et senioribus dicens
Peccavi tradens sanguinem iustum. At
illi dixerunt quid ad nos. Tu vi-
deris. Et proiectis argenteis in tem-
plo recessit et abiens laqueo
se suspendit. Principes autem sacer-
dotum acceptis argenteis dixerunt
Non licet eos mittere in corbanam
quia precium sanguinis est. Consilio au-
tem inito emerunt ex illis agrum
figuli in sepulturam peregrinorum. Propter
hoc vocatus est ille ager Ache-
demach hoc est ager sanguinis usque
in hodiernum diem. Tunc impletum
est quod dictum est per Jeremiam prophetam
dicentem et acceperunt triginta ar-
genteos precium appreciati quem appre-
ciaverunt filii Israel et dederunt eos
in agro figuli sicut constituit mihi
dominus. Si quis autem moveretur quod est
testimonium non invenitur in scriptura
Jeremie prophete et ideo putat fidem

evangeliste aliquid derogandum primo
noverit et omnes codices evangeliorum
hoc habere quod per Jeremiam dictum
sit. Si tamen non per prophetam posse
ergo dicere hos potius codices
esse credendos qui Jeremie nomen
non habent dictum est enim hoc per
prophetam sed Zachariam. Unde putant
codices esse mendosos qui habent
nomen Jeremie quia vel Zacha-
rie debuerunt vel nullius sicut habere
sed tamen per prophetam dicentem quod utique
intelligitur Zacharias. Sed utrum ista
defensione cui placet utatur mihi autem
cur non placeat hec causa est
quia et plures codices habent Jere-
mie nomen et qui diligencius
in grecis exemplaribus evangelium
consideraverunt in antiquioribus grecis
ita se perhibent invenisse. Et
nulla causa fuit cur adderetur hoc nomen
ut mendositas fieret. Cur autem de
nonnullis codicibus tolleretur fuit
itaque causa ut hoc audax imperi-
cia faceret cum turbaretur questione
hoc quod testimonium apud Jeremiam
non inveniretur. Quid ergo intelligendum
est nisi hoc actum esse secretiore con-
silio providencie Dei qua mentes
evangelistarum sunt gubernate. Potuit enim fi-
eri ut in animo Mathei evangelium conscri-
bentis pro Zacharia Jeremias occurre-
ret sicut fieri solet quod tamen sine ulla
dubitacione emendaret saltem ab
aliis admonitus qui ipso adhuc in car-
ne vivente hec legere potuerunt
nisi cogitaret recordacioni sue
que sancto spiritu regebatur non frustra
occurrisse aliud pro alio nomen prophete
nisi quia dominus ita hoc scribi constituit.
Cur ergo ita constituerit dominus primo
illa causa utilissima est facil-
lime cogitari ergo sic esse insi-
nuatum omnes sanctos prophetas uno
ore locutos spiritu mirabili inter
se consensione constare ut hoc multo
amplius sit quam omnia omnium prophetarum

Uno omnium ore dicentur homine
et ideo indubitanter accipi de-
bere quecumque per eos spiritus sanctus
dixit et singula esse omnium et
omnia singulorum. Quod ergo et que
dicta sunt per Jeremiam tam
sit Zacharie quam opus erat ut
emendaret Matheus tamquam aliud
pro alio sibi nomen occurrens a
se scriptum relegisset. Sed ideo po-
tius sequendo auctoritatem spiritus sancti
a quo mentem suam regi plus
nobis ille utique sentiebat ita
hoc scriptum relinqueret sicut eum
ad monendum constituerat ei dominus
ad informandos nos tantam ver-
borum suorum inter prophetas esse con-
cordiam ut non absurde immo
convenientissime etiam Jeremie
deputaremus quod per Zachariam di-
ctum reperiremus. Si enim quisquam
nolens alicuius verba indicare
dicat nomen alterius a quo di-
cta sunt qui inde sit amicis-
simus et familiaritate coniunctis-
simus illum tamen verba dicere
voluit, et tamen recordatus alium
pro alio se dixisse ita se colli-
gat atque corrigat ut tamen dicat
bene dixi quid aliud intuens
nisi tantam esse inter ambos
concordiam inter illum scilicet cuius verba
dicere voluit et alium cuius ei nomen
pro illius nomine occurrit ut tale
sit hoc iste dixisse quale si
ille dixisset. Quanto magis hoc de
prophetis sanctis intelligendum et ma-
xime sunt commendandum ut omnium
libros tamquam unius unum librum
accipiendum in qua nulla rerum di-
screpantia credatur sicut nulla
invenitur et in quo maior
esset constantia veritatis quam si
omnia illa unus homo quamvis doctis-
simus loqueretur. Quod ergo hinc ar-
gumentum sumunt fideles et do-
cti conantur vel infideles vel
imperiti quocumque ad ostendendam
dissonantiam sanctorum

Evangeliorum hoc potius debet assumere
fideles et docti conantur ad ostendendam
unitatem sanctorum et prophetarum. Est alia
causa que michi videtur alio tempore
diligentius pertractanda ne amplius
sermonem protendam quam
huius operis terminandi necessitas fla-
gitat. Cur hic nomen Jeremie
in testimonio Zacharie sit manere
permissum vel potius spiritus sancti
auctoritate preceptum. Est apud
Jeremiam quod emerit agrum a filio
fratris sui et dedit ei argentum
non quidem sub hoc nomine precii
quod positum est apud Zachariam
xxx argenteis. Verumptamen
agri emptio non est apud Zacha-
riam. Quod autem prophetiam de xxx
argenteis ad hoc interpretatam sit
exemplum quod nunc de domino completum
est ut hoc esset precium manife-
stum quis ad hoc pertinere et illud de
agro empto quod Jeremias dicat
etiam potuit mistice significari
ut non hic Zacharie nomen poneretur
qui xxx argenteis sed Jeremie qui
dixit de agro empto. Ut lecto
evangelio atque invento nomine Jeremie
lecto autem Jeremia et non invento
testimonio de xxx argenteis in-
vento tamen agro empto admo-
neatur lector utrumque conferre et in-
de sensum enucleare prophetie quid
pertineat ad hoc quod in domino comple-
tum est. Nam illud quod subiecit
huic testimonio Matheus cum ait
quem appreciaverunt filii Israel et dede-
runt eos in agrum figuli sicut consti-
tuit michi dominus nec apud Zacha-
riam nec apud Jeremiam reperi-
tur. Unde magis ex persona ipsius evangeliste
accipiendum est eleganter et mistice
interpretatum quia et hoc ex domino re-
velatione cognoverit ad hanc rem que
de xxx precio est facta huius pertinere
prophetiam. Liber quippe empti agri
apud Jeremiam iubetur mitti

-ni vas fictile et emitur hic de
precio domini ager figuli et hoc
ad sepulturam peregrinorum tamquam ad
remansionem quiete eorum qui in
hoc seculo peregrinantes consepeliuntur
christo per baptismum. Item et ille
emptor agri hic significare
aut Remias dicit dominus mihi quia
erit permansio captivitatis
liberatorum in illa terra. Hec
tamquam declaranda arbitratus sum
ad admonicionem quid in hiis ystoriis
testimoniis in unum redactis et
ex ista narracione collatis diligens
attentivus quis requirat. Hec inposuit
Matheus de Juda traditore

Ie iiii^or que per Pylatum cum
domino gesta sunt et ut stetit ante
presidem Capitulum

Deinde sequitur et dicit Ihesus
autem stetit ante presidem
et interrogavit eum preses
dicens Tu es rex iudeorum
Dixit ei Ihesus tu dicis. Et cum accu-
saretur a principibus sacerdotum et se-
nioribus populi nichil respondit. Tunc
ait Pylatus illi. Non audis
quanta adversum te dicunt testimonia
et non respondit ei ad ullum verbum ita
ut miraretur preses vehementer
per diem autem solemnem consue-
verat preses dimittere populo unum
quem vellent. Habebat autem tunc vinctum
insignem qui dicebatur Barra-
bas. Congregatis ergo illis dixit
Pylatus quem vultis dimittam
vobis Barrabam an Ihesum qui
dicitur christus. Sciebat enim quod per
invidiam tradidissent eum. Sede-
nte illo pro tribunali misit ad
illum uxor eius dicens nichil
tibi et iusto illi multa enim pas-
sa sum hodie per visum propter
eum. Principes autem sacerdotum
et seniores persuaserunt populis
ut peterent Barrabam Ihesum
autem perderent. Respondens autem

Preses ait illis Quem vultis
de duobus dimitti. At illi di-
xerunt Barrabam. Dicit illis
Pylatus. Quid igitur faciam de Ihesu
qui dicitur christus. Dicunt omnes crucifigatur.
Ait illis preses. Quid enim mali
fecit. At illi magis clamabant
dicentes crucifigatur. Videns autem Pyla-
tus quia nichil proficeret sed magis
tumultus fieret accepta aqua la-
vit manus coram populo dicens. In-
nocens ego sum a sanguine iusti
huius vos videritis. Et respondens
universus populus dixit Sanguis
eius super nos et super filios no-
stros. Tunc dimisit illis Bar-
rabam Ihesum vero flagellatum tra-
didit eis ut crucifigeretur. Hec
narrant Matheus Pylatum
gesta de domino. Marcus quoque pene
eisdem verbis et rebus continuit
verba autem Pylati quibus respondit
populo petenti ut sollempniter
unum vinctum dimitteret ita refert
Pylatus autem ita respondit eis et
dixit. Vultis dimittam vobis
regem iudeorum. Matheus autem
sic ait Congregatis ergo illis dixit
Pylatus Quem vultis dimittam
vobis Barrabam an Ihesum qui
dicitur christus. Nulla hic est dubi-
tatio ipsos petisse ut aliquis
eis dimitteretur. Sed quid per que
verba Pylatus dixerit utrum que
in Matheo vel a Marco referuntur
aliud enim videtur esse quem vul-
tis dimittam Barrabam
an Ihesum qui dicitur christus. Aliud vultis
vobis dimittam regem iudeorum
sed quia reges christos dicebant
et qui dixit illum an illum illud
manifestum est eum quesivisse
utrum vellent sibi dimitti
regem iudeorum id est christum. Nichil
vero est sine quod tacuit Mar-
cus de Barraba quod solum volens
dicere quod ad dominum pertinebat quid

qui quidem in eorum responsione
satis et ipse ostendit quem sibi
dimitti voluerunt. Pontifices
autem concitaverunt turbam ut ma-
gis Barrabam dimitteret
eis. Sequitur autem: Et dixit Py-
latus autem iterum respondens ait
illis: Quid igitur faciam de re-
ge iudeorum? Unde satis iam ap-
paret quod idem Marcus velit
ostendere dicendo regem iudeorum
quod Matheus dicendo christum.
Non enim dicebatur christus rex
nisi iudeorum. Namque in eo
loco ait Matheus: Dicit
illis Pylatus: Quid igitur faci-
am de Ihesu qui dicitur christus? Quod
sequitur Marcus: At illi iterum
clamabant: Crucifige eum, quod re-
ctius dicunt omnes: Crucifigatur.
Et sequitur Marcus: Pylatus
vero respondit eis: Quid enim
mali fecit? At illi magis cla-
mabant: Crucifige eum. Hec Matheus
non dixit, sed quod dixit: Videns
autem Pylatus quia nichil proficeret
sed magis tumultus fieret, et dixit
eum lavisse manus coram populo
ut se innocentem a sanguine huius
iusti significaret. Lucas et Mar-
cus et alii tacent, satis ostendit
et Matheus egisse presidem
cum populo ut dimitteretur quod significat
significatur Marcus in
eo quod refert Pylatum dixisse
quid enim mali fecit. Deinde sic
et ipse concludit que Pylato
cum domino gesta sunt. Pylatus
autem volens populo satisfacere
dimisit illis Barrabam et
tradidit Ihesum flagellis cesum
ut crucifigeretur. Hec apud presidem
gesta narravit Marcus. Lu-
cas apud Pylatum gesta sic
narrat: Ceperunt autem illum accu-
sare dicentes: Hunc invenimus
subvertentem gentem nostram
et prohibentem tributa dare

Cesari et dicentem se regem esse
christum. Hec illi. Et iohannes duo non dixe-
runt tamen dicunt quod eum accusabant.
Ergo iste et ipsa omnia que fal-
sa dixerunt tacuit. Tacuit autem
quod ei dixit Pylatus: Non respon-
des quicquam? Vides in quantis
te accusant. Sed plane sequitur et
dicit quod eos illa dixerunt. Pyla-
tus autem interrogavit eum dicens:
Tu es rex iudeorum? At ille respondens
Tu dicis. Hec autem Matheus
et Marcus commemoraverunt ante
quam dicerent compellatum Ihesum quod
eis accusantibus non responderet.
Veritati autem nichil interest quo ordi-
ne ista Lucas retulerit ista quem-
admodum nichil interest si alius
aliquid tacet quod alius commemo-
rat quemadmodum in consequentibus
dicat. Ait autem Pylatus ad prin-
cipes sacerdotum et turbas: Nichil
invenio cause in hoc homine. At
illi invalescebant dicentes: Commo-
vit populum docens per universam
iudeam et incipiens a Galilea
usque huc. Pylatus autem audiens
Galileam interrogat si homo
Galileus esset. Et ut cognovit
quod de Herodis potestate esset remisit
eum ad Herodem qui et ipse
Ierosolimis erat in illis diebus.
Herodes autem viso Ihesu gavisus
est valde. Erat enim cupiens ex
multo tempore videre eum eo quod audiret
multa de eo et sperabat aliquod si-
gnum videre ab eo fieri. Interro-
gabat autem illum multis sermo-
nibus. At ipse nichil ei respondit.
Stabant autem principes sacerdotum et
scribe constanter accusantes eum.
Sprevit autem illum Herodes cum
exercitu suo et illusit veste alba
et remisit ad Pylatum. Et facti
sunt amici Herodes et Pyla-
tus in illa die. Nam antea
inimici erant ad invicem. Hec

Hec omnia id est quod a Pylato ad He-
rodem dominus missus est et que ibi
gesta sunt, Lucas solus indicat
et si aliquid ibi dicit simile quod
in aliis narrationibus eorum indicat
etiam apud alios possit inveniri
Ceteri autem ea tantum dicere voluerunt que
apud Pylatum gesta sunt quousque
dominus crucifigendus traderetur. Redierat er-
go Lucas ad ea que apud presi-
dem gerebantur unde digressus
erat ut narraret quod apud
Herodem actum est ita sequitur
Pylatus autem convocatis principibus
sacerdotum et magistratibus et plebe
dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc
hominem quasi avertentem
populum. Ecce ego coram vobis interro-
gans nullam causam invenio in
homine isto ex his in quibus eum
accusatis. Hic intelligitur eum premis-
sisse quemadmodum a domino que-
sierit quid accusatoribus respon-
deret. Sed neque Herodes nam in-
nam remisi vos ad illum et ecce
nichil dignum morte actum est ei.
Emendatum ergo dimittam illum.
Necesse autem habebat dimittere eis
per diem festum unum. Exclamat
autem simul universa turba dicens
Tolle hunc et dimitte nobis
Barrabam qui erat propter seditionem
quandam factam in civitate et homici-
dium missus in carcerem. Iterum autem
Pylatus locutus est ad eos volens
dimittere Ihesum. At illi succlama-
bant dicentes Crucifige crucifige eum.
Ille autem tercio dixit ad illos. Quid
enim mali fecit iste. Nullam causam
mortis invenio in eo. Corripiam
ergo illum et dimittam. At illi in-
stabant vocibus magnis postulan-
tes ut crucifigeretur et invalescebant
voces eorum. Matheus hanc cunc-
tationem Pilati quam superius cum
eis egit volens ut dimitteretur

Ihesus paucissimis verbis satis atte-
statur ubi ait videns autem Pylatus
quia nichil proficeret sed magis tu-
multus fieret quod non dicitur nisi
nullum ille usus esset conatus ta-
cuerit quoniam hoc esset vere
temptavit ut eriperet Ihesum fu-
rori eorum. Et Lucas ita contendit
quod factum est apud presidem. Et Py-
latus iudicavit fieri peti-
tionem eorum. Dimisit autem illis
eum qui propter homicidium et
seditionem fuerat missus in carcerem
quem petebant Ihesum vero tradidit
voluntati eorum. Sed eadem secundum
Iohannem consideremus id est que apud Py-
latum facta sunt. Et ipsi non intro-
ierunt in pretorium ut
non contaminarentur sed manduca-
rent pascha. Exivit ergo Pylatus
ad eos foras et dixit. Quam
accusationem fertis adversus homi-
nem hunc. Responderunt et dixe-
runt ei. Si non esset hic malefa-
ctor non tibi tradidissemus eum.
Hic videndum est ne contrarium sit
ei quod Lucas dicit certa quedam in
eum dicta crimina et dicit que sunt
dicta. Ceperunt autem illum accusa-
re eum dicentes. Hunc invenimus
subvertentem gentem nostram et pro-
hibentem tributa dari Cesa-
ri et dicit se Christum regem
esse. Cum hoc non ut Ioha-
nes commemorat videntur Iudei
noluisse dicere crimina cum dixis-
set eis Pylatus quam accusa-
tionem affertis adversus hominem hunc
Responderunt eum. Si non esset hic
malefactor non tibi tradidis-
semus eum. Ut eorum auctori-
tati quid ei obiceretur desineret
querere sed ideo non nocentem
crederet quod sibi ab eis tradi
meruisset. Ergo intelligere debemus
et hoc dictum esse et illud quod
Lucas commemoravit. Multa enim

multa eius dicta et multa reti-
cuerunt Unde tamen ego qui in
vita descripsit et in narratione
sua posuit quod sat esse meditat
tam est ipse Johannes dic-
quendam que obiecta sunt quae
sunt loci videbis ita sequitur
Dixit ergo eis pylatus accipite
eum vos et secundum legem vestram
iudicate eum Dixerunt ergo ei
iudei Nobis non licet interficere
quemquam ut sermo ihesu impleretur
quem dixit significans qua
morte esset moriturus Introi-
vit ergo in pretorium pylatus
et vocavit ihesum et dixit ei
Tu es rex iudeorum Et respondit
ihesus A temetipso hoc dicis
an alii tibi dixerunt de me
et hoc non videtur convenire illi
quod ab aliis commendatum est
Respondit ihesus Tu dicis id in
consequentibus ostendet et illud
attinet esse Unde ostendit ea
que inter dicit a tertio pot
dictum tacita quam a domino dicta
non esse Attende ergo tertia re-
dit inquit pylatus Numquid
ego iudeus sum gens tua
et pontifices tui tradiderunt te
mihi quid fecisti Respondit ihesus Re-
gnum meum non est de hoc mundo
Si ex hoc mundo esset regnum meum
ministri utique mei decertarent
ut non traderer iudeis Nunc
autem regnum meum non est hinc
Dixit ergo eis pylatus ergo rex
es tu Respondit ihesus tu dicis quia
rex sum ego Ecce quam veritatem
est ad id quod alii eum te commen-
daverunt Sequitur ergo ibidem Ego
ad hoc dum quod certi tamen
Ego ad hoc natus sum et ad hoc
veni in mundum ut testimonium per-
hibeam veritati Omnis qui ex veri-
tate est audit vocem meam
Dicit ei pylatus Quid est veri-
tas Et cum hoc dixisset iterum

exivit ad iudeos et dicit eis Ego
in eo nullam invenio causam Est
autem consuetudo vobis ut unum di-
mittam vobis in pascha Vultis
ergo ut dimittam vobis regem
iudeorum Clamaverunt rursum omnes
dicentes non hunc sed barrabam
Erat autem barrabas latro Tunc
ergo apprehendit pylatus ihesum et fla-
gellavit et milites plectentes
coronam de spinis imposuerunt
capiti eius et veste purpurea
circumdederunt eum et veniebant
ad eum et dicebant Ave rex iu-
deorum et dabant ei alapas Exivit
ergo pylatus iterum foras et dicit
eis Ecce adduco eum foras ut co-
gnoscatis quia in eo nullam causam
invenio Exivit ergo ihesus portans
spineam coronam et purpureum ve-
stimentum et dicit eis Ecce homo
Cum ergo vidissent eum pontifices
et ministri clamabant dicentes Cru-
cifige crucifige eum Dicit eis py-
latus accipite eum vos et crucifigi-
te ego enim non invenio in eo
causam Responderunt ei iudei Nos
legem habemus et secundum legem debet
mori quia filium dei se fecit
hoc per occurrere ei quod Pilatus
commendat in actu pacem iudeorum
dicentes hunc invenimus subvertentem
gentem nostram ut adiungitur quia
filium dei se fecit Sequitur itaque
Johannes et dicit Cum ergo audisset
pylatus hunc sermonem magis
timuit et ingressus est pretorium
iterum et dicit ad ihesum Unde es
tu Ihesus autem responsum non dedit
ei Dicit ergo pylatus Mihi non
loqueris Nescis quia potestatem ha-
beo crucifigere te et potestatem habeo
dimittere te Respondit ihesus non
haberes potestatem adversum me ullam
nisi tibi datum esset de super propterea
qui tradidit me tibi maius peccatum
habet Exinde querebat pylatus dimit-
tere eum Iudei autem clamabant dicentes

dicentes si hunc dimittis non es
amicus cesaris Omnis qui se
regem facit contradicit Cesari Huic pro
consequenter quod lucas in eadem accusa-
tione iudeorum narrat eos dixisse
invenimus eum subvertentem gentem
nostram addicit et prohibentem tribu-
ta dari Cesari et dicentem se re-
gem xpistum esse Ex quo soluitur
illa questio qua putari poterat
Johannes dixisse illum a iudeis
non tamen ~~obiecto~~ obiectum quia
responderunt ei et dixerunt Si non
esset hic malefactor non tibi tradi-
dissemus eum Sequitur ergo Johannes
et dicit Pylatus ergo cum audisset
hos sermones adduxit foras
ihesum et sedit pro tribunali in loco
qui dicitur licostratos sive licostrate
hebrayce autem gabbatha Erat autem
parasceue pasche hora quasi sexta et dicit iu-
deis Ecce rex vester Illi autem clama-
bant Tolle tolle crucifige eum Dicit
eis Pylatus Regem vestrum crucifigam
Responderunt pontifices Regem non ha-
bemus ~~nisi cesarem~~ tunc ergo tradidit
eis illum ut crucifigeretur Hec narrat
Johannes per pylatum gesta de...

Tunc milites presidis suscipientes ihesum etc.

Consequens est iam ut ipsam
domini passionem xpisti iuxta
euangelistarum testimonia videamus
quam marcus sic incipit
Tunc milites presidis suscipien-
tes ihesum in pretorium congregaverunt
ad eum universam cohortem et ex-
uentes eum clamidem coccineam
circumdederunt ei et plectentes coronam
de spinis posuerunt super caput eius
et arundinem in dextera eius
et genu flexo ante eum illu-
debant dicentes Ave rex iudeorum
Hoc marcus in eodem loco narra-
cionis sue ita dicit Milites autem
duxerunt eum intro in atrium
pretorii et convocant totam cohor-
tem et induunt eum purpuram et
imponunt ei plectentes spineam co-
ronam et ceperunt salutare eum Ave
rex iudeorum et percutiebant caput
eius arundine et conspuebant
in eum et ponentes genua ado-
rabant eum Intelligitur itaque quod
matheus ait clamidem coccine-
am circumdederunt ei hoc marcus
dixisse indutum purpuram pro
regia enim purpura clamis illa
coccinea ad illudendum ab illudenti-
bus adhybita erat et est rubra
quedam purpura cocco simillima
potest autem fieri ut purpuram
et marcus commemorat quam clamis
habebat quamvis esset coccinea
lucas et preterit Johannes autem
antequam dicat quod eum pylatus crucifi-
gendum tradidit commemorat sic
dicens Tunc ergo apprehendit pyla-
tus ihesum et flagellavit et mi-
lites plectentes coronam de spinis
imposuerunt capiti eius et ve-
ste purpurea circumdederunt eum
et veniebant ad eum et dicebant
Ave rex iudeorum et dabant ei
alapas Unde apparet matheum
et marcum recapitulando istud
commemorasse non quod tunc factum
sit cum eum pylatus iam crucifigendum
tradidisset Johannes enim apud
pylatum dicit hec gesta satis
evidenter Unde isti quod preterierat
revoluerunt Ad hoc pertinet etiam
quod consequitur dicit matheus et
expuentes in eum accipiebant
arundinem et percutiebant caput
eius Et postquam illuserunt ei
exuerunt eum clamide et indu-
erunt vestimentis suis et dux-
erunt eum ut crucifigerent Hoc quod exu-
erunt eum clamide et induerunt
eum vestimentis suis in fine factum
intelligitur cum iam duceretur Marcus
hoc ita dicit et postquam illuse-
runt ei exuerunt illum purpura
et induerunt eum vestimentis
suis Sequitur ultra usque

lxi Tunc milites presidis
lxii materia de ~~zodo~~ Symone cy-
reneo et quod baiulabat ihesus crucem

Sequitur ergo matheus
Exeuntes autem invene-
runt hominem cyreneum
nomine Symonem hunc
angariaverunt ut tolleret crucem eius
Marcus quoque. Et educunt eum illuc
ut crucifigerent eum et angariaverunt
preterientem Symonem cyre-
neum venientem de villa patrem
allexandri et Ruffi ut tolleret
crucem eius. Hic lucas ita dicit
Et cum ducerent eum apprehenderunt
Symonem quendam cyrenensem
venientem de villa et imposu-
erunt crucem ~~de~~ illi post ihesum por-
tare. Johannes autem sic narrat
Susceperunt autem ihesum et edu-
xerunt et baiulans sibi crucem
exiit in eum qui dicitur calvarie lo-
cum ebrayce autem golgatha ubi
eum crucifixerunt. Unde intelligitur
quod ipse quidem portaret crucem non deveniret
in locum ... illo
in itinere angariatus est de quo
tres commemorant unde ... ea ...
ta est portanda crux usque in
locum. Ita utrumque factum invenimus
primo quod Johannes dixit deinde
de quo ceteri tres dixerunt

lxiii De Golgatha materia et mir-
rato vino et divisione vestium

Sequitur itaque matthe-
us et venerunt in
locum qui dicitur golga-
tha quod est calvarie
locus. De hoc aptissime conse-
ntiunt ceteri. Deinde adiungit
idem matheus et dederunt ei
vinum bibere cum felle mixtum
et cum gustasset noluit bibere.
Hoc marcus ita narrat et
dabant ei bibere mirratum
vinum et non accepit. Quod in-
telligendum est matheum dixisse
cum felle mixtum. Fel quippe
pro amaritudine posuit et

mirratum vinum amarissimum est quod
quod fieri possit et ut felle et mirra
vinum amarissimum redderent ... Quod
ait ergo marcus non accepit, intel-
ligitur non accepit ut biberet gusta-
vit autem ut matheus testis est
ut quod idem matheus ait noluit bi-
bere hoc marcus dixit non accepit
tacuit autem de gustatu. Sequitur
autem matheus. Postquam crucifixerunt
eum diviserunt vestimenta eius sortem
mittentes et sedentes servabant eum.
Hic idem marcus sic et crucifigentes
eum diviserunt vestimenta eius mit-
tentes sortem super eis quis quid
tolleret. Hic lucas sic ait. Divide-
ntes vero vestimenta eius miserunt sor-
tes et stabat populus expectans. Bre-
viter a tribus dictum est. Johannes
autem distinctius quod explicat que-
admodum gestum sit. Milites ergo cum
eum crucifixissent eum acceperunt ve-
stimenta eius et fecerunt quatuor partes
unicuique militi partem et tunicam.
Erat autem tunica inconsutibilis
desuper contexta per totum. Dixerunt ergo
ad invicem non scindamus illam sed
sortiamur de illa cuius sit ut scriptura
impleretur dicens partiti sunt vestimenta
mea sibi et in vestem meam mi-
serunt sortem. Sequitur ... vel

lxiiii materia de hora crucifixionis
et solucio optima quomodo hore

Sequitur matheus et im-
posuerunt super caput eius
causam ipsius scriptam. Hic est
ihesus nazarenus rex iude-
orum. Marcus autem prius quam hoc dixisset
sic erat autem hora tercia et cruci-
fixerunt eum. Hoc enim subiungit cum de
vestium divisione dixisset. Que res di-
ligentissime consideranda est ne
magnum faciat errorem [illegible] enim
qui ... hora quidem tercia
dominum crucifixerunt a sexta autem hora tene-
bras factas usque ad nonam ut con-
sumptam intelligatur tres hore
ex quo crucifixus est usque ad te-
nebras factas. Et possit quidem

hec rectissime intelligi non Joha-
nes dicit hora quasi sexta pylatum
sedisse pro tribunali in loco qui dicitur
lithostrotos ebraice autem gabatha
Scribitur autem Erat enim parasceve pa-
sche hora quasi sexta et dicit
iudeis Ecce rex vester. Illi autem cla-
mabant tolle tolle crucifige eum
Dicit eis Pylatus Regem vestrum
crucifigam Responderunt pontifices
non habemus regem nisi cesarem
Tunc ergo tradidit eis illum ut cru-
cifigeretur Si ergo quasi hora sexta py-
lato sedente pro tribunali est tra-
ditus crucifigendus iudeis quo-
modo hora tercia crucifixus est sicut verba
marci non intelligentes quidam
putaverunt. Prius enim qua hora
crucifigi potuit videamus Deinde vi-
debimus cur hora tercia crucifixum dixit
marcus Hora erat quasi sexta cum Jo-
hannes eum traditum scribit esse crucifigen-
dum a pylato sedente pro tribuna-
li. Non enim iam plena sexta erat
sed quasi sexta id est peracta quinta et
aliquid etiam de sexta ceperat. Ut nichil
autem isti dicunt quinta et quadrans
aut quinta et triens aut quinta
semis aut aliquid huiusmodi. Habet enim
istum morem scriptura ut a parte totum
ponat maxime in temporibus sicut de octo
illis diebus post quos eum dicunt
ascendisse in montem quorum medios
non intuentes matheus et marcus
et dixerunt post dies sex. Presertim
quia tam moderate iohannes
ita locutus est ut non diceret sexta
sed quasi sexta quod si ita non diceret sed
tantummodo sextam diceret possemus in-
telligere quemadmodum loqui scripture
solent sicut dixi a parte totum
ut peracta quinta et inchoata se-
xta gererentur. Hec que narrata
sunt de crucifixione domini nostri
donec completa sexta illo pende-
te fiebant ut tenebre quibus tres
euangeliste attestantur matheus marcus

lucas quod etiam vera iam frequentius autem
dicit marcus eum commemorasse quod cruci-
figentes eum diviserunt vestimen-
ta eius mittentes sortem super eis
quis quid tolleret et secutus adiun-
xit Erat autem hora tercia et crucifixe-
runt eum. Jam iste dixerat et crucifi-
gentes eum diviserunt vestimenta eius
sicut etiam ceteri attestantur quod eo cru-
cifixo vestimenta divisa sunt. Si
ergo rei geste tempus notum voluit comme-
morare marcus sufficeret dicere Erat
autem hora tercia ut quid adiunxit
et crucifixerunt eum nisi quod voluit
aliquid recapitulando significare
quod quesitum inveniretur cum scriptura
ipsa illis temporibus legeretur quibus
communiter ecclesie notum erat qua
hora dominus ligno suspensus est
Unde possit quis error corrigi
vel mendacium refutari. Sed quia
sciebat a militibus suspensum
dominum non a iudeis sicut Joha-
nes apertissime dicit occulte oste-
dere voluit eos magis crucifixisse
qui clamaverunt ut crucifigeretur
quam illos qui ministerium principis
secundum suum officium prebuerunt. In-
telligitur ergo fuisse hora tercia
cum clamaverunt iudei ut dominus
crucifigeretur et verissime demonstra-
tur eos crucifixisse quando cla-
maverunt maxime quia nolebant
videri si hoc fecisse et ideo eum
pylato tradiderant quia eorum
verba satis indicant secundum Joha-
nem. Quid enim dixerit pylatus
quam accusationem affertis adversus
hominem hunc. Responderunt et dixe-
runt Si non esset hic malefa-
ctor non tibi tradidissemus eum.
Dicit ergo eis pylatus Accipite
eum vos et secundum legem vestram
iudicate eum. Dixerunt ergo iudei
Nobis non licet interficere quemquam
Quod ergo iudei maxime fecisse
nolebant hoc eos hora tercia
fecisse marcus ostendit verissime
iudicans magis fuisse eos dominum

necatricem linguam Iudeorum quam militum manibus. Quinimmo si quis dixerit non fuisse horam tertiam quando Iudei primitus clamaverunt, insanissime se ostendit inimicum evangelii, nisi forte velit eandem potuit solvere questionem. Non enim habet unde convincat non fuisse tunc horam tertiam, et ideo evangeliste potius credendum est quam contenciosis suspicionibus hominum. Unde, inquit, probas horam tertiam fuisse? Respondeo: quia credo evangelistis, quibus et tu si credis ostende quemadmodum et hora sexta et hora tertia potuit dominus crucifigi. De sexta enim ut fateamur narratione Iohannis cogimur; tertiam Marcus commendat. Quibus si uterque mecum credit, ostende tu aliter quemadmodum simul utrumque potuit: libentissime acquiescam. Non enim sententiam meam sed evangelii diligo veritatem. Atque utinam et ab aliis plures inveniantur. Huius exitus questionis donec fiat, utere mecum isto si placet. Si enim nullus alius exitus potuit inveniri, solus iste sufficit. Si autem potuit, cum demonstratus fuerit eligemus. Tamen non putes consequens esse ut quemlibet omnium in quattuor evangeliis mentitum sit aut in tanto culmine auctoritatis et sanctitatis erravit. Si autem quis dixerit inde se convictum non fuisse horam tertiam cum illud Iudei clamaverunt, quia post ea quam idem Marcus dicit: Pilatus autem iterum respondit illis: Quid ergo vultis faciam regi Iudeorum? At illi iterum clamaverunt: Crucifige eum, non imponitur aliqua mora ab eodem Marco in eius narratione et totum adhuc pervenitur ut traderetur ad crucem dictum a Pilato, quod Iohannes hora sexta factum esse commemorat, intelligat quam hic dicit multa pretermissa esse que in medio gesta sunt cum Pilatus ageret

quemadmodum quo eum Iudeis eriperet et adversus eorum insaniam contenderet quibuscumque modis potuit instantissime niteretur. Matheus enim dicit: Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Ihesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Quando fuisse dicimus horam tertiam. Quod autem Matheus sequitur et narrat: Videns autem Pilatus quia nichil proficeret sed magis tumultus fieret, et in conatibus Pilati ad eripiendum dominum et in tumultu Iudeorum contra intencionem consummatum tempus duarum horarum intelligitur et sextam fuisse sextam, qua ita dominum [illegible] gesta sunt que ab eo tempore quo Pilatus dominum tradidit usque ad tenebras facta narrantur. Quod autem Matheus supra commemorat: Sedente eo pro tribunali misit ad eum uxor eius dicens: Nichil tibi et iusto illi, multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Postea sedebat pro tribunali Pilatus, sed inter cetera que superius gesta narrabat recordatus Matheus quod de Pilati uxore dixit voluit hoc ibi inponere ut contineret qua maxime causa Pilatus et novissime volebat eum tradere Iudeis. Lucas enim narrat cum dixit emendatum quod illud dimittam et exclamasse communiter turbam: Tolle hunc et dimitte nobis Barrabam. Sed fortasse non dum dixerat Crucifige. Iterum autem Pilatus, quemadmodum Lucas, locutus est ad illos volens dimittere Ihesum. At illi succlamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Illud tunc intelligitur fuisse horam tertiam. Quod sequitur Lucas et dicit: Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis invenio in eo; corripiam ergo illum et dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur, et invalescebant voces eorum. Satis ex hoc significat magnum tumultum fuisse. Et post quam mortis illius tertio dixit: Quid enim mali fecit, iacet intelligere quanta mora [illegible] satis est. Et post ea quod ait

instabat vocibus magnis et mo-
lestebant voces eorum. Quibus non vide-
at ideo sentio quia videbat pylatum
eis nolle tradere dominum. Et qui hoc
magno tempore volebat non utique in mo-
mento temporis cessit Sed vel due
hore et aliquid amplius in illa cun-
ctatione transierit. Johannes quoque mistro-
ria et vide quanta fuit pylati illa
cunctatio et vexacio tamen sedi mi-
sterii. Idem namque mistro expeta-
tius ea narrat quibus nec ipse di-
cat utique omnia in quibus due
hore et de sexta aliquid processe-
runt cum flagellasset ihesum et a mili-
tibus illusoria veste mitti quamvis illu-
sionibus male tractari permis-
sisset credo ut hoc modo saltem eorum
furorem mitigaret ne usque ad
mortem sevire pretenderent. Exyt
iterum pylatus foras et dicit eis
Ecce adduco eum vobis foras ut
cognoscatis quia in eo nullam cau-
sam invenio. Exyt ergo ihesus por-
tans spineam coronam et purpureum
vestimentum et dicit ecce homo. Ut
illud velud ignominiosa specie visa
placarentur. Sed adiungit et dicit Cum
ergo vidissent eum pontifices et ministri
clamabant dicentes Crucifige cruci-
fige eum horam eciam fuisse dicimus
Attende que sequantur dicit eis py-
latus accipite eum vos et crucifi-
gite. Ego enim non invenio in eo
causam. Responderunt ei iudei Nos
legem habemus et secundum legem debet mori
quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset
pylatus hunc sermonem timuit Et
ingressus est pretorium iterum dicit
ad ihesum Unde es tu. Ihesus autem
responsum non dedit ei. Dicit ergo ei py-
latus mihi non loqueris Nescis quia
potestatem habeo crucifigere te et potestatem
habeo dimittere te. Respondit ihesus
Non haberes potestatem adversum me ullam
nisi tibi esset data desuper. Propterea
qui tradidit me tibi maius peccatum
habet. Et exinde pylatus querebat dimit-
tere eum. In hoc igitur quod querebat py-
latus dimittere eum aliquantum temporis pu-
tamus esse consumptum contra pre-
missa que a pylato dicebantur
quousque dicerent iudei vel a iudeis
contradicebatur quousque dicerent iudei
unde ille commoveretur et cederet.
Ita enim sequitur Iudei autem clama-
bant dicentes si hunc dimittis non
es amicus cesaris. Omnis qui se re-
gem facit contradicit Cesari. Pyla-
tus autem cum audisset hos sermones
adduxit foras ihesum et sedit pro
tribunali in loco qui dicitur lithostratos
hebraice autem gabatha. Erat autem
parasceve pasche hora quasi sexta
Vis illa ergo voce iudeorum qua pro-
diderunt Crucifige eum esset quoad
cetera usque ad hoc quod sedit pro tri-
bunali per medias horas cuncta-
tionis pylati et tumultuacionis iudeorum
due hore preterierant et pacta quanti-
tas de sexta aliquid ceperat. Dicit
ergo iudeis Ecce rex vester. Illi autem
clamabant Tolle tolle crucifige eum
Sed neque iam commotus pylatus
timore calumpnie facile cedebat.
Tunc enim uxor eius ad eum
misisset sedentem pro tribunali
quod commemoravit Matheus qui hoc
solus commemoravit antequam ad
eum locum narrationis veniret
ut ibi hoc poneret ubi opportunum
iudicavit. Temptans adhuc py-
latus nequid proficeret dicit eis
Regem vestrum crucifigam. Responde-
runt pontifices Non habemus
regem nisi Cesarem. Tunc
ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur.
Et cum perget et cum crucifigitur cum
duobus latronibus cum vestes
eius dividuntur et in sortem illam
tunica mittitur. Et ut interim hec ro-
rex quoque illuditur. Simul enim
cum illa aguntur et quicumque la-
tebant completa est hora sexta
et facte sunt tenebre sicut Matheus
Marcus et lucas commemorant. Nam
itaque corruat impia pertinacia

ut credat dominum Iesum Christum et
tertia hora crucifixum linguis
Iudeorum et sexta manibus militum
quod in tumultu Iudeorum et Pylati
cessibus duarum atque amplius horarum
preterierat a voce qua dixerunt cruci-
fige. Sed ipse Marcus qui ma-
xime brevitatis sectator est bre-
viter voluit intimare Pylati
voluntatem et conatum pro domini
vita. Cum enim dixisset At illi
iterum clamaverunt crucifige eum,
ubi ostendit quod dominum clamaverunt
cum vellet sibi dimitti Barra-
ban, adiunxit Pylatus vero dicebat
dicebat eis quid enim mali fe-
cit, hoc breviter insinuat quod diu
gestum, memor tamen ipse quid
vellet intelligi. Non ait Pyla-
tus non dixit eis, sed ait Pylatus
non dicebat eis quid enim ma-
li fecit. Quia si diceret dixit, semel
semel dictum intelligeremus, quod non
sic dicebat, satis intimavit inti-
mavit intelligentibus quod iste mo-
dus et sepe eum esse conatum in-
super hora sexta. Cogitet ergo
quam breviter hec dixerit Marcus
in comparatione Matthei, quam breviter
Mattheus in comparatione Luce, quam
breviter Lucas in comparatione Iohan-
nis, cum tamen alia atque alia quisque
commemoraverit, quam denique breviter
ipse Iohannes in comparatione rerum
que gesta sunt atque morarum tunc
illa gererentur, et sine insania respi-
ciendi credat duas horas et am-
pliam illo intervallo transire po-
tuisse. Si vero aliquis dicit potu-
isse hoc accidere si ita esset eo tempore
dicere fuisse horam tertiam quo
erat hora tertia cum vox Iudeorum
de crucifigendo domino commissa dicte
erat quod tunc eum crucifixerunt mi-
nistri, superbe lege voluntate nar-
ratoribus imponit. Sic enim
ut diceret si hoc ipse narraret
sive narraret eodem modo
eodemque ordine ab omnibus

debuisse narrari quo ipse narra-
re dignetur. Ergo consilio Marci eius
separari conspicuum sunt qui eos loco
ponendos dubitaverunt quo loco divina
dispositione vel inspiratione sugge-
stum est. Recordationes enim homi-
num mirabiliter gubernate sunt qui gu-
bernat aquas sicut scriptum est quia
sic illi placuerit. Fluitat enim hu-
mana memoria per varias cogitationes
nec in cuiusquam potestate est quid
et quando veniat in mentem. Quan-
do illi sancti et veraces viri quasi
fortuita recordationum suarum pre
narrationis ordinem committere di-
vine potestati cui nichil fortuitum est com-
misissent, non oportet quemquam
hominum dicere longe abiectum ab oculis
dei et longe peregrinantem hoc loco
poni debuit, quod valde ignorat
cur eo loco poni dominus voluit quod
et si obvelatum est eorum mentem alii
apertum in hiis que pereunt obvela-
tum est et tamen dixisset quid sunt
odor mortis in vitam, aliis odor
mortis in mortem subiecit statim
ad hoc quis ydoneus .i. quis ydo-
neus intelligere quam iuste fiat.
Ad hoc enim dominus dicit Ego veni ut
qui non vident videant et qui vi-
dent ceci fiant. Hec enim est divitia-
rum scientie et sapientie dei altitudo
qua ex eadem fit massa aliud
vas in honorem aliud in contume-
liam et dicitur carni et sanguini
O homo tu quis es qui respondeas
deo. Ergo et in hac re cognoscat
intellectum domini aut quis consiliari-
us fuit illi, ubi sic gubernatur
corda reminiscentium eorum et in
eorum fastigio tanto auctoritatis
eminentie sublimatur ut per hoc ipsum quod
in eis contraria videri possunt mul-
ti exercerentur digne eruditi in
compunctione cordis sui et rep-
bum tempore et multi excecentur digne ad
perniciem propter intellectum suum
occultam omnipotentie iustitiam.
Dicit enim psalmus domino: Nimis
profunde facte sunt cogitationes

tus vir imprudens non cognoscet
et stultus non intelliget hec. Hor-
tor autem et admoneo eos qui hec le-
gunt per nos adiuuante domino elabo-
rata ut huius sermonis quem hoc
loco interponendum arbitratus sum in
omnibus similibus questionum difficulta-
te meminerint ne sepius eadem
repetenda sint. Facile autem
videbit qui sine impietatis duri-
cia voluerit attendere quam hic loco
oportuno marcus hec de tercia ho-
ra posuit nec quisquam ibi recor-
daretur qua hora iudei crucifixerint
dominum qui volebant in romanos
vel principes vel milites transferre
ipsum facinus vel scelus ministrorum mi-
litum commemoratum est. Sicut enim et
crucifigentes eum diuiserunt vestimenta
eius mittentes sortes super eis quis
quid tolleret. Quod hic in milites
sicut Iohannes manifestat. Ergo
ne quisquam cogitationem tanti criminis
auersus a iudeis in milites illos re-
torqueret. Erat autem inquit hora tercia
et crucifixerunt eum ut illi eum potius
crucifixisse tercia inueniantur quos ho-
ra vt crucifige clamare potuisset
diligens inquisitor inueniet cum
aduerterit hec quod a militibus factum
est hora sexta factum esse. Quamquam
non desunt qui parasceuen quam Io-
hannes commemorauit dicens Erat
autem parasceue hora fere sexta ho-
ram diei terciam velint intelligi
qua sedit pylatus pro tribunali
ut eadem tercia completa videatur quod
crucifixus est iam illo iam pendente
in ligno. Alie tres hore peracte
sunt et reddidit spiritum ut ab ea
hora qua defunctus est i. die sexta
tenebre fierent vsque ad nonam.
Dicunt enim diem quidem illo quo dies
sabbati sequebatur parasceuen fuisse
pasche iudeorum quod ab eodem sabbato
iam inciperent azima sed tamen vero

pascha quod iam in passione domini
celebratur non iudeorum sed christianorum
cepisse preparari i. parasceuen habe-
ret ab hora noctis nona in eo quod
dominus a iudeis occidendus preparabatur.
Parasceue quippe interpretatur preparatio
ab illa ergo nona hora noctis
vsque ad eius crucifixionem occurrit ho-
ra parasceues sexta secundum Ioha-
nem et hora diei tercia secundum mar-
cum ut non marcus horam illam
recordatam recapitulando commemo-
rat commemorauit qua clama-
uerunt iudei crucifige crucifige eum
sed eam prorsus horam terciam dixit
qua dominus est in ligno fixus. Sed
fidelis quis non fauebit solucio-
ni huius si modo possit aliquis
articulus inueniri ab hora nona
noctis unde cepisse parasceuen
pasche nostri i. preparacionem mortis christi
congruenter intelligamus. Si enim eam
dicamus cepisse cum a iudeis appre-
hensus est dominus adhuc noctis par-
tes erant. Si cum ad domum perdu-
ctus est soceri caiphe ubi et audi-
tus est a principibus sacerdotum
adhuc gallus non cantauerat quod
ex petri negacione colligimus.
Que cum audiret factum est. Si autem
cum pylato traditus est iam ma-
ne fuisse apertissime scriptum
est. Restat ergo ut intelligamus
tunc cepisse istam parasceuen pa-
sche i. preparacionem mortis domini quando
responderunt omnes principes sacer-
dotum apud quos primum audie-
batur et dixerunt reus est mortis
quod apud matheum et marcum
inuenitur ut recapitulando intelli-
gatur de petri negacione. Po-
stea dixi quod antea factum erat. Nec
enim absurde conicimus eo tempore quo
ut dixi reum mortis pronunciauerunt
nonam horam noctis esse potuis-
se ex qua hora vsque ad horam
qua sedit pylatus pro tribunali

quasi hora sexta non fuit dies
sed parasceves i. ymmolacionis domini
quod verum pascha est ut plena
sexta eiusdem parasceves que ple
na dies erat offerebat dominus ut su
spenderetur in ligno. Sive ergo hoc
potius intelligendum eligatur sive
Marcus etiam recoluit eam quam
maxime ad condempnacionem iude
orum in domini crucifixorum commemora
re voluit qua intelliguntur clama
mare potuisse ut crucifigeretur ut
ipsos potius crucifixisse accipemus
quam eos quorum manibus in li
gno suspensus est. Sicut ille ce
turio magis accessit ad dominum
quam illi amici quibus misit. Pro
culdubio hoc scienta est de hora
dominice passionis que maxime
solet et contensiosorum excitare
impudenciam et infirmiorum imperi
ciam perturbare. Sequitur

xiiii hora de duobus latronibus

Sequitur Matheus et di
cit tunc crucifixi sunt cum
eo duo latrones unus
a dextris et alius a sini
stris et Marcus sic et Lucas
nec Johannes aliquam facit
mencionem eos latrones non di
cit. Dicit enim Et cum eo alios duos
hinc et hinc medium autem ihesum
Esset autem congruum si non illi dixissent
latrones iste dicitur innuere

xv Duo de blassfematoribus in
de illudentibus Capitulum

Sequitur Matheus et dicit
pretereuntes autem blas
femabant eum moventes
capita sua et dicentes
Vath qui destruis templum domini
et in triduo reedificas illud sal
va temetipsum si filius dei es desce
de de cruce. Hunc Marcus pene
ad eadem verba consonat. Sequitur
deinde Matheus et dicit Simili
ter et principes sacerdotum cum scribis
et senioribus illudentes dice
bant Alios salvos fecit se ipsum
salvum non potest facere. Si rex israel
est descendat nunc de cruce

et credemus ei. Confidit in deum liberet
eum nunc si vult. Dixit enim quia
filius dei sum. Marcus et Lucas
alia verba dicunt, ad eandem tamen sentenciam
currunt cum aliquid pretermittit quod alius
commemorat. De principibus autem sacer
dotum quod insultaverint domino crucifixo
pro nos tacuit Johannes sermo recitata
tuit Marcus, Lucas dicit quia princi
pes dixit nec addidit sacerdotum
magis nomine generali omnes principes
complexus est ubi possumus intelli
gi et scribe et seniores. Sequitur

xvi Tres de latronibus impro
perantibus Capitulum Sequitur

Sequitur Matheus et dicit
Id ipsum autem et latrones
qui crucifixi erant cum eo imp
perabant ei. Hec Marcus
Discrepat si idem dicens Alius
vero, Lucas autem potest repugnare
putari in genus locucionis sepe consi
tatum non obenustam. Dicit enim
Lucas Unus autem de hiis qui pe
debant latronibus eum blasfema
bat dicens Si tu es Christus salvum
fac temetipsum et nos. Et sequitur
idem ipse atque ita conterit respondens
autem alter increpabat eum dicens
Neque tu times deum quod in eadem
dampnacione es. Et nos quidem
iuste nam digna factis recepi
mus hic vero nichil mali gessit. Et dice
bat ad ihesum Domine memento
mei cum veneris in regnum tuum
et dixit illi ihesus Amen dico tibi
hodie mecum eris in paradiso. Que
nomodo ergo sicut Matheus dicit
latrones qui crucifixi erant cum eo imperu
bant ei, vel sicut Marcus dicit et
qui cum eo crucifixi erant conuicie
bantur ei. Tamen unus eorum
convictus est ut Luce testimonio
alterius et compescuit eum et in deum
credidit nisi intelligamus Matheum
et Marcum breviter perstringentes hunc
hunc locum pluralem numerum pro singulari
posuisse sicut in Epistola ad Hebre
os legimus penuriam eorum esse

clauserunt ~~hora~~ ora leonum ad so
lus Daniel singulari intelligatur
et per dictum. Dicti sunt de Iulo
Ysaya tradatur in prophetis quod dictum est
Astiterunt reges terre et principes
convenerunt in unum pleri numero pro
singulari positum in actibus apostolorum
expo(nitur). Nam reges scilicet Herodem
principes scilicet Pylatum intellexerunt
hinc testimonium eiusdem psalmi ad
convenit sed quia et paganj solent
talem principaliter exponere videat que ad
modum locuti sunt auctores eorum
~~creat~~ medeas tenere me
sicras cum singule fuerint quando
autem sapiens ubi legitur quam ut
dicat aliquis et Rustici nunc
insultat etiam si unus insultat
Tunc enim esset contrarium quod Lucas
denuo manifestavit si illi dixis
sent ambos latrones convitiatos
domino. Ita enim non possumus sine uno nisi
per unus intelligi. Cum vero dictum
est latrones vel qui cum eo crucifixi
sunt non additum est ambo sed so
lum si ambo fecissent hoc dici. Sed
quia unus hoc fecit potuit consecta
to locutionis usitato plurali numero significare

XVIII De tenebris voce magna et de aceto quarta capitulum

Sequitur autem Matheus et
dicit a sexta autem hora
tenebre facte sunt super uni
versam terram usque ad horam
nonam hec et duo alii contestantur
addidit autem et Lucas et unde fa
cte sunt tenebre id est solem obscuratum
Sequitur Matheus et circa horam no
nam clamavit Ihesus voce magna di
cens Hely Hely lamazabatani
Hec est Deus meus Deus
meus ut quid dereliquisti me
Quidam autem illic astantes et
videntes ac audientes dicebant
Heliam vocat iste. Marcus adeo
dicit verba ad eandem formam non pe
ne sed divino consentit. Sequitur

Matheus et continuo currens unus
ex eis spongiam implet aceto et
imposuit arundinem et dabat ei
bibere. Hic et Marcus dicit. Cur
rens autem unus et implens
spongiam aceto circumponens que ca
lamo potum dabat ei dicens
Sinite videamus si veniat Helias
ad deponendum eum. Quod quidem de
Helia non ipsum qui obtulit spongi
am cum aceto sed ceteros dixisse Ma
theus narravit. Ait enim ceteri
vero dicebant Sine videamus an ve
niat Helias salvans eum. Unde
intelligitur et illud et ceteros hoc
dixisse. Lucas autem antequam de
latronis insultacione narraret
hoc de aceto sic commemorat
Illudebant autem ei et milites
accedentes et acetum offerentes illi
et dicentes Si tu es rex iudeorum
salvum te fac. Semel complecti
voluit quod a multibus factum
et dictum est. Ubi movere non debet
quod non unum eorum dixit acetum
obtulisse. Genus enim locucionis
tenuit de quo supra tractavimus
plurali numero pro singulari ponens
Hoc autem de aceto Iohannes
commemoravit ubi ait Postea
sciens Ihesus quia iam omnia
consummata sunt ut consumma
retur scriptura dicit Sitio. Vas er
go positum erat aceto plenum
illi autem spongiam aceto ysopo
circumponentes obtulerunt ori
eius. Sed quod apud eundem Iohan
nem invenitur dixisse Sitio
Vas ergo positum erat aceto plenum
illi autem spongiam plenam
aceto ysopo circumponentes obtule
runt ori eius. Sed quod apud
eundem Iohannem invenitur di
xisse Sitio. Et quia Vas ibi
erat aceto plenum non mirum
est si ceteri tacuerunt. Alva

xviii De expiravit tres consummatum est unus Sequitur

Sequitur Matheus Ihesus
iterum clamans voce ma
gna expiravit. Lucas
autem quid ipsa magna
voce emisit spiritum. Marcus sic
Ihesus emissa voce magna ex
piravit. Lucas autem quid ipsa
magna voce dixit declaravit
Dixit enim et exclamans voce
magna Ihesus ait Pater in
manus tuas commendo spiritum meum
et hec dicens expiravit. Joha
nes vero sicut tacuit illam vocem
primam Hely hely quam Matheus
et Marcus retulerunt tacuit et
istam quam Lucas solus indicavit
Illi autem duo nomine vocis ma
gne significaverunt id est pater in ma
nus tuas commendo spiritum meum quod
eum voce magna dixisse et
ipse Lucas sic attestatus est
ut intelligeremus hanc fuisse vo
cem magnam quam Matheus
et Marcus commemoraverunt. Sed
dixit Johannes quod nullus illorum
trium ait eum dixisse consumma
tum est cum acetum accepisset quod eum
ante ipsam vocem magnam dixis
se intelligimus. Hec sunt enim illa
verba Johannis. Cum ergo accepis
set Ihesus acetum dixit consumma
tum est et inclinato capite tra
didit spiritum. Inter illud quod ait
consummatum est et illud quod ait
inclinato capite tradidit spiritum
emissa est vox illa magna
quam tacuit, ceteri tres autem
commemoraverunt iste. Hoc enim ap
paret esse ordinis ut ante di
ceret consummatum est cum perfectum in
illo esset quod de illo prophetatum
erat et tamquam adhuc expectaret
qui utique cum vellet moreretur
Deinde commendans tradidit
spiritum. Sed quovis ordine quis
hec arbitretur dici potuisse hoc
magno opere cavendum est ne
cui videatur quisquam eorum
alteri repugnare si vel tacuit
quod alius dixit aut dixit quod
alius tacuit. Sequitur vero

xix. m. De velo templi Capitulum

Sequitur Matheus Et ecce
velum templi scissum
est in duas partes a summo
usque deorsum. Lucas autem
sic et dicit et velum templi scis
sum est medium sed non eodem or
dine. Volens enim ita mira
culo miraculum adiungere cum dixisset
sol obscuratus est et continuo subiungen
dum existimavit et velum tem
pli scissum est medium. Preoc
cupavit ergo quod expirante
domino factum est ut deinde reca
pitulans exequeretur et de illa
voce magna et de ipsa morte que
ante scissionem veli post tenebras
facta intelligitur. Matheus autem
~~ad~~ quia cum dixisset Ihesus autem iterum
voce magna clamans emisit spiritum
continuo subiecit et ecce velum templi
scissum est. Satis ostendit tunc
esse scissum cum emisit Ihesus spiritum
Si autem non addidisset et ecce sed
simpliciter dixisset et velum tem
pli scissum est incertum esset utrum
ipse et Marcus hoc recapitulando
commemorassent, Lucas autem ordinem
tenuisset, an Lucas recapitulas
set quod illi ordine posuissent.

xx Unus corpora sanctorum surrexerunt tres de centurione Sequitur

Sequitur Matheus et
terra mota est et petre scis
se sunt et multa corpora
sanctorum qui dormierant
surrexerunt et exeuntes de monu
mentis post resurrectionem eius venerunt
in sanctam civitatem et apparue
runt multis. Hec que plene dixit
est metuendum ne ceterorum
videantur repugnare. Sequitur
idem ipse. Centurio autem et qui

cum ipso erant custodientes ihesum viso ~~terre motu~~ terre motu et hijs que fiebant timuerunt valde dicentes Vere filius dei erat iste. Marcus sic ait Videns autem centurio qui ex adverso stabat quia sic clamans expirasset ait Vere hic filius dei erat. Lucas sic Videns autem centurio quod factum fuerat glorificavit deum dicens Vere hic iustus erat. Non est contrarium quod matheus viso terre motu dicit admiratum centurionem et eos qui cum illo erant cum lucas dicat hoc eum admiratum quod emissa illa voce expirasset ostendens quam in potestate habuit quando moreretur. In eo quippe quod idem matheus non solum dixit viso terre motu sed etiam addidit et hijs que facta erant integrum locum fuisse demonstravit luce ut haberet centurionem ipsam domini mortem fuisse miratum quia et hec inter illa est mirabiliter facta erat. Quamquam et si matheus illud non addidisset intelligendum erat cum multa miranda facta fuerint et omnia centurio et qui cum eo erant mirati fuissent licere narratoribus quid quisque illorum miratum commemorare voluisset nec eos sibi repugnare cum aliud illud alius aliud illud dicere vel dicerent fuisse miratum cum omnia fuerat ille miratus. Quod autem alius ait centurionem dixisse Vere filius dei erat iste alius autem vere hic homo filius dei erat. Non movebit eum qui non exciderunt tam multa superius sicut dicta et exposita. Omnino quippe sententiam utraque verba concorditer tenent nec quod alius homo tacuit alius dixit in nullo contrarium est. Magis quod lucas non ait centurionem dixisse filius dei erat sed iustus erat potest putari diversum. Sed vel utrumque dictum a centurione intelligere debemus et aliud illos aliud istum commemoras-se. Vel fortasse lucam exprimere voluisse sententiam centurionis quomodo dixit ihesum filium dei. Forte enim non unigenitum equalem patri centurio intellexerat sed ideo filium dei dixerat quia iustum crediderat sicut multi iusti dicti sunt filii dei. Quod autem et ipse lucas dixit Videns autem centurio quod factum erat in eo quod intelligitur omnia que in illa hora mirabiliter facta erant tamquam unum mirabile factum commemorans cuius quasi membra et partes erant omnia illa miracula. Iam vero quod matheus addidit eos qui cum centurione erant alij autem hoc tacuerunt cui non appareat ex notissima regula non esse contrarium cum alius dicit quod alius tacet. Et quod matheus dixit timuerunt valde lucas autem non dixit timuit sed glorificavit deum quis non intelligat eum timendo glorificasse. XXI[m]

De mulieribus iuxta crucem

Sequitur autem matheus Erant autem ibi mulieres multe a longe que secute erant ei a Galilea ministrantes ei inter quas erat maria magdalene et maria iacobi mater et mater filiorum zebedei. Marcus sic ait Erant autem et mulieres de longe aspicientes inter quas erat maria magdalene et maria iacobi minoris et Ioseph mater et Salome et cum esset in Galilea sequebantur eum et ministrabant ei et alie multe que cum eo ascenderant Ierosolimam. Inter quos nichil video contrarium posse putari. Quid enim interest ad veritatem quod quasdam mulieres pro quasdam singuli nominaverunt. Lucas autem narrationem suam ita contexit Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud et videbant que fiebant et percutientes

pectora sua revertebantur. Sta-
bant autem omnes ~~noti~~ noti eius
a longe et mulieres que secute
eum fuerant a galilea hec
videntes. Unde duobus superio-
ribus de militum presencia satis
consentit, cum ipsis nullam earum
nominatim exprimat. De turbis
eciam que simul aderant et vi-
dentes que fiebant tundebant
pectora sua et revertebantur
consentit Matheo, cum ipsis secun-
dum adnexuerit. Centurio autem
et qui cum illo erant. Quartus
tamen devotus eius qui stabat
a longe solus invenitur dixis-
se. Marcus et Johannes memo-
raverunt de presencia feminarum
antequam dominus emisisset spiritum
ita narrans. Stabant autem
iuxta crucem ihesu mater eius et
soror matris eius Maria Cleo-
phe et Maria Magdalene. Cum
vidisset ergo ihesus matrem et
discipulum stantem quem dilige-
bat, dicit matri sue: Mulier
ecce filius tuus. Deinde dicit
discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa
hora accepit eam discipulus
in suam. Et hic in de re mi-
rati essent Matheus quidem et Lu-
cas Mariam Magdalene nominasset
possemus dicere alias iuxta crucem
fuisse. Nullus enim nisi Joha-
nes matrem commemoravit. Unde
ergo quomodo intelligitur eadem Maria
Magdalene et a longe stetisse
cum aliis mulieribus sicut Ma-
theus et Lucas dicunt et iu-
xta crucem fuisse sicut Johannes
dixit, nisi quia in tanto intervallo
erant ut iuxta dici possent quia
in conspectu eius presto aderant
et a longe in comparacione turbe
propinquius circumstantis cum centuri-
one et militibus possumus eciam
intelligere quod ille que simul aderant
cum matre domini. Postquam eam disci-
pulo commendavit, abire iam cepe-
rant ut a densitate turbe se exi-
merent, et cetera que facta longius
intuentes vel certe eciam qui post

mortem domini eas commemoravit
iam longe stantes commemoraret.
XXIV. De Joseph petente
corpus ihesu unguentis preparato.
Sequitur Matheus. Cum
autem sero factum esset venit
quidam homo dives ab
Arimathia nomine Joseph
qui et ipse erat discipulus ihesu.
Hic accessit ad Pylatum et petiit
corpus ihesu. Tunc Pylatus iussit
reddi corpus. Marcus autem sic.
Cum iam sero esset factum quia erat
parasceve quod est ante sabbatum
venit Joseph ab Arimathia
nobilis decurio qui et ipse erat
expectans regnum dei et audacter
introivit ad Pylatum et petiit
corpus ihesu. Pylatus autem mirabatur
si iam obiisset et accersito cen-
turione interrogavit eum si iam
mortuus esset et ut cognovisset
a centurione donavit corpus
ihesu Joseph. Lucas sic autem. Et ecce
vir nomine Joseph qui erat decu-
rio, vir bonus et iustus. Hic
non consenserat consilio et actibus
eorum, ab Arimathia civitate
iudee qui expectabat et ipse re-
gnum dei. Hic accessit ad Pylatum
et petiit corpus ihesu. Johannes
autem post ea quam narraverat
de cruribus fractis eorum qui cum
domino crucifixi erant et de latere
domini lancea perfosso quod totum
solus dixit, subiungit eciam de Jo-
seph consentiens ceteris ita nar-
rans. Post hec autem rogavit
Pylatum Joseph ab Arimathia
eo quod esset discipulus ihesu occultus
autem propter metum iudeorum ut tolleret
corpus ihesu. ~~In hoc nullus exti-~~
~~tit~~ et permisit Pylatus. Venit
ergo et tulit corpus ihesu. In
hoc nullus extitit in quo aliquis
eorum alteri repugnare videatur.
Sed aliquis forsitan querat
quomodo a semetipso Johannes ipse
non discrepet contestans cum ceteris
quod Joseph petivit corpus ihesu

et similiter dicens quod occulte fuisset
discipulus domini propter metum iude-
orum. Marco enim innuetur ille qui
propter timorem occulte discipulus erat
ausus sit petere corpus eius quod nullus
eorum qui eum palam sequebantur
auderet. Sed intelligendum est istud
fiducia dignitatis quam sensisse qua
preditus poterat familiariter intrare
ad pylatum. In extremo autem illo
officio suum exhibendo minus
curasse de iudeis quamvis plerumque in
domino audiendo eorum inimicias devitaret

xciii Marcus de impositione corporis
in monumentum ubi adiungit nico-
demum. Sequitur capitulum

Sequitur matheus et ac-
cepto corpore ioseph in-
voluit illud in syndone
munda et posuit illud
in monumento suo novo quod exciderat
in petra et advolvit saxum magnum
ad hostium monumenti et abiit. Mar-
cus sic ait. Ioseph autem mercatus
syndonem et deponens eum involvit
syndone et posuit eum in monumento
quod erat excisum de petra et ad-
volvit lapidem ad hostium mo-
numenti. Lucas sic. Et depositum involu-
it in syndone et posuit eum in
monumento exciso in quo non dum
quisquam positus erat. Ex hys tribus
duobus nulla questio dissensionis
oriri potest. Iohannes autem sepultu-
ram domini non a solo ioseph sed
a nycodemo quoque curatam fuisse
commemorat. Consequenter a nycode-
mo incipiens ita narrat. Venit
autem et nicodemus qui venerat
ad ihesum nocte primum ferens mi-
xturam myrre et aloes quasi libras
centum. Deinde sequitur adiungens
ipsum ioseph et dicit. Acceperunt
ergo corpus ihesu et ligaverunt lin-
theis cum aromatibus sicut mos
est iudeis sepelire. Erat autem in
loco ubi crucifixus est ortus et in
orto monumentum novum in quo non
dum quisquam positus erat. Illi
ergo propter parasceuen iudeorum quia
iuxta erat monumentum posuerunt
ihesum. Neque enim aliquid repugnat
recte intelligentibus. Neque enim
illi qui de nicodemo tacuerunt
affirmaverunt a solo ioseph dominum
sepultum quamvis solius commemora-
tionem fecerint. Aut quia illi una
syndone a ioseph involutum di-
xerunt. Propterea prohibuerunt intelli-
gi et alia lynthea potuisse
afferri a nycodemo et super addi
ut verum narraverit iohannes quod
non linteo sed lintheis involu-
tus sit quamvis et propter sudarium
quod capiti adhibebatur et institas
quibus totum corpus alligatum
est quia omnia de lyno erant
et si una syndon ibi fuit veris-
sime dici potuit ligaverunt eum
lintheis. Linthea quippe generali-
ter dicuntur que lyno texuntur.

xciiii Duo de mulieribus contra
sepulcrum de custodia sepulcri

Sequitur matheus. Erat
autem ibi maria magdalene
et altera maria sedentes
contra sepulchrum. Marcus
sic dicit. Maria autem magdalene
et maria ioseph aspiciebant
ubi poneretur. Unde nichil eos ex
hoc dissentire manifestum est.
Sequitur matheus. Altera autem
die que est post parasceuen conve-
nerunt principes sacerdotum et
pharisei ad pylatum dicentes. Domine
recordati sumus quia seductor
ille dixit adhuc vivens post
tres dies resurgam. Iube ergo
custodiri sepulcrum usque in ter-
cium diem ne forte veniant
discipuli eius et furentur eum et
dicant plebi surrexit a mortuis
et erit novissimus error peior
priore. Ait illis pylatus. Habetis
custodiam. Ite custodite sicut
scitis. Illi autem abeuntes mu-
nierunt sepulchrum signantes
lapidem cum custodibus. Hoc
solus matheus narrat nullo

aliorum narrante aliquid quod
huius videatur esse contrarium

xxv De mariis et angelis et
visione et ita de questionibus
omnis quatuor Capitulum sc'

Deinde sequitur idem
Matheus et dicit Ve
spere autem sabbati que
lucescit in prima sabbati
venit maria magdalene et altera
maria videre sepulcrum et ecce
terre motus factus est magnus
angelus domini descendit de
celo et accedens revolvit lapi
dem et sedebat super eum Erat
autem aspectus eius sicut fulgur
vestimenta eius sicut nix, pre
timore autem eius exterriti sunt
custodes et facti sunt velut
mortui Respondens autem ange
lus dixit mulieribus Nolite
timere vos Scio enim quod ihesum
qui crucifixus est queritis non est
hic Venite et videte locum ubi
positus erat dominus et cito euntes
dicite discipulis eius quia surrexit
eum sicut dixit et ecce pre
cedit vos in galileam ibi eum
videbitis Ecce dixi vobis Quod
Marcus consonat dicens valde mo
nu Quod post mane quod 2m Ma
theum angelus super lapidem
sedebat revolutum a monumento
Marcus autem intrantes eas in
monumentum dicit vidisse iuve
nem sedentem in dextris coopertum
stola candida et obstupuerunt
Ubi autem intelligendum Matheum
tacuisse et de illo angelo quem
intrantes viderunt, Marcum
vero de illa tacuisse quem foris
viderunt sedentem super lapidem
ut duos viderunt et a duobus
singillatim audierint que dixe
runt angeli de ihesu, Primus
ab illo quem foris viderunt
sedentem super lapidem Deinde
ab illo quem viderunt introeun
tes in monumentum sedentem a de
xtris quod ut intrarent illius

qui foris sedebat verbis exhorta
te sunt dicente Venite et videte
locum ubi positus erat dominus, Quo
venientes ut dictum est et intrantes
viderunt eum de quo Matheus
tacet Marcus autem loquitur sedentem
a dextris quod a quo etiam similiter
audierunt Aut certe intrantes in
monumentum aliqua septa materie
debemus accipere qua communitum locum
tum fuisse credibile est in aliquo
spacio ante petram qua excisa
locus factus fuerat sepulture et ipsum
viderunt in eodem spacio sedentem
a dextris quem dicit Matheus
sedentem super lapidem quem terre motu
ab hostio monumenti revolverat
id est ab hostio sepulcri quod excisum
erat in petra, Item queritur quem
admodum Marcus dicit At ille ex
euntes fugerunt de monumento inva
serat enim eas tremor et pavor
et nemini quicquam dixerunt Time
bant enim cum dicat Matheus et
exierunt cito de monumento cum timore
et gaudio magno currentes nun
ciare discipulis eius Ubi intelligendum
ipsorum angelorum nemini ausas fu
isse aliquid dicere id est respondere ad
ea que ab illis audierant Aut
certe custodibus quos iacentes
viderunt, Nam illud gaudium quod
Matheus commemorat non repugnat
timori de quo Marcus dicit, Debebamus
enim utrumque in illarum animo fuisse
intelligere etiam si ipse Matheus
de timore non diceret cum et ipse
dicat et exierunt cito de monumento
cum timore et gaudio magno, Ni
chil ex hac re questionis rema
nere permittit de hora quod illa tempora
qua venerunt mulieres ad monumentum
non contempnenda exoritur questio
Cum enim dicat Matheus Vespere
autem sabbati que lucescit in prima
sabbati Venit maria magdale
ne et alia maria videre sepulcrum
Quid est quod dicit Marcus Et valde
de mane una sabbatorum veniunt
ad monumentum orto iam sole in quo

quod a ceteris duobus id est Luca et Johanne non discrepat Quod enim dicit Lucas valde diluculo Et Johannes mane cum adhuc tenebre essent / hoc intelligitur Marcus dicere valde mane oriente iam sole id est cum celum ab orientis parte iam albesceret quod non fit utique nisi solis orientis vicinitate Est enim ille fulgor qui nomine aurore appellari solet Ideo non repugnat illi qui ait Cum adhuc tenebre essent Die quippe surgente alique reliquie tenebrarum tanto magis extenuantur quanto magis oritur lux / Nec sic accipiendum est quod ait valde mane tamquam sol ipse videretur super terram sed potius sicut dicere solemus eis quibus volumus significare temporius aliquid faciendum Valde mane ne putent iam solem super terram conspicuum nos dicere ad hoc pertinere quod addimus valde mane ut illud etiam quod albescente celo intelligant quamquam et hoc usitatum sit ut postquam galli cantum sepe repetitum diluculo homines ceperint diem iam propinquare dicant iam mane est Et postquam celum attenderint et iam oriente id est iam de proximo advenientem in has partes sole et celum rubescere vel albescere viderint addant qui dicebant mane est et dicant Valde mane est Quid autem interest dum scriptura verbo vel illo vel isto modo nichil aliud a Marco appellatum mane nisi quod Lucas appellat diluculo Et hoc valde mane quod ille valde diluculo Et quod Johannes mane cum adhuc tenebre essent sole iam oriente id est orto scilicet iam celum illustrare incipiente Illud quod ex hiis tribus tempus ait Matheus qui nec mane nec diluculo sed vespere ait sabbati que lucescit in prima sabbati attentius indagandum est A parte quippe prima noctis quod est vespere

ipsam noctem voluit significare Matheus cuius noctis in fine venerunt mulieres ad monumentum Ea vero causa intelligitur eandem noctem sic appellasse quia iam vespere licebat afferre aromata confecto utique sabbato quo quia impediebantur ut non ante facerent ab eo fecerunt tempore nominavit noctem ex quo eis licere cepit ut facerent quandocumque vellent tempore eiusdem noctis Sic itaque dictum est ac si diceretur Nocte sabbati id est nocte que sequitur diem sabbati quod ipsa illa eius satis indicant verba Sic enim ait Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati quod fieri non potest si tantummodo primam noctis particulam id est solum initium noctis intellexerimus dicto vespere significatum Neque enim ipsum initium noctis lucescit in prima sabbati sed ipsa nox que luce incipit terminari Nam terminus prime partis noctis est / lux autem totius noctis terminus est Unde non potest dici vespera lucescens in prima sabbati nisi vespere nox ipsa intelligatur quam lux terminat Et usitatus modus loquendi est divine scripture a parte totum intelligere A vespere ergo noctem significavit cuius extremum est diluculum Diluculo enim venerunt ille mulieres ad monumentum Ac per hoc ea nocte venerunt que significata est nomine vespere Tota enim significata est eo nomine ut dixi Et ideo quacumque eius noctis parte venissent eadem utique nocte venissent Cum ergo venerunt parte eius noctis extrema eadem procul dubio nocte venerunt Vespera autem que lucescit in prima sabbati non potest nisi tota ipsa nox intelligi Ea igitur vespere venerunt qua ipsa nocte venerunt Ipsa autem nocte venerunt que noctis cuiuslibet extrema parte venerunt

Nam et ipsum triduum quo dominus mortuus est et resurrexit non isto loquendi modo quo a parte totum dici solet recte intelligi non potest. Ille quippe ait: Sicut enim Jonas fuit in ceti ventre tribus diebus et tribus noctibus, sic erit et filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Computantur autem hore sive tempora ex quo traditus [illegible] et quo sepultus est, et non occurrit ad [illegible] nisi per medium diem hoc est per sabbatum totum diem accipiamus id est cum sua nocte. Illos autem qui eum in medio posuit id est parasceven et primam sabbati quem diem dominicum dicimus a parte totum intelligamus. Quid enim eis iuvat quod quidam his angustiis coartati et istum loquendi modum id est a parte totum in scripturis sanctis pertinendis questionibus [illegible] valere nescientes noctem voluerunt annumerare tres horas a sexta usque ad nonam quibus sol obscuratus est et diem alias quibus iterum terris est redditus id est a nona usque ad eius occasum. Sequitur enim nox futuri sabbati que cum suo die computata erunt iam due noctes et duo dies. Porro autem post sabbatum sequitur nox prime sabbati id est lucentis diei dominici in qua tunc dominus resurrexit. Erunt ergo due noctes et duo dies et una nox etiam si tota possit intelligi nec totam demonstremus illud diluculum post eius extrema fuisse. Quapropter nec annumeratis illis sex horis quarum tribus sol contenebratus est et tribus reluxit constabat ratio trium dierum et trium noctium. Restat ergo ut illo scripturarum usitatissimo modo loquendi quo a parte totum intelligitur inveniamus extremum diem parasceves quo crucifixus est et sepultus est dominus et ex ipsa extrema parte totum diem cum sua nocte que iam peracta fuerat accipiamus, medium vero id est sabbati diem non a parte sed integre totum, tertium rursus a parte sua prima id est a nocte totum cum suo diurno tempore. Ac sic erit triduum. Quemadmodum illi octo dies post quos ascendit in montem quorum medios integros attendentes Matheus et Marcus dixerunt post sex dies, quos Lucas dixit post octo dies.

Cetera iam videamus quemadmodum Matheo congruit Lucas cum apertissime duos angelos dicit visos fuisse a mulieribus que venerunt ad monumentum. Quorum singulos intelligimus commemoratos a duobus, unum a Matheo id est illum qui extra monumentum sedebat in lapide, alterum a Marco id est illum qui intra monumentum sedebat a dextris. Sed Lucas ita narrat: Et dies erat parasceves et sabbatum illucescebat. Subsecute autem mulieres que cum ipso venerant de Galilea viderunt monumentum et quemadmodum positum erat corpus eius. Et revertentes paraverunt aromata et unguenta, et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. Una autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum portantes que paraverant aromata et invenerunt lapidem revolutum a monumento et ingresse non invenerunt corpus domini Jesu. Et factum est dum mente consternate essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid queritis viventem cum mortuis? Non est hic sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc in Galilea esset dicens quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum et crucifigi et die tertia resurgere. Et recordate sunt verborum eius et regresse

a monumento indicauit. Hec omnia
illis xi et ceteris omnibus. Quod
singuli ipsi fuerint sedentes unus
secundum Matheum foris secundum Marcum
super lapidem et alter secundum Mar-
cum intus a dextris. Ad secundum Lucam
duo steterunt secus illas quibus simi-
lia dixerunt. Possumus quidem ad-
intelligere unum angelum visum a
mulieribus et secundum Matheum et Mar-
cum sicut supra dictum est. Et cum
ingressus in monumentum sit accipi-
amus illud aliquod spatium quod erat
in aliqua maceria communitum
ut intrari posset ante illud saxum
sepulcri locum atque ibi vidisse an-
gelum sedentem super lapidem revolu-
tum a monumento sicut dicit Matheus
ut hoc sit sedentem a dextris quod
dicit Marcus. Deinde intus ab
eis dum inspicerent locum in quo
iacens iacebat corpus domini visos
duos angelos stantes sicut Lucas
dicit similia locutos ad earum exci-
tandum animum et edificandam fidem.
Sed videamus et illa que etiam Joha-
nes dicit utrum vel quemadmodum
hiis congruant. Sic ergo narrat
Johannes. Una autem sabbati Maria
Magdalena venit mane cum adhuc tenebre
essent super terram ad monumentum et
vidit lapidem sublatum a monumento.
Currit ergo et venit ad Symonem
Petrum et ad alium discipulum quem
amabat Ihesus et dicit eis: Tule-
runt dominum de monumento et nescimus
ubi posuerunt eum. Et exiit ergo Petrus
et ille alius discipulus et venerunt
ad monumentum. Currebant autem duo
simul et ille alius discipulus precuc-
currit cicius Petro et venit primus
ad monumentum et cum se inclinasset
vidit posita illa linthiamina non
tamen introiuit. Venit ergo Sy-
mon Petrus sequens eum et introiuit
in monumentum et vidit linthiamina
posita et sudarium quod fuerat super
caput eius non cum linthiamini-
bus positum sed separatum involutum

in unum locum. Tunc ergo introiuit
et ille discipulus qui venerat
primus ad monumentum et vidit et cre-
didit. Nondum enim sciebant scri-
pturas quia oportet eum a mor-
tuis resurgere. Abierunt ergo ad se-
metipsos iterum discipuli. Maria
autem stabat ad monumentum foris
plorans. Dum ergo fleret inclinavit
se in monumentum et prospexit et vidit
duos angelos in albis sedentes
unum ad caput et unum ad pedes
ubi positum fuerat corpus Ihesu.
Dicunt ei illi: Mulier quid plo-
ras? Dicit eis: Quia tulerunt
dominum meum et nescio ubi posuerunt
eum. Hec cum dixisset conversa est retro-
rsum et vidit Ihesum stantem
et non sciebat quia Ihesus est. Dicit
ei Ihesus: Mulier quid ploras,
quem queris? Illa existimans
quia ortulanus esset dicit ei: Domine
si tu sustulisti eum dicito michi
ubi posuisti eum et ego
eum tollam. Dicit ei Ihesus: Maria.
Conversa illa dicit ei: Raboni
quod dicitur magister. Dicit ei Ihesus:
Noli me tangere. Nondum
enim ascendi ad patrem meum.
Vade autem ad fratres meos et dic
eis: Ascendo ad patrem meum
et patrem vestrum, deum meum et
deum vestrum. Venit Maria Magdalene
annuncians discipulis quia vi-
di dominum et hec dixit michi. Hu-
cusque Johannis narracio. Dies
vel tempus quo ventum ad monumen-
tum ceteris convenit. Illud etiam
quod duo angeli visi sunt concor-
dat cum Luca sed quod ille stantes
dicit angelos visos, iste autem
sedentes et cetera que illi non di-
cunt, quomodo hec possunt integra
non discrepare a ceteris et quo
ordine gesta sunt nisi diligenter
consideremus repugnancia videri
possunt. Quapropter hec omnia que
circa tempus resurrectionis domini facta
sunt secundum omnium evangelistarum testimonia

in prima quadam ratione quantum
dominus nos adiuuerit queadmodum
geri poterint ordinemus. Prima
sabbati diluculo omnibus consencientibus
ventum est ad monumentum. Iam
factum erat quod solus Matheus
commemorat de terre motu et lapi-
de reuoluto contritis custodibus
ita ut in parte aliqua velut
mortui iacerent. Venit autem sicut
Iohannes dicit Maria Magdalene
sine dubio cum ceteris mulieribus
que domino ministrauerant plurimum
dilectione feruentior ut non im-
merito Iohannes solam commemo-
rat tacitis eis quamuis ea fue-
rint sicut alii testantur. Venit
ergo et ut vidit lapidem subla-
tum a monumento antequam aliquid
diligentius inspiceret non dubitans
ablatum inde esse corpus Ihesu
cucurrit sicut dixit idem Io-
hannes et nunciauit Petro
atque ipsi Iohanni. Ipse enim est
discipulus quem amabat Ihesus.
At illi currere ceperunt ad monu-
mentum et preueniens Iohannes
inclinat se et vidit posita lin-
theamina nec intrauit. Petrus
autem consecutus intrat in monu-
mentum et vidit lintheamina
posita et sudarium quod fuerat
super caput eius non cum linthea-
minibus positum sed in vno
locum separatim inuolutum. De-
inde et intrauit et vidit sicut
et credidit quod Maria dixerat sub-
latum esse dominum de monumento. Ne-
dum enim sciebant scripturas quia
oportebat a mortuis resurgere.
Abierunt ergo iterum ad semetipsos
discipuli. Maria autem stabat ad mo-
numentum foris plorans. i. ante il-
lud saxei sepulcri locum sed tamen
intra illud spacium quo iam ingressi
fratres fuerant. Ortus quippe ille
erat sicut idem Iohannes comme-
morat. Cum viderit angelum
sedentem a dextris super lapidem
reuolutum a monumento. De quo ange-
lo et narrat Matheus et Marcus.
Tunc eis dixit: Nolite timere
vos. Scio enim quod Ihesum qui crucifixus
est queritis. Non est hic. Surrexit
enim sicut dixit. Venite et vide-
te locum vbi positus erat dominus.
Et cito euntes dicite discipulis
eius et Petro quia surrexit
et ecce precedet vos in Galileam.
Ibi eum videbitis. Ecce predixi vobis.
[illegible] silia Marcus quod non ta-
cuit. Ad hec verba Maria dum
flet inclinauit se et prospexit in
monumentum et vidit duos angelos
sicut dicit Iohannes in albis
sedentes vnum ad caput et vnum
ad pedes vbi positum fuerat corpus
Ihesu. Dicunt ei illi: Mulier quid
ploras? Dicit eis: Quia tulerunt
dominum meum et nescio vbi posue-
runt eum. Hic intelligendi sunt
resurrexisse angeli etiam stantes
ut viderunt sicut eos Lucas visos
fuisse commemorat et dixisse cum
enim Lucam euntibus mulieribus
et vultum in terram declinantibus:
Quid queritis viuentem cum mortuis?
Non est hic sed surrexit. Recor-
damini qualiter locutus est vobis cum
adhuc in Galilea esset dicens
quia oportet filium hominis in manus
hominum peccatorum et crucifigi et tercia
die resurgere. Et recordate sunt
verborum eius. Post hec conuersa est
retrorsum Maria et vidit Ihesum stan-
tem sicut dicit Iohannes et non
sciebat quia Ihesus est. Dicit ei
Ihesus: Mulier quid ploras? quem
queris? Illa existimans quia ortu-
lanus esset dicit ei: Domine
si tu sustulisti eum dicito mihi vbi po-
suisti eum et ego eum tollam. Dicit
ei Ihesus: Maria. Conuersa illa dicit
ei: Raboni quod dicitur magister. Dicit
ei Ihesus: Noli nondum ascendi ad
patrem meum. Vade ergo ad fratres
meos et dic eis: Ascendo ad patrem

meum et patrem vestrum deum meum
et deum vestrum. Tunc egressa est
a monumento hoc est ab illo loco ubi
erat orti spacium ante lapidem ef-
fossum et cum illa alie quas secundum
Marcum invaserat tremor et pa-
vor et nemini quidquam dicebant.
Tunc eum secundum Matheum Ecce Ihesus
occurrit illis dicens Avete. Ille
autem accesserunt et tenuerunt pedes
eius et adoraverunt eum. Sic enim
colligimus et angelorum ~~vt~~ colla-
tionem bis vnius eas habuisse ve-
nientes ad monumentum et ipsius domini
semel scilicet illic quando Maria ortulanum
putavit et nunc iterum cum eis occur-
rit in via ut eas ipsa repetitione
firmaret atque timorem recrearet. Dic-
hit illis Nolite timere. Ite nunci-
ate fratribus meis ut eant in Gali-
leam ibi me videbitis videbunt.
Venit ergo Maria Magdalene annuncians
discipulis quia vidi dominum et hec dixit
ei. Non solum ipsa sed alie quas
Lucas commemorat hec nunciave-
runt ceteris discipulis xi et ceteris
omnibus et visa sunt ante eos sicut
deliramentum verba ista et non cre-
debant ~~istam~~ istis. Marcus et Mat-
theus attestatur. Nam post ea que commemorat
eas trementes et paventes exisse
a monumento et nemini quicquam dixisse
adiungit quod resurgens dominus appa-
ruit mane prima sabbati primo
Marie Magdalene de qua eiecerat vii
demonia. Et quia vadens illa
nunciavit illis qui cum illo fue-
rant lugentibus et flentibus. Et quod
illi audientes quia viveret et visus
esset ab ea non crediderunt. Sane
Matheus etiam illud inseruit ab-
scedentibus mulieribus que illa
omnia viderant et audierant venis-
se etiam quosdam in civitatem de illis
custodibus qui iacuerant velut
mortui et nunciasse principibus
sacerdotum omnia que facta erant.

Hoc est etiam quod illi sentire potu-
erunt. Illos non congregatos cum
senioribus consilio accepto pe-
cuniam copiosam dedisse militibus
ut dicerent quod discipuli eius ve-
nissent et eum furati essent
illis dormientibus. Pollicentes
etiam securitatem a preside et illos ac-
cepta pecunia fecisse sicut erant
docti divulgatumque esse verbum
istud apud iudeos usque in hodi-
ernum diem. Sequitur [illegible]

xxvi De apparicionibus post re-
surrectionem domini quadr. Pauli
secundum apostoli apparitiones Cephan

Iam post resurrectionem quem-
admodum apparuit discipulis
considerandum est non solum
ut elucescat etiam ex hac re
convenientia quatuor evangelistarum verum
etiam cum Paulo consonent.
Qui de hac re in prima ad
Corinthios epistola ita loquitur.
Tradidi enim vobis in primis
quod et accepi quia Christus mor-
tuus est pro peccatis nostris secundum
scripturas et quia sepultus est et quia
resurrexit die tercia secundum scriptu-
ras et quia apparuit Cephe et
post ea xi. Deinde apparuit plus
quam quingentis fratribus simul
ex quibus plures manent usque
adhuc quidam autem dormi-
erunt. Postea apparuit Iacobo
deinde apostolis omnibus. Novissime
autem omnium quasi abortivo appa-
ruit et michi. Hunc autem ordinem
nullus evangelistarum tenuit. Unde con-
siderandum est utrum ordo quem
illi tenuerunt huic non adversetur.
Nam nec ille omnia nec isti omnia
dixerunt. Que autem dixerunt eo-
rum nichil inter se repugnet
tamen videndum est. Lucas enim
solus inter evangelistas non dicit
a mulieribus visum dominum sed
tamen angelos. Matheus autem
dicit quod eis occurrerit redeuntibus

a monumento. Marcus ~~autem~~ dicit primum visum esse Marie Magdalene sicut et Iohannes. Sed quomodo sit visus non dicit quod explicatur a Iohanne. Lucas autem non solum tacet ut dixi eum apparuisse mulieribus sed et ex duobus quorum unus fuit Cleophas talia dicit locutos cum illo antequam agnoscerent vel agnoscerent eum tamquam mulieres ~~tamquam~~ nihil se aliud quam angelos vidisse nuntiaverunt qui dicebant eum vivere. Ita enim narrat. Ecce duo ex ipsis ibant in ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem nomine Emaus et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus que acciderant. Et factum est dum loquerentur et secum quererent et ipse Ihesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem ambulantes et estis tristes. Et respondens unus cui nomen Cleophas dixit ei Tu solus peregrinus es in Ierusalem et non cognovisti que facta sunt in ea his diebus. Quibus ille dixit Que. Et dixerunt de Ihesu nazareno qui fuit vir propheta potens in opere et sermone coram deo et omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri in dampnacionem mortis et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hec omnia tercia dies est hodie quod hec facta sunt. Sed et mulieres quedam terruerunt nos que ante lucem fuerunt ad monumentum et non invento corpore eius venerunt dicentes etiam se visionem

angelorum vidisse qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt ipsum vero non invenerunt. Hec secundum Lucam ita narrantur ut meminisse ac recolere potuerant quod a mulieribus dictum erat vel a discipulis qui cucurrerant ad monumentum cum eis nunciatum est quod ablatum inde sit corpus Christi. Et ipse quidem Lucas Petrum dicit cucurrisse ad monumentum et procumbentem vidisse linteamina sola posita et abisse secum mirantem quod factum fuerat. Hec autem de Petro commemorat priusquam narraret de his duobus quos invenit in via post ea quam narravit de mulieribus que viderant angelos et ab eis audierant quod resurrexisset Ihesus tamquam tunc Petrus ad monumentum cucurrerit. Sed intelligitur Lucas recapitulando posuisse de Petro. Tunc enim cucurrit Petrus ad monumentum quando et Iohannes cum tantum a mulieribus precipue a Maria Magdalena nunciatum eis fuerat de corpore eius ablato. Tunc autem illa nunciaverat quando vidit lapidem ablatum a monumento et post ea facta sunt. Hec de visione angelorum atque ipsius domini qui bis nunc apparuerat mulieribus semel ad monumentum et iterum occurrens redeuntibus a monumento. Hoc autem antequam in via duobus illis visus fuisset quorum unus erat Cleophas. Nam neque et Cleophas loquens cum illo quem dominum non cognoscebat non Petrum isse ad monumentum sed abierunt quidam ex nostris inquit ad monumentum et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt quod et ipse recapitulando intelligitur dixisse illud scilicet quod primo mulieres et Petro et Iohanni nunciaverunt

de ablato corpore domini. Et per hoc
quod ipse Lucas Petrum dicit cucurris-
se ad monumentum et Cleophas di-
xisse ipse retulit quod quidam eorum
ierunt ad monumentum intelligitur
attestari Iohanni quod duo ierint
ad monumentum sed Petrum solum primo
commemoravit quia illi primum Maria
nuntiaverat. Item quod inclinatum
Petrum non intrantem sed procumben-
tem dicit idem Lucas vidisse sola
linteamina et discessisse mirantem
tamen Iohannes dicat se potius
ita vidisse, hoc est discipulum
illum quem diligebat Ihesus non
introisse in monumentum qui prior
venerat sed tantum inclinasse vidisse
posita linteamina sed et se ipsum
postea dicit intrasse. Ita et
Petrus intelligendus est primo
procumbens vidisse quod Lucas
commemorat, Iohannes tacet.
Post autem ingressus tamen antequam
Iohannes intraret ut eos vere
dixisse sine ulla repugnantia
reperiatur. Ordo igitur rerum esse
potuit quemadmodum dominus excepto
hoc iam mulieribus locutus erat etiam
maribus discipulis visus fuit
secundum testimonium non solum quattuor
evangelistarum sed et Pauli apostoli quere-
ndus et demonstrandus est. Omnium
igitur virorum primo apparuisse Petro
intelligitur ex hijs [illegible]
dibus quos evangeliste quattuor et Pau-
lus apostolus commemoravit. Utrum
autem apparuit alicui eorum prius quam
Petro quod omnes tacuerunt quis
vel dicere audeat vel negare.
Neque enim et Paulus dixit appa-
ruit primus Cephe sed apparuit Ce-
phe postea xi. Deinde apparuit
plus quam quingentis fratribus simul.
Sic autem non apparet quibus
xi quemadmodum nec quibus quin-
gentis. Fieri enim potest de turba
discipulorum fuerint isti xi nescio
qui non iam illos quos apostolos

nominavit non iam xii sed xi dicere-
tur et nonnulli codices habent. Quod
credo perturbatos quosdam emen-
dasse putantes de illis xii apostolis
dictum quia iam Iuda extincto
xi erant. Sed sive illi codices
verius habeant qui xi habent
sive alios quosdam qui xii quos
Paulus velit intelligi sive sa-
cramentum illius numeri etiam in xi
stare voluit quia duodena-
rius in eis numerus ita mistico
erat ut non posset in locum Iude
nisi alius id est Mathias ad con-
servandum sacratum eundem numerum
subrogari. Quodlibet eorum sit
nichil inde existit quod veritati
vel istorum alicui veracissimo nar-
ratori repugnare videatur. Proba-
bile tamen creditur postea quam Petro
apparuit. Deinde apparuisse istis
duobus quorum unus erat Cleo-
phas. De quibus Lucas totum
narrat Marcus autem breviter
ita perstringit. Post hec autem duo-
bus ex eis ambulantibus osten-
sus est in alia effigie eunti-
bus in villam. Emaus sit Bethle-
em castellum. Quippe illud non
absurde accipimus enim villam
potuisse appellari quod nunc iam
appellatur ipsa Bethleem que
civitas antea vocitata est
cuius nunc sit honor ampli-
ficatus nomine domini quod in illa
natus est et per ecclesias omnium gen-
tium diffamata et in codicibus
quidem grecis magis agrum inve-
nimus quam villam. Agri autem
nomine non castella tantum vero etiam
municipia et colonie solent voca-
ri extra civitatem que mater
est et caput omnium ceterarum. Unde
metropolis appellatur. Quod autem
ait Marcus eis in illa effi-
gie dominum apparuisse hoc Lucas
dicit quod eorum oculi tenebantur
ne cognoscerent eum. Oculis quippe
eorum accidit aliquid quod ita manere

De benedicto pane quem Christus duobus discipulis in Emaus euntibus fregit

permissum est usque ad instauratio-
nem panis certe in misterio ta[li]
ut eis in alio alia ostenderetur
effigies et sic eum non nisi in
fractione panis agnoscerent. Sic
Lucas narrat et dicit. Pro-
nimio quippe metu eorum adhuc
ignorabant quod oportebat Christum
mori et resurgere, sicut aliquorum
eorum oculi passi sunt non ve-
ritate fallente sed ipsis veritatem
percipere non valentibus et aliud
quam res est opinantibus ne
quisquam se Christum agnovisse
arbitretur si autem eius corporis
particeps non est, id est ecclesie, cuius
unitatem in sacramento panis
commendat apostolus dicens. Unum
corpus multi sumus. Ut cum eis
benedictum panem porrigeret
aperirentur oculi eorum et agno-
scerent eum. Aperirentur utique ad
eius cognitionem remoto scilicet impe-
dimento quo tenebantur ne eum
agnoscerent. Neque enim clausis
oculis ambulabant sed inerat
aliquid quo non sinerentur agno-
scere quod videbant, quod scilicet et caligo
et aliquis humor efficere so-
let. Non quod dominus non poterat trans-
formare carnem suam ne
alia re vera esset effigies non
quam solebant illi contueri quan-
doquidem et ante passionem suam trans-
formatus est in monte ut fa-
cies eius claresceret sicut sol. Qua-
le vult enim admirabile cor-
pus de qualibet qualitate corpo-
rum de vero facit qui de a-
qua vera vinum verum fecit
sed non ita fecit cum apparuit
illis duobus in alia effigie.
Non enim sicut erat apparuit eis
quorum oculi tenebantur ne
eum agnoscerent. Non enim incon-
gruenter accipimus hoc impedi-
mentum in oculis eorum a sattha-
na factum fuisse ne agnosceretur
Ihesus, sed tamen a Christo est facta per-
missio usque ad sacramentum

ad panem confectum

panis et unitate corporis eius
participata removeri intelligatur im-
pedimentum inimici ut Christus possit
agnosci. Tam ipsos esse istos
de quibus et Marcus narrat
credendum est quia dicit ipse eun-
tes nunciasse ceteris sicut Lucas
eos dicit surgentes eadem ho-
ra ingressos Iherusalem esse et in-
venisse congregatos xi et eos
qui cum ipsis erant dicentes quod surre-
xit dominus vere et apparuit Sy-
moni et tunc eos ipsos narrasse
que gesta sunt erant in via
et quomodo eum cognovit in fractione
panis. Iam ergo erat fama quod
resurrexerat Ihesus ab illis mulieri-
bus facta et a Symone Petro
cui iam apparuerat. Hoc enim isti
duo invenerunt loquentes ad quos
in Iherusalem venerunt. Fieri utique pot-
uit timore forsitan in via noluerint
dicere quod eum audierant resurre-
xisse quando tamen angelos dixe-
runt vivum esse mulieribus. Quo-
niam enim cum quo loquentur
merito possent esse solliciti ne
aliquid passim de Christi resurrectione
iactantes in manus inciderent iu-
deorum. Quod autem ait Marcus annun-
ciaverunt ceteris nec illis crediderunt
cum Lucas dicat quod iam inde lo-
quebantur vere resurrexisse dominum
et Symoni apparuisse. Quid
intelligendum est nisi aliquos ibi
fuisse qui hoc nollent credere. Cum
autem non eluceat pretermisisse Mar-
cum que Lucas narrando expli-
cavit, hoc est que cum illis lo-
cutus fuit Ihesus antequam agnoscerent
eum et quo eum in fractione panis
agnovisse in alia effigie euntibus
in villam Emaus adiunxit et illi
euntes annunciaverunt ceteris nec
illis crediderunt, ut possent indi-
care quem non agnoverant aut
possent agnoscere quibus alia
effigies eis apparuerat. Quo-
modo enim agnoverunt ut indicare

possunt ea certius sine dubio pter-
misit qd' ideo meorie comenda-
du est ut aduertas adulte extre-
morum ita ptermittendum que non
comemorat ut conuenienti que co-
memorat ut eis qui vsq in hac
considerationem non habent non aliud:
et contrarie error oriatur quo
putant eos sibi non congruere/ Lu-
cas ergo sequitur et dicit Dum
hec aut loquuntur ihesus stetit in
medio eorum et dicit eis/ Pax
vobis ego sum nolite timere con-
turbati vero et exterriti existimabant
se spiritum videre et dixit eis quid
turbati estis et cogitationes ascendunt
in corda vestra Videte manus me-
as et pedes meos quia ego ipse
sum Palpate et videte quia spiritus
carnem et ossa non habet sicut me
videtis habere Et cum hec dixisset
ostendit eis manus et pedes/ hanc
ostensionem dominum pro carnem intellige
et Iohannes comemorat et sic loquitur
Cum ergo esset sero die illa vna sabba-
torum et fores essent clause vbi erant
discipuli congregati propter metum iudeorum
venit ihesus et stetit in medio et
dixit eis Pax vobis Et cum hec
dixisset ostendit eis manus et latus
Ac per hoc hijs verbis Iohannis
potest coniungi ea que lucas dicit
Idem aut Iohannes ptermittit
ita eciam lucas sequitur Adhuc aut
illis non credentibus et mirantibus
pre gaudio dixit habetis hic ali-
quid qd' manducetur At illi obtule-
runt ei partem piscis assi et fauum
mellis et cum manducasset coram eis
sumens reliquias dedit eis hijs
idem verbis potest adiungi que lucas
tacet Dicit aut Iohannes Gaui-
si sunt ergo discipuli viso domino Dicit
ergo eis iterum Pax vobis sicut misit
me pater et ego mitto vos hec
cum dixisset insufflauit et dixit eis
Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis
peccata remittuntur eis et quorum
detinueritis detenta sunt hijs verbis

sub adiungat qd' Iohannes ptermi-
sit lucas comemorat et dixit ad
eos/ hec sunt verba que locutus
sum ad vos cum adhuc essem vobis-
cum quoniam necesse est impleri omnia
que scripta sunt in lege moy-
si et prophetis et psalmis de me
Tunc aperuit illis sensum vt
intelligerent scripturas et dixit eis
quoniam sic scriptum est et sic opor-
tebat pati christum et resurgere
a mortuis tercia die et predicari
in nomine eius penitentiam et remissi-
onem in omnes gentes incipientibus
ab ierusalem/ Vos aut testes estis
horum et ego aut mitto promissum
patris mei in vos Vos aut sede-
te in ciuitate quousque induamini
virtute ex alto Hoc quod comme-
rauit et lucas promissionem spiritus
sancti hic non impletum a domino fatetur
vbi in rebus Iohannes qd' non
ptermittit aduertendum est vt memi-
nerimus quemadmodum euangeliste sibi
inuicem attestantur de quibusdam
rebus que ipsi non dicunt et tamen
dicta nouerunt/ Post hec lucas ge-
sta sunt omnia ptermittit non
enim comemorat nisi quod ihesus ascendit
at illud tamen ita coniungit quasi hec
sequantur hec verba que dixit cum
hoc gestum sit vna sabbatorum quo
die dominus resurrexit illud aut
quadragesimo die sicut idem lucas
in actibus apostolorum dicit/ Sed aut
dicit Iohannes non cum illis fuisse
tunc apostolum Thomam cum secundum lucam
duo illi quorum vnus erat Cleo-
phas regressi in ierusalem inuenerunt
congregatos xj. et eos qui cum ipsis
erant Proculdubio intelligendum
est qd' inde Thomas exierit
antequam eis dominus hec loquentibus
appareret hinc iam Iohannes aliam
commemorat sui demonstracionem a domino
discipulis factam post dies octo
vbi erat et Thomas qui prius
eum non viderat et post dies octo
inquit iterum erant discipuli congregati
intus et Thomas cum eis venit
ihesus ianuis clausis et stetit
in medio et dixit Pax vobis

Deinde dicit Thome Infer
digitum tuum huc et vide manus
meas et affer manum tuam et
mitte in latus meum et noli es-
se incredulus sed fidelis. Respon-
dit Thomas et dixit Dominus
meus et deus meus dicit ei
Ihesus Quia vidisti me credidi-
sti beati qui non viderunt et cre-
diderunt. Hanc 7am manifestationem
domini visionem erga discipulos
factam id est quam solus Iohan-
nes commemorat apud Marcum
posse agnoscere breviter eam stu-
ti assolet perstringentem nisi mo-
veret quod ibi ait. Novissime
recumbentibus illis xi apparuit
non ideo quia Iohannes tacuit re-
cumbentes potuit enim hic per-
mittere sed quia iste dixit novis-
sime quia ultra iam non eis ap-
paruit cum adhuc Iohannes ter-
tiam sit eius demonstratio ad
mare Tiberiadis. Deinde quod
dicit idem Marcus exprobrans il-
lis incredulitatem eorum et duriti-
am cordis quia et hiis qui vide-
rant eum surrexisse a mortuis
non crediderant illis videlicet
duobus quibus in villam euntibus
apparuit postquam surrexit Petro
cui primitus eum apparuisse
apud Lucam investigatum est
forte et Marie Magdalene et
aliis mulieribus que cum illa
erant quando eis ad monumentum
apparuit et inde redeuntibus in
itinere occurrit. Nec ita contexit
narrationem idem Marcus cum comme-
morasset breviter de duobus illis
quibus apparuit in villam eunti-
bus quod annunciassent ceteris nec
illis creditum esset. Novissime
inquit recumbentibus illis xi ap-
paruit et exprobravit incredulitatem
illorum et duritiam cordis quia hiis
qui viderant eum surrexisse non
crediderant. Quomodo ergo novissi-
me quia iam ultra eum non vide-
rant. Novissimum quippe illud
est quod dominum conspexerunt in terra

videntes qui ascendit in celum quod
factum est xl die post eius resurrec-
tionem. Nunquid tunc exprobraturus
erat quod non credidissent eis qui eum
viderant resurrexisse quando iam et
ipsi post resurrectionem totiens eum vide-
rant et maxime ipso die resurrecti-
onis id est prima sabbati iam tarda no-
cte sicut Lucas Iohannes quod com-
memorat. Remanet ergo ut intel-
ligamus eundem diem resurrectionis eius id est
prima sabbati quo eum post dilucu-
lum viderat Maria et alie cum illa
mulieres quando et Petrus quando etiam
illi duo quorum unus erat Cleo-
phas quos videtur et idem
Marcus commemorat quando iam tarda
nocte illis xi preter Thomam
et qui cum eis erant quando eis et
isti que viderant narrabant.
Nunc et Marcum more suo bre-
viter commemorasse voluisse et ideo
dixisse novissime quia ipso die
hoc novissimum fuit iam incipie-
nte nocturno tempore. Postea quam illi
de castello ubi eum in fractione
panis agnoverant redierunt in Ierusalem
et invenerunt sicut dicit Lucas il-
los xi et illos qui cum illis erant
colloquentes de resurrectione domini quod visus
fuit a Petro quibus et illi nar-
rabant quod in via gestum erat
et quomodo eum cognoverunt in panis
fractione sed erant utique non crede-
ntes. Unde verum est quod dicit Mar-
cus nec illis crediderunt. Hoc quo-
que iam sicut Marcus dicit discum-
bentibus adhuc inde sicut Lucas et
loquentibus stetit in medio eorum
dominus et ait illis Pax vobiscum
et Lucas et Iohannes. Fores clau-
se erant cum ad eos intravit
quod solus Iohannes commemorat. Verba
itaque domini que tunc locutus est di-
scipulis Lucas Iohannes quod dixerunt
in tempore et illa exprobratio de qua
Marcus dicit quod non crediderunt
hiis qui eum resurrexisse vide-
rant. Sed hoc rursus movet quomodo
discumbentibus xi apparuit Marcus
si illud tempus est diei Dominice

tam noctis miror quod lucas Johannes
non meminerunt Apte quippe Iohan-
nes dicit non cum eis tunc fuisse
apertum Thomam quem credimus exisse
aliquantum antequam dominus ad eos intraret
postquam illi duo redeuntes in castel-
lo cum ipsis xi collocuti sunt sicut
apud lucam invenitur Sed lucas in
sua narratione dat locum quo possit
intelligi dum hec loquerentur prius inde
exisse Thomam et postea dominum intras-
se Marcus autem qui dicit Novissi-
me recumbentibus illis xi apparuit etiam
Thomam illic fuisse cogit fateri
nisi forte quamvis absente uno xi
tamen voluit appellare quia eadem
tunc apostolica societas hoc numero nun-
cupabatur antequam Mathias in locum
Jude subrogaretur Aut si hoc durum
sit accipe illud quod accipiam post
multas demonstrationes eius quibus
per dies xl discipulis presentatus
est cum eis novissime recumbenti-
bus illis xi apparuisse id est ipso ultimo
die et quia iam erat ascensurus
ab eis in celum hoc eis illo die
magis exprobrare voluisse quia
hiis qui eum viderant surrexisse
non crediderunt ~~antequam~~ antequam ipsi vi-
derent cum utique post ascensionem suam
predicantibus illis evangelium etiam gentes
quod non viderunt fuerant credituri
Post illam quippe exprobrationem secu-
tus idem Marcus ait et dixit
eis Euntes in mundum universum
predicate evangelium omni creature qui cre-
diderit et baptizatus fuerit salvus
erit qui vero non crediderit condempna-
bitur Hoc igitur predicaturi quomodo
qui non crediderit condempnabitur
cum id utique non crediderit quod non vi-
dit Nonne primitus fuerant obiur-
gandi quod antequam dominum vidissent
non crediderunt eis quibus prius ap-
paruisset Sicut ergo novissimam fuis-
se corporalem in terra conversationem domini
amplius etiam illud admonet ut
credamus quod idem sequitur Marcus si-
gna autem eos qui crediderint hec

sequentur In nomine meo demo-
nia eicient linguis loquentur novis
serpentes tollent et si mortiferum
quid biberint non eis nocebit super
egros manus imponent et bene
habebunt Deinde subiungit et dominus
quidem ihesus postquam locutus
est assumptus est in celum et
sedet a dextris dei Illi autem profec-
ti predicaverunt ubique domino cooperan-
te et sermonem confirmante seque-
ntibus signis Cum ergo dicit Et
dominus quidem ihesus postquam locu-
tus est eis assumptus est in celum
satis videtur ostendere novissimum
cum illis in terra hunc eum habuis-
se sermonem Quamvis non omnino
ad id cogere videatur Non enim
ait postquam hec locutus est sed postquam
locutus est eis Unde admittit
si necessitas cogeret non istum fuisse
novissimum diem quo eis in terra
presens fuerit Sed ad omnia que
cum eis omnibus illis diebus locu-
tus est posse pertinere quod dictum est
Postquam locutus est eis assump-
tus est in celum Sed quia ea que
supra diximus magis suadent
hunc novissimum diem fuisse quam
intelligatur xi qui tunc omnia
absente x fuit Sed post hanc
locutionem quam Marcus commemorat
adiunctus et consequens ille sermo
vel ex ore vel ipsius que
commemorantur in actibus apostolorum
credendum est assumptum dominum
in celum scilicet xl die post diem
resurrectionis eius Johannes autem
cum satis fateatur se multa pretermi-
sisse que fecit ihesus voluit
tamen etiam eius representationem disci-
pulis post resurrectionem suam commemo-
rare ad mare tyberiadis
septem scilicet discipulis Petro Thome
Nathanaeli filiis Zebedei
et aliis duobus quos ~~nomi~~
nominatim non expressit cum
piscarentur quod iussu eius retia
mittentes in dexteram partem extraxerunt

magnos pisces centum quadraginta tribus. Quod ergo Petrum ter interrogavit utrum ab illo amaretur et ei pascendas commendavit oves suas et de eius futura passione predixit et de ipso Iohanne ait sic eum volo manere donec veniam. Hic Iohannes ewangelium suum terminat. Nam nunc querendum quando est quando primo visus sit a discipulis in galilea quia et hoc quod tunc narrat Iohannes in galilea factum est ad mare tyberiadis quod facile videt qui recolit illud miraculum de panibus et piscibus quod ita incipit narrare idem Iohannes. Post hec abiit Ihesus trans mare galilee quod est tyberiadis. Ubi autem putandum est primo a discipulis post resurrectionem visum nisi in galilea si recolant verba illius angeli qui secundum Matheum venientibus ad monumentum ita mulieribus loquitur. Nolite timere vos. Scio enim quod Ihesum qui crucifixus est queritis. Non est hic surrexit enim sicut dixit. Venite et videte locum ubi positus erat dominus et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit et ecce precedet vos in galileam ibi eum videbitis ecce predixi vobis. Item secundum Marcum sive ipse sit angelus sive alius. Nolite expavescere. Ihesum queritis nazarenum crucifixum. Surrexit non est hic. Sed ite dicite discipulis eius et Petro quia precedet vos in galileam ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Hec verba ita videntur sonare quod Ihesus non erat se demonstraturus post resurrectionem ~~discipulis~~ discipulis nisi in galilea quam demonstrationem nec ipse Marcus commemoravit qui eum dixit mane prima sabbati apparuisse primo Marie magdalene et illam nunciasse di-

scipulis suis hoc qui cum eo erant lugentibus et flentibus illos autem non credidisse. Post hec deinde duobus ex hiis apparuisse euntibus in villam et illos ceteris nunciasse quod factum est sicut Lucas et Iohannes contestantur in Ierusalem eo ipso die resurrectionis initio iam noctis. Deinde venit ad illam eius manifestationem quam novissimam dicit recumbentibus illis xi. Post hec dicit eum assumptum in celum quod factum scimus in monte Oliveti non longe ab Ierusalem. Nusquam igitur commemorat Marcus completum quod ab angelo prenunciatum esse testatur. Matheus vero nichil aliud dicit nec illum alium locum omnino commemorat vel antea vel postea ubi discipuli post eam quam resurrexit viderunt dominum nisi in galilea secundum angeli predictionem. Deinde cum insinuasset quod ab angelo mulieribus dictum sit et illis abeuntibus subiecit quid de corruptis ad mentiendum custodibus gestum sit totus tamquam nichil aliud sequeretur quam et revera sic erat dictum ab angelo surrexerit et ecce precedat vos in galileam ibi eum videbitis ut in tempore aliud sequi debuisse videatur. Undecim autem discipuli abierunt in galileam in montem ubi constituerat eis Ihesus et videntes eum adoraverunt quidam autem dubitaverunt et accedens Ihesus locutus est eis dicens. Data est michi omnis potestas in celo et in terra euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti docentes eos servare omnia quecumque mandavi vobis et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Ita Matheus conclusit ewangelium suum. Ut per hoc si alie contradicte narrationes ad diligentiorem inquisitionem non impellerent nichil aliud arbitraremur nisi dominum post resurrectionem nusquam preter galileam primum esse visum

visu Item et marc' de illa pnu
ciatore angeli tacuisset posset nichilominus
putari matheus ideo dixisse di
scipulos abysse in galileam in mo
tem atque ibi adorasse dominum vt imple
tum videretur qd' ipse per angelum mandatu
ac prenunciatum esse narrauerat Ne
vnt aut et lucas et Johannes
satis euidenter manifestantes ipso die
resurrectionis eius visum esse dominum in
ierusalem a discipulis suis Vnde ita
longe est galilea vt vno die ab
eis vtroque loco videri non posset
Et marcus illam quidem pronunciatorem
angeli sicut' narrans narrans
in galilea eum visum a discipulis
dominum post resurrectionem nusquam commemorans
vehementer cogunt querere quemadmo
dum dictum sit Ecce precedet vos in
galileam ibi eum videbitis Nam
et ipse matheus si omnino non diceret
xi eos abysse in montem in ga
lileam vbi constituerat illis ihesus
et illic eum vidisse atque adorasse
nichil de hac percunctatione completum
ad litteram putaremus sed totum figuratum si
gnificatione figurata potius sicut
illud secundum lucam Ecce hodie et cras
eicio demonia et sanitates perfi
cio et tercia die consummor qd' ad litte
ram est non esse completum Item
si angelus dixisset Precedet vos
in galileam ibi primum eum videbitis
aut ibi eum tantum videbitis Ceteris
ewangelistis matheus sine dubio repu
gnaret Cum vero dictum est Ecce pre
cedet vos in galileam ibi eum vide
bitis nec expressum est quando hoc futu
rum esset vtrum primum antequam alibi ab eis vi
sus esset vtrum primum antequam alibi ac
post galileam vidisset idque ipsum qd'
de hoc matheus dicit ysse in ga
lileam in montem non exprimit diem
nec narrandi ordinem ita contexit
vt nostrarum ingereret nichil aliud in
telligendi qd' hic primum factum non
aduersatur ceterorum narrationibus
ceterorum sed dat eis intelligendis
atque accipiendis locum Verum
quod dominus non ibi primum se demonstra

turus erat sed in galileam vbi
nunc post ea visurus est se videndum
mandat et per angelum dicentem
Ecce precedet vos in galileam ibi
eum videbitis per seipsum dicens
Ite nunciate fratribus meis vt
eant in galileam ibi me vide
bunt quiuis fidelem facit intentum
ad querendum in quo misterio dictum
intelligatur Sed prius considerandum
est quando et corporaliter in galilea
videri potuerit dicente matheo
Vndecim aut discipuli abierunt
in galileam in montem vbi con
stituerat illis ihesus et videntes
eum adorauerunt Quidam aut
dubitauerunt quia enim non ipse
die quo resurrexit manifestum
est nam in ierusalem visum esse eo
dem die inicio noctis lucas et
Johannes apertissime consonant
marcus autem non aperte quando autem
ergo viderunt dominum in galileam
non secundum illud qd' dicit Jo
hannes ad mare tyberiadis
tunc enim septem fuerunt et pi
scantes inuenti sunt Sed secundum
illud qd' dicit matheus Vbi
erant xi in monte quo eos
secundum pronunciatorem angeli ihesus precess
serat Nam ita narrare ap
paret quod illic eum reperirent
quia vtique secundum constitutum p
cessisset non ergo ipso die quo
resurrexit neque in consequentibus
octo diebus Post quos et per
quos dicit Johannes discipulis
apparuisse dominum vbi eum vidit
primo thomas qui eum non
viderat die resurrectionis eius Nam
vtique si interea eos octo dies
eum in monte galilee iam illi
xi viderant quomodo post octo dies
eum vidit primum thomas qui
in illis xi fuerat nisi quis
dicat non illos xi qui tamen
tunc apostoli vocabantur sed di
scipulos illic xi fuisse ex multi
tudine discipulorum Vbi quippe
pe adhuc vocabant apostoli xi sed
non soli erant discipuli Potest
ergo fieri vt non omnes sed alii

eorum ibi fuerint. Alij vero disci
puli cum eis ita vt xj complete
rent. Ac si non ibi fuisse thomam
qui post illos dies octo primo dominum
vidit. Marcus quippe qui illos
xj commemorauit non vtique xj. sed
illis inquit xj. apparuit. Lucas et
regressi sunt inquit ierusalem et
inuenerunt congregatos xj. et eos
qui cum ipsis erant et iste ostendit
illos xj. hic tunc apostolos fuisse. Iam
cum aduenit et eos qui cum ipsis
erant satis vtique declarauit emi
nencius illos xj appellatos cum
quibus erant ceteri. Ac per hoc
illi intelliguntur qui iam vocabantur
apostoli. Hic proinde fieri potuit vt
ex numero apostolorum et aliorum discipulorum
xj. illi complerentur qui viderent
intra illos octo dies in galilee
monte ihesum. Sed occurrit aliud
quod obstat. Johannes enim cum
commemorauit non in monte ab
xj. sed ad mare tyberiadis a
vij. piscantibus visum esse dominum.
Hoc iam tercio inquit manife
status est ihesus discipulis suis
cum surrexisset a mortuis. Quod si
autem accepimus intra illos octo
dies antequam eum Thomas vidis
set ab xj. quibuscumque discipulis
dominum visum non erit hoc ad
mare tyberiadis tercio manife
statum esse sed quarto. quod quidem
cauendum est ne quis existimet
tercio Johannem dixisse tamquam
tres sole facte fuerint manife
stationes eius. Sed hoc intelligen
dum est ad numerum dierum retulis
se non ad numerum ipsarum manifesta
cionum nec continuorum dierum
sed per interualla sicut idem ipse
testatur. Nam primo ipso die
resurrectionis sue excepto et a mulie
ribus visus est quod in eius euangelio
legitur se ter manifestatum semel
petro. Iterum duobus illis quorum
vnus erat cleophas. Tercio
pendentibus iam nocte colloquentibus
hoc est ex ordine. Sed hoc totum
Johannes ad vnum diem refert
semel petro iterum duobus illis
quorum etiam hoc totum Johannes
ad vnum diem refert semel com
putat. Iterum autem sicut est alio die
quo eum vidit Thomas. Tercio vero
ad mare tyberiadis. hoc est tercio
die manifestationis eius non tercia
manifestatione. Et per hoc post
hec omnia cogimur intelligere factum
esse quod eum in monte galilee
secundum Matheum discipuli xj. vide
runt quo eos ihesus constituerat vt pre
cederet vt impleretur [illegible]
quod per angelum et seipsum predixerat

xxvij Summa apparicionum christi post resurreccionem capitulum sequitur

Inuenimus enim apud eos quater
decies commemoratum dominum visum
esse ab omnibus post resurrec
cionem. semel ad monumentum mulieribus
Iterum eisdem regredientibus a monu
mento ~~mulieribus~~ in itinere. tercio petro
quarto duobus euntibus in castel
lum. quinto pluribus in ierusalem vbi non
erat Thomas. Sexto vbi vidit
eum Thomas. Septimo ad mare
tyberiadis. Octauo in monte ga
lilee secundum Matheum. Nono quod dicit
Marcus. Nouissime recumbentibus
quia iam non ~~et~~ erant cum illis conuersa
turi in terra. Decimo in ipso die
non iam in terra sed eleuatum in nu
bem cum in celum ascenderet. quod
Marcus et Lucas commemorant.
Marcus quidem post illud quod eis
discumbentibus apparuit ita conti
nuans vt diceret. Et dominus quidem
ihesus postquam locutus est eis assump
tus est in celum. Lucas autem pre
missis omnibus que per xl. dies
agi ab illo cum discipulis potuerunt
illi primo die resurrectionis quando in
ierusalem pluribus apparuit coniungit
tacite nouissimum diem quo ascen
dit in celum ita narrans. Edu
xit autem illos foras in bethaniam
et eleuatis manibus suis bene
dixit eis et factum est cum benediceret
eis recessit ab eis et ferebatur
in celum. Viderunt ergo eum preter
quod in terra viderant etiam dum ferretur
in celum. Totiens ergo in ewange
licis libris commemoratus est visus

ab hominibus antequam ascendisset
in celum. In terra enim homines et mai
semel ascendens sed non omnia scripta
sunt sicut Johannes fatetur. Crebra
enim erat eius cum illis conversacio per
dies xl. Priusquam ascendisset in ce
lum non tamen eis per omnes xl con
tinuos apparuerat. Nam post diem
primum rursus alios octo dies dicit
intermisisse Johannes post quos eis rur
sus apparuit. Tercio autem ad ma
re tyberiadis fortassis quarto sequenti
die nichil enim repugnat et deinde
quando noluit constituens eis quod ante
predixerat ut et eos in galileam
montem precederet. Atque omnino per illos
xl dies quociens voluit quibus
voluit quemadmodum voluit sicut
petrus dicit qui cum cornelio
et hiis qui cum illo fuerant predica
bat. Cum simul inquit manduca
vimus et bibimus cum illo postquam
resurrexit a mortuis per dies
xl non quod cotidie per dies xl cum
illo manducassent et bibissent.
Nam erat contrarium Johanni qui
octo dies interposuit quibus eis
visus non est ut tercio viam festaret
ad mare tyberiadis. Verumtamen et
si cotidie illis visus et cum illis
conversatus est nichil repugnat et
fortasse ideo dictum est per xl
dies quia quadragenarius sit in
misterio vel tocius mundi et tocius
temporis sacred quia et illi primi x
dies in quibus erat ille octo di
es apte tamen pro more scripturarum
non dissone computandi. Conferatur
ergo ei et quod ait apostolus Paulus
Certo nichil afferat hominis. Xristus
resurrexit inquit tercio die secundum
scripturas et apparuit Cephe. Nam
esset contrarium quod primo mulieribus appa
ruisse in ewangelio legitur postea inquit
xi. quibus certa hora latet
die vero tamen primo. Deinde appa
ruit plusquam quingentis fratribus si
mul et isti cum illis xi. erant. Ergo
gati clausis hostiis propter me
tum iudeorum. Unde cum ergo
Thomas venit ad eos. Ihesus
dixit ei post illos octo dies quibus
quilibet nichil habet amplius.
Postea inquit apparuit Jacobo
non tunc autem primo accipere
debemus insuper esse Jacobo sed
aliqua propria manifestatione
singulariter. Deinde apostolis
omnibus nec illis tunc primum
sed iam ut familiarius quo
fueret cum eis usque ad diem
ascensionis sue. Novissime
autem inquit sicut abortivo ap
paruit et michi. Sed hoc
iam de celo non post proximum
tempus ascensionis sue. No
vissime autem inquit sed

xxviii Quo de precedam vos
in Galileam capitulum

Nunc autem videamus
quod distuleramus quo
misterio gratiam primum ma
thew et marcus re
surgens ita mandavit dominus
precedam vos in galileam ibi
me videbitis. Quod et si com
pletum est tamen post multa comple
tum est cum sic mandatum sit
quamquam sine preiudicio narrante
ut aut hoc solum aut primum
hoc expectaretur fieri debuisse
procul dubio ergo quia non est
ista non exacte narrante.
Quod ita dictum sit sed angeli ex
mandato domini et ipsius post
ea domini sed quod ita ab angelo
et a domino dictum sit sed an
gelo ex mandato domini et
ipsius post ea domini et prophetice
dictum accipiendum sit. Galilea
namque interpretatur transmigracio
vel revelacio. Primo itaque
secundum transmigracionis significa
cionem quid aliud occurrit signi
ficacionem quid aliud occurrit in
telligendum. Precedam vos in Gali
leam ibi eum videbitis nisi

qua pro christi gratia de populo
israel ad gentes erat trans
migratura. Omnibus apparen-
tes eum nullo modo cre-
derent nisi eis ipse dominus viam
in cordibus hominum pararet et
sic intelligitur. Precedet vos in
galileam. Ibi autem gaudentes
mirarentur de ruptis et re-
ctis difficultatibus aperiri sibi
hostium in domino per illumina
tionem fidelium. Hoc intelligitur
ibi eum videbitis. i. ibi mem-
bra eius invenietis. ibi in
vivum corpus eius. in hiis
qui vos susceperint agnoscetis.
Sequitur aliud quod galilea
interpretatur revelatio non iam
in forma servi intelligendus
est sed in illa in qua equa-
lis est patri quam promisit
apud Iohannem dilectoribus
suis cum diceret. Et ego eum
diligam et ostendam meipsum
illi. Non utique secundum id quod
iam videbant et quod est resur-
gens cum cicatricibus non so-
lum videndum sed etiam tangen-
dum modo ostendit sed secundum
illam ineffabilem lucem qua
illuminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum secundum quam
lucet in tenebris et tenebre
eum non comprehenderunt.
Illuc nos precessit unde et
ad nos venit, nec recessit
et quo nos precedens non de-
seruit. Illa erit revelatio
tamquam vera galilea cum simi-
les ei erimus ibi eum vide-
bimus sicuti est. Ipsa etiam erit
beatior transmigratio ex isto
seculo in illam eternitatem si eius
precepta sic amplectamur
ut ad eius dexteram segre-
gari mereamur. Tunc enim illi
sinistri in combustionem eter-
nam. Iusti autem in vitam eter-
nam. Hinc illuc transmigrabunt

et ibi eum videbunt quod non vi-
dent impii. Tolletur enim impius
ne videat claritatem domini et im-
pii lumine non videbunt. Hec est
autem vita eterna ut cognoscant
te unum verum deum et quem mi-
sisti ihesum christum sicut in illa eter-
nitate cognoscitur quo suos perducet
per formam servi ut liberi con-
templentur formam dei.

Explicit liber Tercius. Inci-
pit Tabula libri quarti. Secundum
primum. Primo marcus cum ma-
theo quod cum luca. Secundum. Mar-
cus de demoniaco cum matthea
et luca. Tercium. De leproso
duo de electione xii apostolorum et
nominum impositione duo. Quartum.
Duo transfretatio turba et duo
in deserto locum. Quintum. De man-
ducantibus duo et quidam
eicientem demonia videbat repu-
gnantia. Sextum. Atque taliter
in nomine meo seperatim unus
alia tres. Septimum. Ihesum venisse
ultra Iordanem de duobus illi-
nitis inde in. Octavum. luce prolo-
go cum actibus apostolorum concor-
datio. Nonum. Prologus luce et
quod tres cum humanitatem unus cum di-
vinitatem inseritur. Decimum. Primus
de desolatione templi. Nicodemo
ego et pater unum. Undecimum. De
quibusdam parabolis in marco unus plura.
Duodecimum. De ascensu ad diem
festum de spiritu sancto unus et ego prin-
cipium. Tredecimum. Tres cum tribus unus
que per se unus. xiiii. Tres
dicta activam unus cum contemplati-
vam comparandum et nunc per speculum
in enigmate tunc facie ad faciem.
xv. Quod natura dei incomprehensi-
bilis sit omni creature. Sedecimum.
Quod homines estimet deum. xvii.
Quod malum nichil sit nisi privatio
boni. xviii. Quomodo factus
et quod diabolus voluntate non natura
sit malus. xix. Cur moyses
scripsit creationem mundi et quid homo
ceteris sublimior. xx. Una truduce

igitur ad xpm et antiquos iustos
Danos fore xx p^m Cur non a prin
cipio s^3 primo per moysen lex data
xx s^m De Kayn oblacione et
abel et lameth vindicta xxiii
De decem verbis legis in duabus
thabulis et facie moysi glorifica
ta xxiiii De cinium et musca
xx quinto Quod dominus dicit cum
cunctacione et moyses scribit cum
egredi de egypto xxvi De be
nedictione ysaac et quanta sit di
gnitas sacerdotalis xxvii De temp
tacione abrahe xxviii Quod filios
sodomorum et egipciorum deus puni
vit in pena partium xxix Deus
di peccata in terram et terram cunctatorem
xxx Non minime esse iustum et
cur sephora circumcidit puerum
xxxi Precepta dei constituti filios
habere nolle vel non posse homo no
tare xxxii Dei indicatum super saul
et david scribe et levi xxxiii
Adam non peccando potuit esse im
mortalis et edere de ligno vite
xxxiiii De manu et hore ad
ymaginem dei et patre et filio
xxxv De iusticia et quod anima
non creatur s^3 formato corpore a deo
infunditur non ex viro vel femina
xxxvi De Joseph transducto ex
egipto xxxvii De postulacione
elizei xxxviii De fantasmate
samuelis quod non samuel sed demo
nium fuit xxxix Quod mundus non fuit
eternus xl Cur acta die tercia
fio et quod veritatem dicendo iustifice
tur xli De angelo in serpente
et qua lingwa cum eva loqutus
xlii Corruptores morum licet
divites contempnendi diligentes deum
licet pauperes honorandi xliii
De impiorum vita et morte prosperi
tate honorabilem xliiii De mortu
is in pugna propter anathema xlv
Cur duo nomina ysrael et iacob
missum in iacob cadet in ysrael
xlvi Quod insensibilia laudet
deum xlvii De cane iumento et
leone mortuis xlviii Cur ierusalem
letari deus et quod vita sit brevis

xlix Cur significacio prima
spiritus et differencia differentia re
lative l Cur deus apparuit in
igne et rubo li De abraham
et iepte et victoria eius et
sampson De lii De appli
cacione generacionis ad ysrael cessacione
veteris et novo testamento liii In
annis usurpacione iudeorum et
cur nova data testimonia pro
phetarum et ebdomade danielis
liiii Quid mercis sit mercis faciat
hominem ad ymaginem et veni
te confundamus linguam et opi
nio quorundam lv De samu
el utrum fuit sacerdos an non
lvi Quid sit appenderunt
mulieres viri unus lvii Quia
cunctacionis filii in civitate lviii
De xpi baptismo et temptacione
xpi ad xpm lix De decem mi
racionibus spiritus sancti male et demo
xpi et templo lx De hora
nativitate xpi et quod sit ab eterno
filius dei et ex david secundum car
nem lxi Quod salvator ea die pas
sus redemit inde qua creatur
lxii Generacio xpi per Joseph
et hely ad david et inde ad
adam usque ad deum lxiii De
vita marie cruce et Johannis
baptiste lxiiii Quod in baptismo
gra per fidem operatur et quod sicut
vel vult spirat et sit ventus
lxv Causa temptacionis qua
lis fuerit et proposicionum panum
lxvi De planctu rachel et
ortu stelle ex iacob lxvii Ra
cio trium dierum dominice resurrexionis
et quod nox sequitur morte dies
vite lxviii De tercia et sexta ho
ra passionis xpi in evangeliste
lxix De cognicione filii dei a
principibus tunc facta lxx De gra
morte vindicta racionem nemo
lxxi xpus legem non solvit
sed implevit lxxii De nomine di
adversarius lxxiii Quod deus
videtur et non videtur lxxiiii

lex per moysen data gratia
et veritas per christum lxxxv . Quare
non christus neminem volens
scire hoc potuit latere lxxxvi
De ascensu ihesu ad diem festum
lxxxvii De libero arbitrio tr-
actu et obduratione lxxxviii de
labore dulcior neutri amaro
lxxxix De prophetia symeonis
ecce positus est hic in ruinam
et tu ipsius animam lxxx De fa-
cto quod christus factus est pro
nobis peccatum et maledictum lxxxi
De didragma a ihesu requisita
lxxxii De nati in deserto terram
promissionis intraverunt et
quid nescire bonum et malum
lxxxiii De iudeus iudeum
paganus paganum quiet si
non romanus romanum et quod iudei
a iuda macchabeo omnes ysra-
helite dicti lxxxiiii Quid est
clemens servire deo lxxxv
Questio cur christus non prius
venit dilucide venit qui ve-
nire debuit et cur crudeliter
homines decepit Ultra sequitur
Expliciunt capitula libri quar-
ti Incipit liber quartus capitulum
primum Quid marcus cum mattheo
quid cum luca sequitur

Nunc iam quoniam
mathei narrationem
contextim consideran-
tes et ei tres ali-
os consentes usque
in finem in nullo
eos vel sibi vel inter se repu-
gnare demonstravimus marcum
similiter videamus ut exceptis hiis
que cum mattheo dicit de
quibus iam quod differendum
videbatur absolvimus cetera eius
inspecta atque collata nulli eorum
repugnare monstretur usque ad
cenam domini. Nam inde iam
omnia omnium quattuor quemadmodum
sibi conveniant usque in finem con-
siderata tractavimus. Sic ergo inci-
pit marcus Initium evangelii ihesu
christi filii dei sicut scriptum est in

ysaia propheta et cetera usque ad illud
ubi ait Et ingrediuntur capharnaum
et statim sabbatis ingressus
synagogam docuit eos. In hac
tota contextione omnia superiora cum
mattheo consideranda. Hoc autem
marcus quia ingressus capharnaum
in synagogam eorum docebat
eos sabbatis cum luca dixit sed
nichil habet questionis. De eo
ii Marcus de demoniaco cum
mathea et luca sequitur

Sequitur marcus et ait
et stupebant super doctrina
eius. Erat enim docens
eos quasi potestatem habens
et non sicut scribe. Et erat in
synagoga eorum homo in spiritu
inmundo et exclamavit dicens
Quid nobis et tibi ihesu naza-
rene venisti perdere nos et reliqua
ad eum locum ubi ait Et erat
predicans in synagogis eorum et
omni galilea et demonia ei-
ciens. Et in hoc toto loco quamvis
sint quedam que cum solo luca
dicit tamen iam tractata sunt
cum mathei narrationem contextim
attenderemus quia in ipsum ordinem
sic inruerat ut ea pretermit-
tenda non arbitrer. Quod lucas
de spiritu inmundo ait quod sic exierit
ab homine et nichil ei nocens
marcus autem et discerpens eum
inquit spiritus et exclamans voce
magna exiit ab eo. Ut ergo videri
contrarium quod enim discerpens
vel sicut aliqui codices habent
conterens eum tamen nichil no-
cuit secundum lucam. Sed et ipse lu-
cas ait cum proiecisset in illum
illud demonium in medium exiit
ab illo nichil ei nocuit. Unde
intelligitur hoc dixisse marcum
conterens eum quod lucas di-
cit cum proiecisset eum in medium
quod sequitur autem nichil ei nocuit
hoc intelligitur quod illa iactatione me-
brorum atque vexatione non eum de-
bilitavit sicut solent exire

demonia etiam quibusdam membris
amputatis atque relictis. Sequitur
Tercium De leproso et de ele
ctione xii apostolorum et nominis
impositione. Sequitur ultra
Sequitur in Marcus et
venit ad eum leprosus
deprecans eum et genu
flexo dixit: Si vis potes
me mundare, et cetera usque ad illud ubi
ait: Et clamabant dicentes: Tu es
filius dei. Et vehementer commina
batur eis ne manifestarent eum.
Hunc quem ultimum posuimus simile
aliquid et Lucas dixit, sed sine
aliqua repugnancie causa. Sequitur
Marcus: Et ascendens in montem
vocavit ad se quos voluit ipse,
et venerunt ad eum. Et fecit ut es
sent cum illo duodecim, et ut mitteret
eos predicare, et dedit illis potestatem
curare infirmitates et eiciendi de
monia, et imposuit Symoni nomen
Petrus, et cetera usque ad illud ubi ait:
Et abiit et cepit predicare in Decapo
li quanta sibi fecisset Ihesus, et omnes
mirabantur. De nominibus apostolorum
iam et antea in loco suo cum
Mathei ordinem sequerer, et hic rur
sus admoneo, ne quisquam putet
nunc accepisse nomen Symonem
ut Petrus vocaretur, et sit contra
rium Johanni qui longe ante illi
dictum esse commemorat: Tu vocaberis
Cephas, quod interpretatur Petrus.
Ipse enim verba domini commemoravit
quibus ei nomen imposuit. Marcus
autem hoc loco recapitulando illud
commemoravit cum ait: Et imposuit
Symoni nomen Petrus. Cum enim
vellet nomina xii apostolorum narrare
et necesse haberet Petrum dicere, brevi
ter insinuare voluit quod non hoc
antea vocaretur, sed hoc ei dominus
nomen imposuit, non tunc sed quando
Johannes ipsa verba domini posuit.
Et cetera nichil umquam repugnant
et antea iam pertractata sunt.
iiii. De constrictu turba et de in
in desertum in locum. Sequitur

Sequitur Marcus: Et
cum discendisset Ihesus
in navi rursus trans
fretum convenit turba
multa ad illum, et erant circa
mare, et cetera usque ad illud ubi
ait: Et convenientes apostoli ad
Ihesum renunciaverunt ei omnia
que egerant et docuerant.
Hoc ultimum dixit et Lucas
nichil discordans. Cetera iam ante
tractata sunt. Sequitur Marcus:
Et ait illis: Venite seorsum
in desertum locum et requiescite
pusillum, et cetera usque ad illud ubi
ait: Quanto autem precipiebat tan
to magis plus predicabant, et
eo amplius admirabantur dicen
tes: Bene omnia fecit, et sur
dos fecit audire et mutos
loqui. In hiis cum Luca Mar
cus nichil est quod repugnare
videatur. Et superiora omnia iam
consideravimus que eos Matheo
conferebamus. Sed cavendum est
ne quisquam arbitretur hic quod in
verbis evangeliste Marci posuimus repu
gnare omnibus qui cum aliis
eius plerisque factis et dictis
ostendunt scisse quid agerent
in hominibus, id est quod eum cogita
tiones et voluntates eorum latere
non poterant, sicut aptissime
Johannes commemorat: Ipse
autem Ihesus non credebat semet
ipsum eis eo quod ipse nosceret
omnes, et quia opus ei non erat
ne quis ei testimonium perhiberet
de homine; ipse enim sciebat
quid esset in homine. Quid ergo
mirum si putemus hominum volun
tates qui etiam futuram Petro pre
nunciavit negationem tunc? Etiam
non habebat quod pro illo vel
cum illo pati non se mori pre
sumebat. Sive enim ita sit
quod verum est, eius tante scien
tie et potentie non est quod Marcus
dicat: Precepit eis ne umquam

dicent. Cenato autem eis preci-
piebat tanto magis plus predica-
bant. Si enim precipiebat eos sicut
ille qui notas habebat et
presentes et futuras hominum volun-
tates tanto magis plus predi-
caturos quanto magis ne predica-
rent eis precipiebat. Ut quid
precipiebat nisi quia pigris non
debat ostendere quanto studio
suis quanto quam frequencius eum
predicare deberent quibus et
preciperent quod illi qui prohibe-
bantur tacere non poterant.

v. De manducantibus duo et
quidam eicientem demonia
videnda repugnantia ge(?)

Sequitur Marcus In
illis diebus iterum cum
turba multa esset cum
Ihesu nec haberent quod
manducarent et cetera usque ad illud
ubi ait Respondit illi Iohannes
dicens magister vidimus quendam
in nomine tuo eicientem demo-
nia qui non sequitur nobiscum
et prohibuimus eum. Ihesus autem ait
Nolite prohibere eum. Nemo
est enim qui virtutem faciat
in meo nomine et possit cito
male loqui de me. Qui enim non
est adversus nos pro nobis est.
Hoc Lucas similiter narrat nisi
quod ipse non dicit Nemo enim est qui
faciat virtutem in nomine meo et
possit cito male loqui de me. Nulla
ergo est inter eos questio cuiusquam
repugnantie. Sed videndum
est ne hoc illi sine causa pu-
tare putetur quod ubi ait
Qui mecum non est adversum
me est et qui mecum non colli-
git dispergit. Illud quod enim
iste non erat adversus eum quia
cum illo non erat. De quo
Iohannes suggessit quod cum illo
non sequebatur. Si adversus illum
est qui non est adversus nos
pro nobis est. An hoc interesse
aliquis dicit quia hic discipulis
ait Qui non est adversus nos
pro nobis est. Ubi autem de se ipso
locutus est Qui mecum non est ad-
versum me est. Quasi vero cum
illo possit non esse qui discipulis
eius tamquam membris eius soci-
atur. Alioquin quomodo verum erit qui
vos recipit me recipit et quod
uni ex minimis meis fecistis mihi
fecistis. Aut quomodo erit non esse ad-
versus eum qui sunt adversus di-
scipulos eius. Nam ubi erit illud
qui vos spernit me spernit. Et quod
uni ex minimis meis non fecistis
neque mihi fecistis. Et Saule Sau-
le quid me persequeris cum disci-
pulos eius persequeretur. Sed vi-
delicet vult hoc intelligi in tantum cum
illo non esse aliquem in quantum est
adversus illud. Et in tantum adver-
sus illud non esse in quantum cum illo
est. Exempli gratia sicut iste ipse
qui in nomine Christi virtutes facie-
bat et in societate discipulorum Christi
non erat in quantum operabatur virtutes
in illius nomine in tantum cum ipsis
erat in quantum non sequebatur eos
in tantum cum ipsis non erat et adversus
eos erat. In quantum vero eorum
societati non adherebat in tantum cum ipsis
non erat adversus eos erat. Sed
quia illi hec eum facere prohibu-
erunt in quo cum ipsis erat di-
xit eis dominus Nolite prohibere.
Illud enim prohibere debuerunt
quod extra eorum erat societatem
ut illi unitatem ecclesie suaderent
non illud in quo cum illis erat
nomen scilicet magistri et domini eorum in de-
moniorum expulsione commendans
sicut ecclesia catholica facit non im-
probans in hereticis sacramenta com-
munia. In quibus enim nobiscum
sunt et adversus non sunt. Sed
improbat et prohibet divisionem
ac separacionem vel aliquam adversam
paci et veritati sententiam. In hoc enim ad-
versus nos sunt quia in hoc nobi-
scum non sunt et nobiscum non colli-
gunt et ideo dispergunt. Ultra

Et tu Aque calicem in noie
meo separatim vnd alia tres:
Sequitur marcus et dicit
quicumque enim potum de
derit vobis aque calicem
in nomine meo quia xpi
estis Amen dico vobis non perdet
mercedem suam Et quicumque scanda
lizauit vnum ex hys pusillis
credentibus in me bonum est ei
magis si circumdaretur mola asina
ria in collo eius et in mare mittere
Et si scandalizauerit te manus tua
abscide illam bonum esset est tibi debi
lem introire in vitam quam duas
manus habentem ire in gehennam
in ignem inextinguibilem vbi ver
mis eorum non moritur et ignis
non extinguitur etc vsque ad illud vbi
ait habete in vobis salem et pa
cem habete inter vos / hec marcus
Dum locutus fuisset ea quam illud qui
in nomine eius eiciebat demonia
et cum discipulis non eum sequebatur
vetuit prohiberi concertum convenerat
aliqua potens que nullus alius
euangelistarum posuit aliqua vero que ma
theus non posuit et aliqua inde
que et matheus et lucas sed
et illi et alys occasionibus et
in alio rerum ordine non hoc loco
vbi de illo suggestum est qui cum
discipulis xpi non eum sequebatur
et in noie eius demonia eicie
bat Vnde videtur mihi hoc loco
dicere marcum marci fidem ideo dixisse
que et alys vero locis dixit quod
satis pertinebat ad hanc causam ipam
eius sentenciam quam vetuit prohibe
i virtutes in nomine suo fieri etiam
ab illo cum discipulis eum non
sequebatur Sic enim contexit qui enim
non est aduersum vos pro vobis est
Quicumque enim potum dederit vobis
calicem aque in noie meo quia
xpi estis Amen dico vobis quia
non perdet mercedem suam Vnde
ostendit etiam illum de quo iohannes
suggesserat et vnde est iste sermo ex
ortus quod non ita separabatur ab eorum

societate vel eam tamquam hereticus
improbaret sed sicut solent heretici
non dum audere xpi suscipere
sacramenta et in nomine sanare
xpianos ita vt xpianos suscipiat
et pro eo alienum eius nisi quia
xpiani sunt absegnauit De qua
libus dicit quod non perdunt merce
dem suam Non quia iam tuti
atque securi sibi debent videri ex
hac beniuolencia quam erga
xpianos habent etiam si xpo
xpi baptismo non abluantur nec
vnitati eius incorporentur Sed quia
iam ita deo et dei misericordia guber
nantur vt ad ea quod perueniat
atque ita securi de hoc seculo abste
dant Etiam perfecto et primo quod
xpianorum multo sonent vtilio
res sunt quam hy qui cum
iam xpiani appellentur et xpi
anis sacramentis imbuti sunt
talia suadent vt eos quibus
persuaserint ea secum in eternam
penam pertrahant quos membrorum
corporalium nomine tamquam manum
vel oculum ~~scandalizauit~~ scanda
lizantem iubet et in a corpore
hoc est ab ipa vnitate socie
tate vt sine hys potius veniat
ad vitam quam cum eis eamus
in Gehennam hoc ipo autem
separantur a quibus separantur quod
eis mala suadentibus hoc est
scandalizantibus non consentitur
Et si quidem omnibus bonis cum
quibus eis noticia est etiam
de hac prauitate innotescit ab
omni penitus societate atque ab ipa
diuinorum sacramentorum participatione
separantur Si autem quibusdam
noti sunt pluribus autem ista
eorum est ignota prauitas ita
tolleranda sunt sicut ante
ventilacionem palea tolleratur in
area vt neque illis ad iniqui
tatem communione consenciant nec
propter illos bonorum societatem deserant
Hoc faciunt qui habent in se
ipis salem et pacem habent inter se

Septimum Ihesum venisse ultra iordanem de duobus minutis vidue duo capitula sequitur

Sequitur Marcus et
inde exurgens venit
in fines iudee ultra ior
danem et conveniunt
iterum turbe ad eum et sicut
consueverat docebat illos
ad versum ad illud ubi ait de
eis ex eo quod habundat illis
miserunt. hec vero de penuria
sua omnia que habuit misit
totum victum suum. In hac tota
contextione omnia superiora consi
derata sunt ne quid videatur habere
contrarium cum Mathei ordine
recte consideravimus. hoc autem de
vidua paupercula que duo mi
ne forte Deus noster id perhibeatur non velle efficere servitutem qua eis in Christo liberatam caritatem servimus. Prius itaque fidem qua christiani sumus donum Dei esse debemus ostendere, si tamen diligentius id facere possimus quam voluminibus tot et tantis iam fecimus. Sed nunc respondendum eis esse video qui divina testimonia que de hac re adhibuimus ad hoc dicunt valere ne noverimus ex nobis quidem nos habere ipsam fidem, sed incrementum eius a Deo, tamquam fides non ab ipso donetur nobis, sed ab ipso tantum augeatur in nobis eo merito quo incepit a nobis. Non ergo receditur ab ea sententia quam Pelagius ipse in episcopali iudicio Palestino sicut eadem gesta testantur dampnare compulsus est: gratiam Dei secundum merita nostra dari, si non pertinet ad Dei gratiam quod credere cepimus, sed illud potius quod propter hoc nobis additur ut plenius perfectiusque credamus Deo ut retribuatur nobis et supplementum eius et si quid aliud fideliter poscimus. Sed contra hec cur non potius audimus: Quis prior dedit ei et retribuetur illi? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ex ipso igitur initium fidei nostre ex quo nisi ex ipso est? Neque enim hoc excepto ex ipso sunt cetera et ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Quis autem dicat eum qui iam cepit credere ab illo in quem credidit nichil mereri? Unde fit ut iam merenti cetera dicantur addi retributione divina ac per hoc gratiam secundum merita nostra dari, quod obiectum sibi Pelagius ne dampnaretur ipse dampnavit. Quisquis igitur hanc dampnabi-

lem vult ex omni parte dampnare sententiam, veraciter audiat dictum quod dixit apostolus: Vobis datum est pro Christo non solum ut credatis in eum, sed etiam ut patiamini pro eo. Utrumque ostendit Dei donum, quia utrumque ostendit esse donatum. Nec ait: ut plenius et perfectius credatis in eum, sed ut credatis in eum. Nec se ipsum misericordiam consecutum dixit ut fidelior, sed ut fidelis esset, quia sciebat non esse initium fidei sue priorem dedisse Deo et retributum sibi ab illo eius augmentum, sed ab eo se factum fidelem a quo et apostolus factus est. Nam scripta sunt et conversionis eius initia que ecclesiastica celebri lectione notissima. Adversus quippe a fide quam vastabat eique vehementer adversus repente est ad illam gratiam potentiore conversus, convertente hoc illo cui hoc tamquam facturo per prophetam dictum est: Tu convertens vivificabis nos, ut non solum ex nolente fieret volens, verum etiam ex persecutore persecutionem in eius fidei quam persequebatur defensione pateretur. Donatum quippe illi erat a Christo non solum ut crederet in eum, verum etiam ut pateretur pro ipso. Et ideo commendans istam gratiam que non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita: Non quia ydonei sumus, inquit, cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Attendant hic et verba perpendant qui putant ex nobis esse fidei ceptum et ex Deo esse fidei supplementum. Quis enim non videat prius esse cogitare quam credere? Nullus quippe credit aliquid nisi prius cogitaverit esse credendum. Quamvis enim raptim, quamvis celerrime credendi voluntatem quedam cogitationes antevolent, moxque illa ita sequatur ut quasi coniunctissima comitetur, necesse est tamen ut omnia que cre-

[Margin: dicit gratiam non datur secundum merita nostra sed ex deo secundum incrementum eius et fidei nostre]

[Margin: Cogitatio prior]

quid sit crede

ditur premente religione cre
dant aliamque et ipsum crede ni
chil est aliud quam assensione
cogitare. Non enim omnis qui co
gitat credit cum ideo cogitent ple
rique non credant. Sed cogitat
omnis qui credit. et credendo cogi
tat et cogitando credit quod ergo
pertinet ad religionem et pietatem
de qua loquitur Apostolus Si non
sumus ydonei cogitare aliquid
quasi ex nobisipsis sed suffici
encia nostra ex deo est. profecto
non sumus ydonei credere aliquid
quod ex nobismetipsis. quod sine co
gitacione non possumus sed suffi
ciencia nostra qua crede incipia
ex deo est. Quo circa sicut nemo
sibi sufficiat ad incipiendum vel per
ficiendum quod cumque opus bonum. quod iam
isti fratres sicut scripta vestra indicant
vobiscum consentiunt. Unde in omni
opere bono et incipiendo et perficiendo
do sufficiencia nostra ex deo est.
Ita nemo sibi sufficiat ad incipien
dum vel perficiendum fidem sed
sufficiencia nostra ex deo est
si non cogitetur nulla est. et non
sumus ydonei cogitare aliquid
quasi ex nobismetipsis. sed sufficiencia
nostra ex deo est. Cavendum est
fratres dilecti adeo ne homo se
extollat adversus deum cum se dicit
facere quod promisit deus. Nonne fi
des gencium promissa est abrahe
et dans gloriam deo plenissime
credidit quia que promisit. po
tens est et facere. ~~Ipse igitur
fidem gencium facit qui potens
est et facere~~. Ipse igitur fidem ge
cium facit qui potens est facere
quod promisit. Porro si deus opera
nostra miro modo agens in cordi
bus nostris ut credamus. numquid metu
endum est ne totum facere possit et
ideo homo sibi primas eius ven
dicat partes ut novissimas ab illo
accipere mereatur. Videte si aliud
agitur isto modo nisi ut gracia dei

secundum nostra merita detur quolibet
modo ac si gracia iam non sit gracia
redditur namque hoc pacto debi
ta non donatur gratis debentur namque
credenti ut a domino fides ipsa ad
augeatur et sit merces fidei ce
pte fides ad aucta nec attenditur
cum hoc dicitur non secundum graciam sed
secundum debitum istam mercedem
credentibus imputari. Cur autem
non totum tribuatur homini ut qui
sibi potuit instituere quod non ha
bebat. Ipse quod instituit auge
at omnino non video nisi quia
resisti non potest divinis manifestis
simus testimoniis quibus et fi
des unde et pietatis exordium
sumitur donum dei esse monstratur
Qualis est illud quod unicuique
partitus est mensuram fidei Et
illud Pax fratribus et caritas
cum fide a deo patre et domino ihesu
christo et cetera talia Nolens ergo
homo tam clarissimis testimoniis re
pugnare et tamen volens a se ipso
esse quod credit quasi componit homo
cum deo ut partem fidei sibi vendi
cet atque illi partem relinquat et quod
est elacius primam tollit ipse
sequentem dat illi et in eo quod
dicit esse amborum priorem se
facit posteriorem deum. Non sic
sensit beatus iste doctor sapi
ebat Cyprianus beatissimus loquor
qui dixit in illo celiancho quod
nemo nichil sit quod ut ostenderet
adhibuit apostolum testem dicentem
Quid autem habes quod non acce
pisti Si autem accepisti quid glo
riaris quasi non acceperis Quo
principio testis ipse convicti sumus
cum fecit errarem putans fidem
qua in deum credimus non esse do
num dei sed a nobis esse in nobis
et per illam nos impetrare
dona dei quibus temperanter iuste
et pie vivamus in hoc seculo Neque
enim fidem putabam dei graciam

dei gracia prevenit
dat credenti

preveniri ne per illam nobis daretur quod utiliter posceremus nisi credere non possemus nisi precederet predicatio veritatis. Ut autem predicato nobis ewangelio consentiremus nostrum esse proprium et nobis ex nobis arbitrabar. Quem meum errorem nonnulla opuscula mea satis indicant ante episcopatum meum scripta. In quibus est illud quod commemorastis in libro ubi est expositio quarundam propositionum ex epistola que est ad Romanos. Denique cum mea cuncta opuscula retractarem eamque retractationem stilo prosequerer cuius operis iam duos absolveram libros antequam scripta vestra pleniora sumpsissem cum ad hunc librum retractandum in primo libro volumine venissem sic inde locutus sum. Item quod disputans inquam quid elegit deus in nondum nato cui dixit serviturum esse maiorem et quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobaverit de quibus propter hoc quamvis longe postea prolatum sit propheticum testimonium Iacob dilexi Esau autem odio habui. Ad hoc perduxi ratiocinationem ut dicerem non ergo elegit deus opera cuiusquam in prescientia que ipse daturus est sed fidem elegit in prescientia ut quem sibi crediturum esse prescivit ipsum elegerit cui spiritum sanctum daret ut bona operando et vitam eternam consequeretur. Nondum diligentius quesiveram nec adhuc inveneram que sit electio gratie de qua idem dicit apostolus Reliquie per electionem gratie salve facte sunt. Que utique non est gratia si eam merita ulla precedunt, ut ne iam quod datur non secundum gratiam sed secundum debitum reddatur potius meritis quam donetur. Proinde quod continuo dixi Dicit enim idem apostolus Idem deus qui operatur omnia in omnibus, nusquam autem dictum est Deus credit omnia in omnibus. Ac deinde subiunxi quod ergo credimus nostrum est, quod autem bonum operamur illius est qui credentibus dat spiritum sanctum. Profecto non dicerem si iam scirem etiam fidem inter dei munera reperiri que dantur in eodem spiritu. Utrumque autem nostrum est propter voluntatis arbitrium et utrumque datum est per spiritum fidei et caritatis. Neque enim sola caritas sed sicut scriptum est Caritas cum fide a deo patre et domino Ihesu Christo. Et quod paulo post dixi nostrum enim est credere et velle, illius autem dare credentibus et volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum per quem caritas diffunditur in cordibus nostris, verum est quidem sed eadem et regula et utrumque ipsius est quia ipse preparat voluntatem et utrumque nostrum quia non fit nisi volentibus nobis. Ac per hoc quod et postea dixi quia neque velle possumus nisi vocemur et cum post vocationem voluerimus non sufficit voluntas nostra et cursus noster nisi et deus vires currentibus prebeat et perducat quo vocat. Ac deinde subiunxi manifestum est ergo non volentis neque currentis sed miserentis dei esse quod bene operamur omnino verissimum est. Sed parum de ipsa vocatione disserui que fit secundum propositum dei, non enim omnium qui vocantur talis est sed tantum electorum. Itaque quod paulo post dixi Sicut enim in hiis quos elegit deus non opera sed fides inchoat meritum ut per munus dei bene operentur, sic in hiis quos damnat infidelitas et impietas inchoat pene meritum ut

Erravit ex parte augustinus

Retractavit opuscula ante episcopatum scripta

Iacob Esau

De vocatione electorum secundum propositum dei

per ipsam penam etiam male operari
verissime dixi. Sed fidei meri
tum etiam ipsum esse dei donum nec
putavi querendum esse nec dixi. Et
in loco alio: Cuius enim miseretur
inquit facit eum bene operari
quem autem indurat relinquit eum ut
mala operetur. Sed et illa misericordia pre
cedenti merito fidei tribuitur et ista
obduratio precedenti iniquitati. Quod
quidem verum est. Sed adhuc querendum
erat utrum meritum fidei de mi
sericordia veniat, id est utrum ista miseri
cordia tantummodo fiat in homine quia fi
delis est an etiam facta fuerit ut fi
delis esset. Legimus enim dicente
apostolo: misericordiam consecutus sum
ut fidelis essem. Non quia fide
lis eram. Fideli ergo datur quidem
sed etiam data est ut esset fidelis.
Rectissime itaque in alio loco in eodem
libro scripsi: Quia si non ex operibus
sed misericordia dei et vocamur ut credamus
et credentibus prestatur ut bene ope
remur, non est gentibus invidenda
ista misericordia. Quamvis minus ibi dili
genter de illa que per dei propositum fit vocati
one fit vocatione tractaveram. Di
vino certe quid tunc de fide au
gebam sentiebam priusquam episcopus essem
de dei gratia laborarem. In qua
sententia istos fratres nostros esse nunc
video. Quia non sic curaverunt
legere libros meos ita etiam
curaverunt in eis proficere mecum. Nam
si curassent invenissent istam questionem
secundum veritatem divinarum scripturarum solutam
in primo libro duorum quos ad
beate memorie Simplicianum scripsi
episcopum Mediolanensis ecclesie sancti
Ambrosii successorem in ipso exor
dio episcopatus mei, nisi forte non
eos noverint. Quod si ita est facite
ut noverint. De hoc primo illorum
duorum librorum in secundo retractationum
primum locutus sum qui primo meus
ita se habet. Librorum [illegible] quos

Simplicianum successit b. ambrosio in episcopatum

elaboravi episcopus primi duo sunt
ad Simplicianum ecclesie Medi
olanensis antistitem qui beatissimo
successit Ambrosio de diversis
questionibus. Quarum duas ex
epistola Pauli ad Romanos
in primo libro posui. Harum prior
est de eo quod scriptum est: Quid ergo
dicemus, lex peccatum est? Absit
usque ad illud ubi ait: Quis
me liberabit de corpore mortis
huius? Gratia dei per Ihesum Christum
dominum nostrum. In qua illa apostoli
verba: Lex spiritualis est, ego
autem carnalis sum et cetera
quibus caro contra spiritum confli
gere ostenditur eo modo exposui
tanquam homo describatur adhuc
sub lege nondum sub gratia
constitutus. Longe enim postea
spiritualis hominis et hoc probabi
lius esse posse illa verba cogno
vi. Posterior in hoc libro questio est
ab eo loco ubi ait: Non solum autem
sed et Rebecca ex uno con
cubitu habens Ysaac patris
nostri, usque ad illud ubi ait:
Nisi dominus Sabaoth reliquisset
nobis semen sicut Sodoma
facti essemus et sicut Gomorra
similes fuissemus. In cuius questionis
solutione laboratum est quidem
pro libero arbitrio voluntatis
humane, sed vicit dei gratia.
Nec nisi ad illud potuit perve
niri ut liquidissima veritate
dixisse intelligatur apostolus: Quis enim
te discernit? Quid enim
habes quod non accepisti? Si
autem accepisti quid gloriaris
quasi non acceperis? Quod volens
etiam martyr Cyprianus ostendere
hoc totum ipso titulo diffinivit
dicens: In nullo gloriandum quando
nostrum nichil est. Ecce quare
dixi superius apostolico precipue
testimonio etiam me ipsum fuisse
convictum cum de hac re aliter saperem

(Aug)

Quaz in deus in hac questi
one soluenda cum ad Corin
thios laboraui sicut dixi fidez
reuelauit. Hoc igitur apostolus testi
monium ubi ad reprimendaz ho
minis inflacionem dixit Quid enim
habes quod non accepisti non sinit
quemquam fidelem sic dicere habeo
fidem quaz non accepi reprimitur
omnino hys apostolicis verbis tota
huius responsionis elacio. Sed ne
hoc quidem potest dici quamuis non
habeam perfectam fidem habeo
tamen inicium quo in Christum primi
tus credidi Quia et hic re
spondetur quid habes quod non
accepisti Si autem et accepisti
quid gloriaris quasi non accepe
ris Verum vero quod putant de
hac fide ideo non posse dici
quid enim habes quod non acce
pisti quia in eadem natura
~~quamuis~~ remansit licet vi
ciata que prius sana ac perfecta
donata sit nichil ad illud
quod volunt valere intelligitur
si ut hoc apostolus diceret cogi
tetur Agebat enim ne quisquam
gloriaretur in homine quia dissensi
ones exorte fuerant inter
Chorinthios carnales Ita
ut unusquisque diceret Ego sum
Pauli alius autem Ego sum Apol
lo Alius vero Ego non Cephe
et inde ventum est ut diceret
Stulta mundi elegit deus ut
confundat sapientes et infirma
mundi elegit deus ut confundat
fortia et ignobilia et contemp
tibilia mundi elegit deus et
ea que non sunt tanquam ea que
sunt et que sunt evacuet
ut non glorietur coram deo omnis
caro hic certe contra humanaz
superbiaz satis clara est apostoli
intencio ne in homine quisquam glo
rietur et per hoc nec in se
ipso Denique cum dixisset ut non
glorietur omnis caro coram deo ut

ostendat in quibus debeat glo
riari ex ipso autem inquit vos estis
in Christo Ihesu qui factus est nobis
sapientia a deo et iusticia et sanctifica
cio et redempcio ut quemadmodum
scriptum est Qui gloriatur in domino
glorietur Inde prorsus ista eius
intencio Ut postea increpans dicat
Adhuc enim estis carnales Cum
enim inter vos sit emulacio et con
tencio nonne carnales estis et secundum
hominem ambulatis Cum enim quis
dicat Ego sum Pauli alius autem
Ego sum Apollo nonne homines estis
Quid ergo est Apollo quid autem Paulus
Ministri per quos credidistis
et unicuique sicut dominus dedit
Ego plantaui Apollo rigauit
Deus autem incrementum dedit
Itaque neque qui plantat neque qui
rigat sed qui incrementum dat
deus Videtis ne nichil agere
apostolum nisi ut humilietur homo
et exaltetur deus solus Quando
quidem in eis qui plantant et
qui rigant nec ipsam plantacionem
et rigacionem dicit esse aliquid
sed qui incrementum dat deum
Quamuis et hoc ipsum quod ille plantat
hic rigat non ipsi sed dominus donat
eis Unicuique sicut dominus dedit
Ego plantaui Apollo rigauit Hinc
ergo in eadem intencione persistens
ad hoc venit ut diceret Itaque
nemo glorietur in homine Iam
enim dixerat Qui gloriatur in domino
glorietur Post hec et alia nonnulla
que hys connectuntur perducit eadem
ipsa eius intencio ut dicat Hec
autem fratres transfiguraui in me et Ap
pollo propter vos ut in nobis discatis
ne supra quam scriptum est unus pro
altero infletur adversus alium Quis
enim te discernit Quid autem habes
quod non accepisti Si autem accepisti
quid gloriaris quasi non acceperis
In hac apostoli evidentissima inten
cione qua contra humanam superbiam
loquitur ne quisquam in homine
sed in domino glorietur dona dei naturalia

De fide

sufficiat sive ipsam totam conspersionem vel illam qualis in prima condicione donata est sive viciate nature qua lesimus recipimus minus quam extimo absurdum est. Numquid enim per hoc dona que omnibus communia sunt hominibus homines discernuntur ab hominibus. Hic autem prius dixit Quis enim te discrevit et deinde addidit quid autem habes quod non accepisti. Posset autem homo inflatus dicere adversus alterum discrevit me fides iusticia mea vel si quid aliud. Talibus occurrens cogitacionibus bonus doctor quid autem habes quod non accepisti. A quo nisi ab illo qui te discernit ab alio cui non donavit quod donavit tibi. Si autem et accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. Numquid queso ait aliud nisi qui gloriatur in domino glorietur. Nichil autem huic sensui contrarium est quam de suis meritis quemquam gloriari tanquam si ipse ea fecerit non gratia dei sed gratia que bonos discernit a malis non que communis est et bonis et malis. Sit ergo gratia nature attributa qua sumus animalia rationalia discernimur a pecoribus. Sic et gratia nature attributa qua in ipsis hominibus a deformibus formosi vel ingeniosi discernuntur a tardis ac si quid huiusmodi est. Sed non se ille quem corripiebat apostolus adversus pecora inflabat nec adversus hominem alterum de aliquo naturali munere quod inesse possit et pessimo, sed quod bonum quod pertinet ad vitam bonam sibi non deo tribuens inflabatur quando audire meruit Quis enim te discernit. quid habes quod non accepisti. Ut enim sit nature fidem posse habere numquid et habere. Non enim omnium est fides cum fidem posse habere sit omnium. Non autem ait apostolus Quid autem potes habere quod non accepisti. Proinde posse habere fidem sicut posse habere caritatem gracie est fidelium. Illa vero natura in qua nobis data est possibilitas habendi fidem non discernit ab homine hominem. Ipsa enim fides discernit ab infideli fidelem. Ac per hoc ubi dicit Quis enim te discernit. quid autem habes quod non accepisti. Quisquis audet dicere habeo ex me fidem non ergo accepi profecto contradicit huic apertissime veritati, non quia credere vel non credere non est in arbitrio voluntatis humane sed in electis preparatur a domino. Ideo ad ipsam quoque fidem que in voluntate est pertinet. Quis enim te discernit. quid autem habes quod non accepisti. Multi audiunt verbum veritatis sed alii credunt, alii contradicunt. Volunt ergo isti credere nolunt autem illi. Quis hoc ignoret. quis hoc neget. Sed cum aliis preparetur aliis non preparetur voluntas a domino. Discernendum est utique quid veniat de misericordia eius quid de iudicio. Quod querebat Israel ait apostolus hoc non est consecutus, eleccio autem consecuta est. Ceteri vero excecati sunt sicut scriptum. Dedit illis deus spiritum compunctionis oculos ut non videant et aures ut non audiant usque in hodiernum diem. Et David dicit. Fiat mensa eorum in laqueum et in retribucionem et in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant et dorsum eorum semper incurva. Ecce misericordia et iudicium. misericordia in eleccione que consecuta est iusticiam dei. Iudicium vero in ceteros qui excecati sunt et tamen illi qui ~~voluerunt~~ noluerunt crediderunt. Illi ~~non crediderunt~~ voluerunt vero qui voluerunt non

Nota

crediderunt misericordia quod etiam
iudicium in ipsis voluntatibus
facta. Electio quippe ista gratiae
est non utique meritorum. Superius
enim dixerat: Sic ergo et in hoc
tempore reliquiae per electionem gratiae
salvae factae sunt. Si autem gratia
iam non ex operibus, alioquin
gratia iam non est gratia. Gratiae
ergo consecuta est quod consecuta
est electio, non praecessit eorum ali-
quid quod prius darent et re-
tribueretur eis. Pro nihilo salvos
fecit eos. Ceteris autem qui excae-
cati sunt, sicut ibi non tacitum
est, in retributione factum est. Uni-
versae viae domini misericordia et veritas.
Investigabiles enim sunt viae
eius. Investigabiles igitur sunt
et misericordia qua gratis liberat
et veritas qua iuste iudicat. Sed
forsitan dicatur: Ab operibus fidem
distinguit apostolus, gratiam quidem
non ex operibus esse dicit, non
autem dicit quod non sit ex fide. Ita
non est, sed ipsam quoque fidem opus
dei dicit esse Iesus, et hanc
ut operemur iubet. Dixerunt autem
ad eum Iudaei: Quid faciemus
ut operemur opus dei? Respondit
Iesus et dixit eis: Hoc est
opus dei ut credatis in eum
quem misit ille. Sic ergo distin-
guit apostolus ab operibus fidem,
quemadmodum in duobus regnis
Hebraeorum distinguitur Iuda ab
Israel, cum et ipse Iuda sit Israel.
Ex fide autem dicit apostolus iusti-
ficari hominem non ex operibus,
quia ipsa prima datur, ex qua
impetrentur cetera quae proprie opera
nuncupantur, in quibus iuste
vivitur. Nam dicit etiam ipse:
Gratia salvi facti estis per fidem,
et hoc non ex vobis sed dei
donum est, id est et quod dixi per
fidem non ex vobis sed dei do-
num etiam est fides. Non ex operi-
bus inquit, ne forte quis extollatur.

Solet enim dici: Ideo credere meruit
quia vir bonus erat et antequam
crederet. Quod de Cornelio dici potest,
cuius acceptae sunt eleemosynae et
exauditae orationes antequam credidis-
set in Christum. Nec tamen sine aliqua
fide donabat vel orabat. Nam
quomodo invocabat in quem
non crediderat? Sed si posset sine
fide Christi esse salvus, non ad eum
aedificandum mitteretur architectus
apostolus Petrus. Quamvis nisi dominus
aedificaverit domum, in vanum labora-
verunt qui aedificant eam. Et dicitur
nobis: fides est a nobis, cetera
a domino ad opera iustitiae pertinentia,
quasi ad aedificium non pertineat fides;
quasi in omnibus et maxime pertineat
in vanum laborat praedicando aedifi-
cans fidem, nisi eam dominus mise-
rando intus aedificet. Quicquid igitur
et antequam in Christum crederet et cum cre-
deret et cum credidisset bene operatus
est Cornelius, totum deo dandum
est, ne quis extollatur. Proinde
ipse unus magister et dominus cum dixisset
quod supra memoravi: Hoc est opus
dei ut credatis in eum quem misit
ille, in eodem ipso sermone suo paulo
post ait: Dixi vobis quia vidistis
me et non credidistis. Omne quod
dat mihi pater ad me veniet.
Quid est ad me veniet nisi ut
credet in me? Sed ut fiat pater
dat. Item paulopost: Nolite
murmurare invicem. Nemo potest
ad me venire nisi pater qui misit
me traxerit eum, et ego resuscita-
bo eum in novissimo die. Et scriptum
in prophetis: Erunt omnes docibiles
dei. Omnis qui audivit a patre et
didicit venit ad me. Quid est
omnis qui audivit a patre et didicit
venit ad me, nisi nullus est qui
audiat a patre et discat et non
veniat ad me? Si enim omnis qui au-
divit a patre et didicit venit, profecto
omnis qui non venit non audivit a
patre nec didicit. Sed ~~ait~~ omnes
ut ait veritas qui audiunt a patre

de gratia

et didicit venit ad me. Valde
remota est a sensibus carnis hec
schola in qua pater audit et docet
ut veniatur ad filium. Ibi est et
ipse filius, quia ipse est verbum eius
per quod sic docet, nec agit hoc
cum aure carnis sed cordis. Simul
est et spiritus patris et filii. Neque
enim ipse non docet aut separatim do-
cet. Inseparabilia quippe didicimus
esse opera trinitatis, et ipse est utique
spiritus sanctus de quo apostolus dicit
Habentes autem eundem spiritum fidei.
Sed ideo hoc patri potissimum
est attributum quia de ipso procedit
spiritus sanctus. Unde longum est enim
subtilius disputare et de trinitate
que deus est laborem meum in
xv libris ad vos iam pervenisse
estimo. Valde inquam remota est
a sensibus carnis hec schola in
qua deus audit et docet multos
venire videmus ad filium quia mul-
tos videmus credere in christum. Sed
ubi et quomodo hoc a patre audierint
et didicerint non videmus. Nimium
ista gratia secreta est. Gratiam vero
esse quis ambigat. Hec itaque
gratia que occulte humanis cordibus
divina largitate tribuitur a nullo du-
ro corde respuitur. Ideo quippe tri-
buitur ut cordis duricia primitus
auferatur. Quando ergo pater intus au-
ditur et docet ut veniatur ad
filium aufert cor lapideum et dat
cor carneum ut propheta predicante
promisit. Sic quippe facit filios promissi-
onis et vasa misericordie que preparavit
in gloriam. Cur ergo non omnes do-
cet ut veniant ad ipsum nisi quia
omnes quos docet misericordia docet. Quos
autem non docet iudicio non docet.
Quia cuius vult miseretur et quem vult
indurat. Sed miseretur bona tribuens
obdurat digna retribuens. Aut
si et ista ut quidam distinguere
maluerunt verba sunt eius cui
apostolus ait Dicis itaque mihi ut

ipse dixisse accipiatur. Ergo cuius
vult miseretur et quem vult
obdurat et que sequuntur id est
Quid adhuc conqueritur. Nam voluntati
eius quis resistit. Numquid respon-
sum est ab apostolo O homo falsum
est quod dixisti. Sed quid est.
O homo tu quis es qui respon-
deas deo. Numquid dicit figmentum
ei qui se finxit quare sic
me fecisti. An non habet potestatem
figulus luti ex eadem massa
et sequencia que optime nostis.
Et tamen quodammodo
pater omnes docet venire ad suum
filium. Non enim frustra scriptum
est in prophetis Et erunt omnes
docibiles dei. Quod testimonium
cum premisisset tunc subdidit Omnis
qui audivit a patre et didicit
venit ad me. Sicut ergo integre
loquimur cum de aliquo litterarum magistro
qui in civitate solus est dicimus
Omnes iste hic litteras docet. Non
quia omnes discunt sed quia nemo
nisi ab illo discit quicumque ibi
litteras discit. Ita recte dicimus
Omnes deus docet venire ad
ipsum non quia omnes veniunt
sed quia nemo aliter venit. Cur
autem non omnes doceat aperuit
apostolus quantum aperiendum iudicavit
quia volens ostendere
iram et demonstrare potenciam
suam attulit in multa patiencia va-
sa ire que perfecta sunt in perdi-
cionem et ut notas faciat divicias
glorie sue in vasa misericordie que prepa-
ravit in gloriam. Hinc est quod verbum
crucis pereuntibus stulticia est, his
autem qui salvi fiunt virtus dei est.
Hos omnes docet venire ad ipsum
deus. Hos enim omnes vult salvos
fieri et in agnicionem veritatis veni-
re. Nam si et illos quibus stulti-
cia est verbum crucis ut ad ipsum
venirent docere voluisset procul
dubio venirent et ipsi. Non enim

Nota

fallit aut fallitur qui ait: Omnis qui audit a patre et didicit venit ad me. Absit ergo ut quisquam non veniat qui a patre audivit et didicit. Quare, inquiunt, non omnes docet? Si dixerimus quia nolunt discere quos non docet, respondebitur nobis: Et ubi est quod ei dicitur: Deus tu convertens vivificabis nos? Aut si non facit volentes ex nolentibus deus, ut quid orat ecclesia secundum preceptum domini pro persecutoribus suis? Nam sic etiam voluit intelligi beatus Cyprianus quod dicimus: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, hoc est sicut in eis qui iam crediderunt et tamquam celum sunt, ita in eis qui non credunt et ideo terra adhuc sunt. Quid orat ergo pro nolentibus credere nisi ut deus in illis operetur et velle? De Iudeis certe apostolus ait: Fratres, bona voluntas quidem cordis mei et deprecatio mea pro illis ad salutem. Orat pro non credentibus quid nisi ut credant? Non enim aliter consequuntur salutem. Si ergo fides orantium dei prevenit gratiam, numquid eorum fides pro quibus oratur ut credant dei prevenit gratiam, cum hoc pro eis oratur ut non credentibus, id est fidem non habentibus, fides ipsa donetur? Cum ergo evangelium predicatur, quidam credunt, quidam non credunt. Sed qui credunt, predicatore forinsecus insonante intus a patre audiunt atque discunt; qui autem non credunt, foris audiunt, intus non audiunt neque discunt. Hoc est illis datur ut credant, illis non datur. Quia nemo, inquit, venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Quod apertius postea dicitur. Nam post aliquantum, cum de carne sua manducanda et bibendo sanguine suo loqueretur

et dicerent quidam etiam discipulorum eius: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens Ihesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Et paulo post: Verba que ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt, sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Et mox evangelista: Sciebat enim ab initio Ihesus qui essent credentes et quis traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis quia nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Ergo trahi a patre ad Christum et audire ac discere a patre ut veniat ad Christum nichil aliud est quam donum accipere a patre quo credat in Christum. Neque enim audientes a non audientibus sed credentes a non credentibus discernebat qui dicebat: Nemo venit ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Fides igitur et inchoata et perfecta donum dei est, et hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari omnino non dubitat qui non vult manifestissimis sacris litteris repugnare. Cur autem non omnibus detur, fidelem movere non debet qui credit ex uno omnes isse in condempnationem sine dubitatione iustissimam, ita ut nulla dei esset reprehensio etiam si nullus inde liberaretur. Unde constat magnam esse gratiam quod plurime liberantur, et quid sibi deberetur in eis qui non liberantur agnoscunt, ut qui gloriatur non in suis meritis que paria videt esse dampnatis sed in domino glorietur. Cur autem potius istum quam illum liberet, inscrutabilia sunt iudicia et investigabiles vie eius. Melius enim et hic audimus aut dicimus: O homo, tu quis es qui respondeas deo? quam dicere audeamus quasi noverimus quod occultum esse voluit, qui tamen aliquid iniustum velle non potuit. Illud autem quod in opusculo meo contra Porphirium sub titulo de tempore christiane religionis

me dixisse retulit. Ita dixi ut hanc diligentiorem et operosiorem disputationem de gratia preterirem, non tamen omisisse significationem quam eam loco illo explicare noluissem, que possit alias vel aliis explicari. Nam ita locutus sum inter alia respondens proposite questioni. Cur, inquit, post tam longa tempora venerit. Unde ergo Christo non obiciant quod eius doctrinam non omnes sequantur. Sentiunt enim ipsi nequaquam hoc obici posse vel sapientie Platonis vel etiam cuiuslibet philosophorum. Quid responsuri sunt si excepta illa altitudine sapientie et scientie dei, ubi fortasse aliud divinum consilium longe secretius latet, sine preiudicio aliarum etiam forte causarum que a prudentibus vestigari queunt, hoc solum brevitatis gratia in huius questionis disputatione dicamus: tunc voluisse hominibus apparere Christum et apud eos predicari doctrinam suam quando sciebat et ubi sciebat esse qui in eum fuerant credituri. His enim temporibus et his locis quibus evangelium eius non est predicatum, tales omnes in eius predicatione futuros esse presciebat, quales non quidem omnes sed tamen multi in eius corporali presentia fuerunt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt; quales etiam nunc multos videmus, cum tanta manifestatione de illo compleantur preconia prophetarum, nolle adhuc credere et malle humana astutia resistere quam tam clare et perspicue tamque sublimi et sublimiter diffamate divine cedere auctoritati. Quid ergo si tam infidelibus plenum orbem Christus prioribus seculis noverat, ut eis apparere vel predicari merito nollet, quos nec verbis nec miraculis suis credituros esse presciebat. Neque enim incredibile est quia tales fuisse tunc omnes quales ab eius adventu usque ad hec tempora tam multos fuisse atque esse

miramur. Et tamen ab initio generis humani alias occultius, alias evidentius, sicut congruere temporibus visum est divinitus, nec prophetia destitit nec qui in eum crederent defuerunt, et ab Adam usque ad Moysen et in ipso populo Israel, que speciali quodam misterio gens prophetica fuit, et in aliis gentibus antequam venisset in carne. Cum enim nonnulli commemorentur in sanctis Hebraicis libris iam ex tempore Abrahe et de stirpe carnis eius, nec ex populo ipso qui in huius sacramenti participes fuerunt. Cur non credamus etiam in ceteris hac atque illac gentibus alios fuisse, quamvis eos commemoratos in eisdem auctoritatibus non legamus. Ita salus religionis huius per quam solam veram salus vera veraciterque promittitur, nulli unquam defuit qui dignus fuit, et cui defuit dignus non fuit. Et ab exordio propagationis humane usque in finem quibusdam ad premium, quibusdam ad iudicium predicatur. Ac per hoc et quibus omnino annunciata non est non credituri presciebantur, et quibus non credituris tamen annunciata est in illorum exemplum demonstrantur; quibus autem credituris annunciatur in regnum celorum et sanctorum angelorum societati preparantur. Cernitis nempe sine preiudicio latentis dei consilii aliarumque causarum hoc de prescientia Christi dicere me voluisse quod ad paganorum infidelitatem que hanc obiecerat questionem sufficere videretur. Quid enim est verius quam prescisse Christum qui et quando et quibus locis in eum fuerant credituri. Sed utrum predicato sibi Christo a se ipsis habituri essent fidem an deo donante sumpturi, id est utrum eos tantummodo presciverit an etiam predestinaverit, querere atque disserere

tunc enim non putavi predicandum quod dixi tunc voluisse hominibus apparere Christum et apud eos predicari doctrinam suam quando sciebat et ubi sciebat esse qui electi fuerant credituri. non autem dixi quando sciebat et ubi sciebat esse qui electi fuerant ante mundi constitutionem. Sed quia si ita diceretur lectorem faceret intentum ad ea requirenda que nunc ex admonitione Pelagiani erroris necesse est copiosius et laboriosius disputari. Visum est enim michi quod tunc parte erat breviter esse dicendum excepta ubi dixi altitudine sapientie et sciencie dei et sine preiudicio aliarum causarum de quibus non tunc sed opportunius disputandum putavi. Item quod dixi salutem religionis huius nulli umquam defuisse qui dignus fuit et dignum non fuisse cui defuit si discutiatur et queratur unde quisque sit dignus non desunt qui dicunt voluntate humana. nos autem dicimus gratia vel predestinatione divina. Inter gratiam porro et predestinationem hoc tantum interest quod predestinatio est gratie preparatio, gratia vero iam ipsa donatio. Quod itaque ait apostolus non ex operibus ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis gratia est. Quod autem sequitur que preparavit deus ut in illis ambulemus predestinatio est que sine presciencia esse non potest. Potest autem esse sine predestinatione presciencia. Predestinatione quippe deus ea prescivit que erat ipse facturus. Unde dictum est qui fecit que futura sunt. Prescire autem potens est et que ipse non facit sicut quecumque peccata, quia et si sunt quedam que ita peccata sunt ut sint etiam pene peccatorum,

Unde dictum est tradidit illos deus in reprobum sensum vel reprobam mentem ut faciant que non conveniunt non ibi peccatum dei est sed iudicium. Proinde predestinatio dei que in bono est gratie est ut dixi preparatio. gratia vero est ipsius predestinationis effectus. Quando ergo promisit deus Abrahe in semine eius fidem gencium dicens Patrem multarum gencium posui te. Unde dicit apostolus Ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini. non de nostre voluntatis potestate sed de sua predestinatione promisit. Promisit enim quod ipse facturus fuerat non quod homines. quia et si faciunt homines bona que pertinent ad colendum deum. Ipse facit ut illi faciant que precepit non illi faciunt ut ipse faciat quod promisit alioquin ut dei promissa compleantur non in dei sed in hominum est potestate et quod a domino promissum est ab ipsis redditur Abrahe non autem sic credidit Abraham sed credidit dans gloriam deo quia que promisit potens est et facere non ait predicere, non ait prescire nam et aliena facta potest predicere atque prescire sed potens est et facere ac per hoc facta non aliena sed sua. An forte bona opera gencium deus promisit Abrahe in semine eius ut hoc promitteret quod ipse facit non autem promisit fidem gencium quam sibi homines faciunt sed ut promitteret quod facit illam prescivit homines esse facturos non quidem sic apostolus loquitur. filios quippe deus promisit Abrahe qui fidei eius vestigia sequerentur quod apertissime dicit. Sed si opera gencium promisit non fidem profecto quia non sunt bona opera nisi ex fide. Iustus autem ex fide vivit et omne quod non est ex fide peccatum est et sine fide impossibile est placere deo. [illegible]

Nichilominus ut impleat deus in
hominis est potestate nisi enim homo
faciat quod deo donante ad hominem
pertinet non faciet ipse quod donet. Hoc
est nisi homo fidem habeat ex
semetipso non impleat deus quod
promisit ut opera iusticie dantur
ex deo ac per hoc ut promissa
sua deus possit implere non est
in dei sed in hominis potestate. Quod
si veritas et pietas nos credere
vetat credamus cum Abraham quia
que promisit potens est et facere.
Promisit autem filios abrahe quos
esse non possunt nisi habeant fidem
quam ipse donat et fidem sane cum
apostolus dicat: Ideo ex fide et
secundum graciam firma sit promissio
miror homines infirmitati sue
se malle committere quam firmi
tati promissionis dei. Sed incerta
est inquiunt de meipso michi volun
tas dei. Quid ergo tua tibi ne vo
luntas de teipso certa est? Nec ti
mes qui videtur stare videat ne
cadat. Cum igitur utraque incerta
sit cur non homo firmiori quam
infirmiori fidem suam spem cari
tatem que committat. Sed cum dicitur
inquiunt Si credideris salvus eris
Unum horum exigitur alterum offertur
quod exigitur in hominis quod offertur
in dei est potestate. Cur non utrumque
in dei et quod iubet et quod offertur
rogatur enim ut det quod iubet rogant
credentes ut sibi augeatur fides ro
gant pro non credentibus ut eis
detur fides et in suis igitur incremen
tis et in suis initiis dei donum est
fides. Sic autem dicitur: Si credideris
quemadmodum dicitur: Si spiritu facta car
nis mortificaveritis vivetis. Nam
et hic ex istis duobus unum exi
gitur alterum offertur: Si spiritu inquit
facta carnis mortificaveritis vivetis
ut ergo spiritu facta carnis mortificentur
exigitur ut autem vivamus offertur.
Num igitur placet ut facta carnis

mortificare non donum dei esse di
camus. Nam id donum dei esse
fatemur quia exigi a nobis audi
mus premio vite si hoc fecerimus oblato.
Absit hoc ut placeat participibus
et defensoribus gratie. Pellagi
anorum est error iste dampnabi
lis quorum mox apostolus ora obstru
xit dicens: Quotquot spiritu
dei aguntur hii filii dei sunt. Ne
facta mortificare nos carnis
non per dei sed per nostrum spiritum
crederemus de quo dei spiritu ex
ibi loquebatur ubi ait: Omnia
autem operatur unus atque idem spiritus divi
dens propria unicuique prout vult.
Inter que omnia sicut scitis nominavit
et fidem. Sicut ergo cum donum
dei sit facta carnis morti
ficare exigitur tamen a nobis proposito
premio vite. Ita donum dei est
et fides cum et ipsa cum dicitur
Si credideris salvus eris. Pro
posito premio salutis exigitur a no
bis. Ideo enim hec et nobis
precipiuntur et dona dei esse mon
strantur. Ut et intelligantur ut
ea nos faciamus et deus facit
ut nos ea faciamus sicut per pro
phetam Ezechielem apertissime
dicit. Quid enim apertius quam
ubi dicit: Ego faciam ut faciatis
locutum ipsum scripture. Attendite
et videbitis illa deum promittere
facturum se ut faciant que iubet
ut faciant. Non sane ibi tacet
merita ipsorum sed mala quibus
se ostendit reddere malis ~~mala~~
bona hoc ipso quo eos facit
habere deinceps opera bona cum
ipse facit ut faciant divina manda
ta. Sed omnis hec ratio qua defen
dimus gratiam dei per ihesum christum
Dominum nostrum vere esse gratiam id est
non secundum merita nostra dari quam
vis evidentissime divinorum elo
quiorum testimoniis asseratur
tamen apud eos nisi qui aliquid
sibi assignent ut Preces sunt

Gratia non secundum merita nostra datur

vt retribuerent eis ad quorum studi
o pietatis repente se putauit la
boraturum aliquis in etate maiorum
iam vel tamen voluntatis arbitrio
sed vbi venitur ad paruulos et
ad ipsum mediatorem dei et hominum
hominem ihesum cristum omnis deficit
precedentium gratiam dei humanorum
assertio meritorum et quia nec
illi vllis precedentibus bonis
meritis discernuntur a ceteris vt per
tineant ad liberatorem hominum nec
ille vllis humanis precedentibus
meritis tamen et ipse sit homo libera
tor factus est hominum Quis enim
audiat quod dicuntur paruuli pro futuris
futuris meritis in ipsa infantili
etate baptizati exire de hac
vita et ideo alii non baptiza
ti in eadem etate mori
quia eorum presita sunt merita
futura sed mala non eorum vitam
bonam sed malam deo remu
nerante vel dampnante sed
nullam Apostolus quidem limitem
fecit quem transgredi non debeat
hominis vel mitius loquar incau
ta suspicio Ait enim omnes asta
bimus ante tribunal cristi vt re
ferat vnusquisque secundum ea que
per corpus gessit siue bonum
siue malum. gessit inquit non ad
iunxit gesturus fuit Sed vnde
hoc talibus viris in mentem
venerit vt futura
sunt futura puniantur que non
habent merita paruulorum aut ho
Cur
autem dictum est secundum ea que
per corpus gessit cum multa
tamen gerantur multa solo
animo non per corpus nec per
vllum corporis membrum Et
plerumque tam magna vt talibus
cogitationibus pena iustissima
debeatur sicuti est et aliud tace
am. quod dixit insipiens in cor
de suo. non est deus Quid est
ergo secundum ea que per corpus
gessit nisi secundum ea que gessit

eo tempore quo in corpore fuit. Vt per
corpus intelligamus corporis tempus
Post corpus autem nemo erit in
corpore nisi in resurrectione nouissima
non ad vlla merita comparanda
sed ad recipienda pro bonis me
ritis premia, pro malis luenda sup
plicia. Hoc autem medio tempore inter
depositionem et receptionem corporis
secundum ea que gesserunt per corporis
tempus siue cruciantur anime siue
requiescunt ad quod corporis pertinet
etiam quod Pelagiani negant sed
cristi ecclesia confitetur originale peccatum
quo siue soluto per dei gratiam siue
per dei gratiam non soluto, cum mo
riuntur infantes aut merito regenera
tionis transeunt ex malis ad bona
aut merito originis transeunt ex
malis ad mala. Hec catholica
fides nouit In hoc etiam non nul
li heretici sine vlla contradictione
consentiunt Iudicari autem quemquam non
secundum merita que habuit quam
diu fuit in corpore sed secundum me
rita que fuerat habiturus si di
utius vixisset in corpore, vnde opi
nari potuerint homines quorum ingenia
non esse contemptibilia vestre indicant
littere Mirari et stupere sufficere
non possum nec credere auderem
nisi vobis non credere non auderem
Sed spero affuturum deum vt commoniti
cito videant ea que dicuntur futura
fuisse peccata si per dei iudicium
in non baptizatis puniri recte possunt
Etiam dei gratia baptizatis posse di
mitti concedunt cum dicunt puniri
tum deo iudicante futura peccata dimitt
i aut deo ignoscente non posse co
gitare debent quantam deo faciant ymo
quam eius iniuriam si futura peccata
puniri possunt nec possunt ignosci
Quod si absurdum est, ergo futuris si
diu viuerent peccatoribus cum in puerili
etate moriuntur lauacro quo peccata
diluuntur debuit subueniri. Quod si
forsitan dicunt penitentibus peccata dimitti
et ideo istos non baptizari puerili eta
te morientes quia presciti sunt si vi
uerent penitentiam acturi Illos autem qui
baptizantur et paruuli de corporibus
exierunt deum presciuisse acturos penitentiam

si viverent. Attendant videant
si ita est non iam in parvulis sine
baptismate morientibus peccata ori-
ginalia vindicari, sed sua cuiusque
futura si viveret. Item quod bap-
no originalia dilui sed sua fu-
tura si viverent qui non possent
nisi in maiori etate peccare sed
alios acturos penitentiam alios non
acturos fortasse presciverit adeo
alios baptizatos alios sine bap-
tismo exisse de hac vita. Hoc
si audirent pelagiani non iam
laborarent negando originale
peccatum querere parvulis extra regnum
Nescio cuius felicitatis locum
maxime cum eos convincat non eos
habere posse vitam eternam quia
non manducaverunt carnem nec bi-
berunt sanguinem Christi et quod in
eis qui nullum habent peccatum falsus
est baptismus qui in remissionem
traditur peccatorum. Dicerent
enim prorsus nullum esse peccatum ori-
ginale sed pro suis futuris me-
ritis eos si viverent iudicari vel
baptizari vel non baptizari eos
qui de corpore exeunt infantes
et pro suis futuris eos vel acci-
pere vel non accipere corpus et san-
guinem Christi sine quo prorsus vi-
tam habere non possunt et in remis-
sione peccatorum baptizari cum nullum
ex Adam traherent quod remitteretur
eis peccatum. De quibus illos deus
penitentiam presciverit esse acturos. Ita
facillime agerent ac obtinerent causam
suam qua negant esse peccatum ori-
ginale et gratiam dei non dari
nisi secundum merita nostra contendunt.
Sed quia hominum futura que non
sunt futura et procul dubio nulla
sunt merita et hoc videre facillimum
est. Ideo nec Pelagiani hec
dicere potuerunt et multo magis nec
isti dicere debuerunt. Dici enim non potest
quam moleste feram quod viderunt
Pelagianam esse falsissimum et ab-
surdissimum hoc non vidisse

suos istos qui nobiscum errorem
istorum hereticorum catholica auctoritate
condempnant. Scribit librum de mor-
talitate Cyprianus multis ac
pene omnibus qui ecclesiasticas
litteras amant laudabiliter notum
in quo precata non solum non esse
fideles inutilem mortem verum
etiam utilem reperiret quia pe-
peccandi periculis hominem subtra-
hit hominem et in non peccandi
securitatem constituit. Sed quid
prodest si etiam futura que
commissa non sunt peccata puniuntur
agit tamen ille copiosissime atque
optime peccandi pericula nec
deesse in ista vita nec super esse
post vitam ubi et illud testimonium
ponit de libro Sapientie. Ra-
ptus est ne malicia mutaret
intellectum eius quod a me quoque po-
situm sed istos respondisse di-
xistis tamquam non excellentis tractatoris
adhibitum quod et excepta huius
libri attestatione res ipsa clara
non sit quam volumus hinc
doceri. Quomodo enim audeat negare
quare iustus si morte preoccupatus
fuerit in refrigerio futurus. Quilibet
hoc dixerit quis homo sane fi-
dei resistendum putabit
Item iustus si a sua iusticia
recesserit in qua diu vixit et
in ea fuerit impietate defunctus
in qua dico non unum annum
sed unum diem vixerit in penas
iniquas debitas hinc iturus
nil sibi sua profutura
iusticia huic responsure veritati
quis fidelium contradicet. Porro si
queratur a nobis utrum si tunc
esset mortuus quando erat iustus
penas esset inventurus an re-
quiem numquid requiem respondere
dubitamus. Hec est tota causa
cur dictum est. Quoniam sit
dictum raptus est ~~eum [illegible]~~
~~[illegible]~~ ne malicia
mutaret intellectum eius. Dictum

Ciprianus in libro de mortalitate

est enim secundum peccatum humane vite non secundum prescientiam dei qui hoc prescivit quod futurum erat non quod futurum non erat. Id est quod ei mortem immaturam fuerat largiturus ut temptationi subtraheretur non quod peccaturus esset qui mansurus in temptatione non esset. De hac quippe vita in Iob legitur Numquid non temptatio est vita humana super terram. Sed quare aliis concedatur ut ex huius vite periculis dum iusti sunt auferantur alii vero iusti donec a iustitia cadant in eisdem periculis vita productiore teneantur. Quis cognovit sensum domini. Et tamen hinc intelligi datur etiam illis iustis qui bonos piosque mores usque ad senectutis maturitatem et diem huius vite ultimum servant non in suis meritis sed in domino esse gloriandum. Quoniam qui vite brevitate rapuit iustum ne malicia mutaret intellectum eius ipse in quantalibet vite longitudine custodit iustum ne malicia mutaret intellectum eius. Cur autem hic tenuerit casurum iustum quem priusquam caderet hinc posset auferre iustissima quidem sed inscrutabilia sunt iudicia eius. Que cum ita sint non debuit repudiari sententia libri sapientie que meruit in ecclesia dei de gradu lectorum ecclesie Christi tam longa annositate recitari et ab omnibus christianis ab episcopis usque ad extremos laycos fideles penitentes cathecuminos cum veneratione divine auctoritatis audiri. Certe enim si de divinarum scripturarum tractatoribus qui fuerunt ante nos proferre defensionem huiusmodi sententie quam nunc specialius diligentius atque copiosius contra novum pelagianorum defendere urgemur errorem hoc est gratiam dei non secundum merita nostra dari

Et gratis dari cui datur quia neque volentis neque currentis sed miserentis est dei iusto autem iudicio dei non dari cui non datur quia non est iniquitas apud deum si huius ergo sententie defensionem ex divinorum eloquiorum nos precedentibus tractatoribus catholicis promerem profecto hi fratres pro quibus nunc agimus acquiescerent hoc enim significastis litteris vestris. Quid ergo opus est ut eorum scrutemur opuscula que priusquam ista heresis oriretur non habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum questione versari. Quod procul dubio facerent si respondere talibus cogerentur. Unde factum est ut de gratia dei quid sentirent breviter quibusdam scriptorum suorum locis et transeunter attingerent immorarentur vero in eis que adversus alios inimicos ecclesie disputabant et in exhortationibus ad quasque virtutes quibus deo vivo et vero pro adipiscenda vita eterna et vera felicitate servitur frequentationibus autem orationum simpliciter apparebat dei gratia quid valeret. Non enim poscerentur de deo que precipit fieri nisi ab illo donaretur ut fierent. Sed qui sententiis tractatorum instrui volunt oportet ut istum librum sapientie ubi legitur Raptus est ne malicia mutaret intellectum eius omnibus tractatoribus anteponant. Quoniam eum anteposuerunt etiam temporibus proximi apostolorum egregii tractatores qui eum testem adhibentes nihil se adhibere nisi divinum testimonium crediderunt. Et certe beatissimum Cyprianum disputasse constat ut celeriori morte beneficium commendaret a periculis peccatorum eripi eos qui hanc vitam finiunt in qua peccari potest. In eodem quippe libro ait inter cetera Cur non ad Christum futurus

Cu scimus

et de domini pollicitatione securi
quod ad Christum vocante amplecteris et
quod diabolo careas gratularis. Et alio
loco: Pueri quippe incolumitatem lubri-
ce etate evadunt. Item quod alio
loco: Quid non imprimis properamus et currimus ut
patriam nostram videre, ut parentes sa-
lutare possimus? Magnus illic caro-
rum nos numerus expectat parentum, fratrum,
filiorum frequens nos turba deside-
rat iam de sua incolumitate secura,
adhuc de salute nostra sollicita. Hys
atque huiusmodi doctor ille sententiis in ka-
tholice fidei luce clarissima satis
aperte contestatur usque ad huius cor-
poris depositionem temptandi pe-
ricula temptationesque metuendas.
Deinde nullam terram quemquam esse
passurum. Quod et si non testaretur,
quando de hac re christianus quales-
cumque dubitaret? Quomodo ergo homini
lapso et in eodem lapsu istam vitam
miseram finienti atque in penas eterni-
tatibus debitas eunti quo umquam huic
non plurimum sumere prodesset, si ex
hac temptatione in loco pius quam-
libet morte raperetur? Ac per hoc
si absit nimis inconsiderata con-
tentio, tota questio ista finita est
de illo qui raptus est ne mali-
cia mutaret intellectum eius. Nec
ideo liber Sapientie qui tanta annosi-
tate annorum legi meruit in ecclesia
Christi, in quo et hoc legitur, pati debet
iniuriam quoniam resistit eis qui per
merita hominum falluntur ut veniant
contra Dei manifestissimam gratiam,
que maxime apparet in parvulis.
Quorum alii baptizati, alii non
baptizati vite huius terminum sumunt,
satis indicant misericordiam et
iudicium: misericordiam quidem gratu-
itam, iudicium debitum. Si enim iudi-
carentur homines per merita sue vite
que non habuerunt morte preventi,
sed futura essent si viverent, nichil
prodesset ei qui raptus est ne ma-
licia mutaret intellectum. Si nichil
prodesset eis qui lapsi moriuntur
si ante morerentur, quod nullus christianus
dicere audebit. Quocirca non debuit
fratres nostri qui nobiscum pro catholica
fide pariter Pelagiani errorem
impugnant, huic Pelagiane
intantum fave opinioni qua opi-
natur gratiam Dei secundum merita nostra
dari, et quod illi non possunt audire
sententiam veram plane et antiquitus
christianam: Raptus est ne malicia
mutaret intellectum eius, destruere
molientes, et id astruere quod non
dico crediturum sed somniaturum
neminem putarem: secundum ea iudi-
cari quemque mortuum que ge-
sturus fuerat si tempore prolixiori
vixisset. Ita quippe claret
esse invictum quod dicimus gratiam Dei
non secundum merita nostra dari, ut huic
veritati contradicentes ingeniosi ho-
mines hec ab omnium auribus
et cogitationibus abigenda
dicere cogerentur. Est etiam preclarissimum
lumen predestinationis et gratie
ipse salvator, ipse mediator Dei
et hominum, homo Christus Ihesus, qui
ut hoc esset quibus tandem suis
vel operum vel fidei precedentibus
meritis natura humana que in illo
est comparavit? Respondeatur
queso: Ille homo ut a verbo
patri coeterno in unitatem persone
assumptus filius Dei unigenitus
esset unde hoc meruit? Quod eius
bonum qualecumque precessit? Quid
egit ante, quid credidit, quid pe-
tivit ut ad hanc ineffabilem
excellentiam perveniret? Nonne
faciente ac suscipiente verbo ipse
homo ex quo esse cepit filius Dei
esse unicus cepit? Nonne filium Dei
unicum femina illa gratia plena conce-
pit? Nonne de spiritu sancto et Maria
virgine filius Dei unicus natus
est, non carnis cupidine sed [illegible]
Dei munere? Numquid metuendum fuit
ne accedente etate homo ille libero
peccaret arbitrio? An ideo in illo
non libera voluntas fuit ~~An~~

Salvator
est lumen predesti-
nacionis et gratie

An ut tanto magis erat christo magis singulare pro non ut semper omnia ista singulariter admiranda et hec alia eius propria verissime dicantur per singularitatem in illo accepit humana hoc est nostra natura nullis suis precedentibus meritis. Respondeat hic homo deo si audeat et dicat: Cur non ego? Et si audierit: O homo tu quis es qui respondeas deo? nec sic cohibeat sed augeat impudentiam et dicat: Quomodo audio: Tu quis es o homo? cum sim quod audio id est homo quod est et ille de quo ago, cur non sim quod et ille? At enim gratia ille talis ac tantus est. Cur diversa est gratia ubi natura communis est? Certe non est acceptio personarum apud deum. Quis non dico christianus sed insanus hoc dicat? Appareat itaque nobis in nostro capite ipse fons gratie unde secundum uniuscuiusque mensuram se per cuncta eius membra diffundit. Ea gratia fit ab initio fidei sue homo quicumque christianus qua gratia homo ille ab initio suo factus est christus. De ipso spiritu et hic renatus de quo ille natus. Eodem spiritu fit in nobis remissio peccatorum quo spiritu factum est ut nullum haberet ille peccatum. Hec se deus esse facturum profecto prescivit. Ipsa est igitur predestinatio sanctorum que in sancto sanctorum maxime claruit. Quam negare quis potest recte intelligentium eloquia veritatis? Nam et ipsum dominum glorie in quantum homo factus est dei filius predestinatum esse didicimus. Clamat doctor gentium in capite epistolarum suarum: Paulus servus ihesu christi vocatus apostolus segregatus in evangelium dei quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine david secundum carnem qui predestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Predestinatus est ergo ihesus ut qui futurus erat secundum carnem filius david esset tamen in virtute filius dei secundum spiritum sanctificationis quia natus est de spiritu sancto ex virgine maria. Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis adeo verbo susceptio singularis ut filius dei et filius hominis simul et filius hominis propter susceptum hominem et filius dei propter suscipientem unigenitum deum veraciter et proprie diceretur ne non trinitas sed quaternitas crederetur. Predestinata est ista nature humane tanta et tam celsa et summa subvectio ut quo attolleretur altius non haberet sicut pro nobis ipsa divinitas quousque se deponeret humilius non habuit suscepta natura hominis cum infirmitate carnis usque ad mortem crucis. Sicut ergo predestinatus est ille unus ut caput nostrum esset ita multi predestinati sumus ut membra eius essemus. Humana merita conticescant que perierunt per adam et regnet qui regnat dei gratia per ihesum christum dominum nostrum unicum dei filium dominum unum. Quisquis in capite nostro precedentia merita singularis illius generationis invenerit ipse in nobis membris eius precedentia merita multiplicate regenerationis inquirat. Neque enim retributa est christo illa generatio sed tributa ut alienus ab omni obligatione peccati de spiritu et virgine nasceretur. Sic et nobis ut ex aqua et spiritu renasceremur non pro aliquo merito retributum est sed gratis tributum. Et si nos ad lavacrum regenerationis fides duxit non ideo putare debemus priores nos dedisse aliquid ut retribueretur nobis regeneratio. Ille quippe suos fecit credere in christum qui nobis fecit in quem credimus christum. Ille facit in hominibus principium fidei et perfectorem ihesum. Sic enim est appellatus ut scitis in epistola ad hebreos. Vocat enim predestinatos multos filios suos ut eos faciat membra predestinati unici filii sui non ea vocatione qua vocati sunt et qui noluerunt

venire ad nupcias Illa quippe
vocatos et Iudei vocati sunt
quibus xpus crucifixus est et
gentes quibus crucifixus est stul-
ticia Sed eos predestinatos voca-
tos vocat quam distinxit apo-
stolus Ipsis autem vocatis Iudeis
et Grecis predicare se xpum dei
virtutem et dei sapienciam Sic enim
ait Ipsis autem vocatis ut illos
ostenderet non vocatos fuisse esse
quandam itaque vocacionem eorum qui
secundum proposito vocati sunt Quos
autem prescivit et predestinavit confor-
mes ymaginis filii sui Quam
vocacionem signans ait non ex operi-
bus sed ex vocante dictum est quia
maior serviet minori Nunquid dixit
non ex operibus sed ex credente
Prorsus hoc eciam abstulit homini
ut totum daret deo Dixit ergo
sed ex vocante non quacumque vocacione
sed qua vocatus fit credens. Hanc
intuebatur et cum diceret sine penitencia
sunt dona et vocacio dei. Nam
et ibi quod agebatur paulisper adverti-
te. Cum enim dixisset Nolo
vos ignorare fratres sacramentum hoc
ut non sitis vobis sapientes quia
cecitas ex parte in Israel facta est donec
plenitudo gencium subintraret et
sic omnis Israel salvus fieret sicut scri-
ptum est Veniat ex Syon qui eri-
piat et avertat impietatem ad Ia-
cob et hoc illis a me testamentum
cum abstulero peccata eorum. Quod mox
addidit quod dicitur intelligendum
est. Secundum quidem ewangelium inimici propter
vos secundum autem electionem dilecti propter
patres. Quid est secundum ewangelium
inimici propter vos nisi quod eorum
inimicicia qua occiderunt xpum evangelium
sicut videmus sine dubitacione profecit
Et hoc ostendit ex omni disposicione
venisse qui bona novit uti
eciam malis non ut ei proficiant va-
sa ire sed ut per illos diis (?) utere
proficiat vasis misericordie Quid enim ap-
tius dici potuit quam illud quod

dictum est Secundum ewangelium inimici propter
vos est quod in malorum potestate perver-
tere vel autem peccando hoc
vel hoc illa malicia faciant
non est in eorum potestate sed dei
dividentis tenebras et ordi-
nantis eos ut hoc quod faciant
contra voluntatem dei non impleatur
nisi voluntate dei legitur in acti-
bus apostolorum. quod cum dimissi a
Iudeis apostoli venissent ad
suos et indicassent quanta eis
sacerdotes et seniores dixerunt
levaverunt illi voces unanimes
omnes ad dominum et dixerunt
Domine tu es qui fecisti celum
et terram mare et omnia que
in eis sunt qui per os patris
nostri David sancti pueri tui dixi-
sti Quare fremuerunt gentes
et populi meditati sunt inania
Astiterunt reges terre et principes
convenerunt in unum adversus dominum
et adversus xpum eius Conve-
nerunt enim in civitate in qua te
ista adversus sanctum puerum tuum
Ihesum quem unxisti Herodes
et Pylatus et populus Israel facere
quanta manus tua et consilium
predestinavit fieri Ecce quod dictum
est secundum ewangelium quidem inimici
propter nos tanta quippe ab inimi-
cis manus dei et consilium pre-
destinavit fieri ista necessaria fue-
rant ewangelio propter vos Si quid
est quod sequitur secundum autem
electionem dilecti propter patres Nunquid
illi inimici qui in suis inimicicys
perierunt et ad adversantes xpo
de gente ipsa adhuc pereunt ipsi
sunt electi atque dilecti. Absit
Quis hoc vel stultissimus
dixerit Sed utrumque licet inter
se contrarium .i. inimici et dilecti
sunt non in eosdem homines tamen
in eandem gentem convenit inde
orta et ad idem carnale semen
israel Aliis eorum ad Iudicatorem

Nec fuerunt gentes

Aliter ad benedictionem Israel ipsum
pertinentibus. Quam enim illi apo-
stolus superius exaggeravit ubi
ait: Quod quaerebat Israel hoc
non est consecutus, electio autem
consecuta est, ceteri vero excecati
sunt. In utrisque tamen idem ipse
Israel. Ubi ergo audimus Israel non
est consecutum vel ceteri excecati
sunt, ibi intelligi hic sunt
inimici propter nos. Ubi vero audimus
electio autem consecuta est, ibi
intelligi hic electi propter patres,
carissimi patribus utique ista
promissa sunt. Abrahe quippe
dicte fuerunt promissiones et se-
mini eius. Unde et in ista ole-
aster olea inseritur gentium.
Iam porro electionem quam dicit
quia secundum gratiam non secundum debi-
tum dicit utique ostendit qui reliquie
per electionem salve facte sunt. Hec
electio consecuta est, ceteris exce-
catis. Sed hac electione Israhe-
lite dilecti propter eos subierunt.
Unde ait: sine penitentia enim sunt
dona et vocatio dei, id est sine
mutatione stabiliter fixa sunt.
Ad hanc vocationem qui pertinent
omnes sunt dociles dei, nec potest
eorum quisquam dicere: Credidi ut
sic vocarer. Prevenit enim eum miseri-
cordia dei quia sic est vocatus
ut crederet. Omnes enim dociles
dei veniunt ad filium, qui audierunt
et didicerunt a patre per filium qui
evidentissime dicit: Omnis qui
audivit a patre et didicit
venit ad me. Istorum autem
nemo perit, quia totum quod dedit
ei pater nec perdet ex eo quicquam.
Qui ergo inde est omnino non perit,
nec inde erat qui perierat.
Propter quod dictum est: Ex nobis ex-
ierunt sed non erant ex nobis.
Nam si fuissent ex nobis man-
sissent utique nobiscum. Intel-
ligamus ergo vocationem qua fiunt
electi, non qui eliguntur quia

~~credat~~ quia crediderunt, sed qui eli-
guntur ut credant. Hanc enim et domi-
nus ipse satis aperit ubi dicit: Non vos
me elegistis sed ego elegi vos.
Nam si propterea electi erant quia
crediderant, ipsi eum utique prius
elegerant credendo in eum ut eligi
mererentur. Aufert omnino qui dicit:
Non vos me elegistis sed ego vos
elegi. Et ipsi procul dubio elege-
runt eum quando crediderunt in eum.
Unde non ob aliud dicit: Non vos
me elegistis sed ego elegi vos,
nisi quia non elegerunt ut eligeret
eos, sed ut eligerent eum elegit
eos, quia misericordia eius prevenit eos
secundum gratiam non secundum debitum.
Elegit ergo eos de mundo cum hic
ageret in carne, sed iam electos
in ipso ante mundi constitutionem.
Hec est immobilis veritas predesti-
nationis et gratie. Nam quid est
quod ait apostolus: Sicut elegit nos
ante mundi constitutionem? Quod profecto
si propterea dictum est quia prescivit
eos credituros, non quia facturus
fuerat ipse credentes, contra istam presci-
entiam loquitur filius dicens: Non
vos me elegistis sed ego elegi
vos, cum hoc potius presciret deus
quod ipsi eum fuerant electuri, ut
ab ipso eligi mererentur. Electi
sunt ante mundi constitutionem ea pre-
destinatione in qua deus sua futura
facta prescivit. Electi sunt autem de
mundo ea vocatione qua deus
id quod predestinavit implevit.
Quos enim predestinavit hos et
vocavit, illa scilicet vocatione secundum pro-
positum, non ergo alios sed quos prede-
stinavit ipsos et vocavit, nec
alios sed quos ita vocavit
ipsos et iustificavit, nec alios
sed quos predestinavit vocavit iusti-
ficavit ipsos glorificavit. Illo
utique fine qui non habet finem.
Elegit ergo deus fideles
sed ut sint, non quia iam

erant. Apostolus Jacobus dicit: Nonne elegit deus pauperes in hoc mundo divites in fide et heredes regni quod repromisit deus diligentibus se? Eligendo utique facit divites in fide sicut heredes regni. Recte quippe in eis hoc eligere dicitur quod ut in eis faciat eos elegit. Rogo quis audiat dominum dicentem: Non vos me elegistis sed ego vos elegi, et audeat dicere credere homines ut eligantur, cum potius eligantur ut credant? Nec contra sententiam veritatis priores inveniantur elegisse Christum, quibus dicit Christus: Non vos me elegistis sed ego vos elegi. Quis audiat apostolum dicentem: Benedictus deus et pater domini nostri Jhesu Christi, qui nos benedixit in omni benedictione spirituali in celestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius, in caritate predestinans nos in adoptionem filiorum per Jhesum Christum in ipsum secundum placitum voluntatis sue, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum divitias gratie eius, que habundavit in nobis in omni sapientia et prudentia, ut ostenderet nobis misterium voluntatis sue secundum bonam voluntatem suam, quam proposuit in illo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo que in celis sunt et que in terra, in quo et nos sortem consecuti sumus, predestinati secundum propositum eius qui universa operatur secundum consilium voluntatis sue, ut simus in laudem glorie eius. Quis hec audiat diligenter et intelligenter et audeat de hac veritate quam defendimus aliquid dubitare? Elegit deus in Christo ante mundi constitutionem membra eius, et quomodo eligeret eos qui nondum erant nisi predestinando? Elegit ergo predestinans eos. Numquid eligeret impios et immundos? Nam si questio proponatur utrum hos eligat aut potius sanctos et immaculatos, quis quid horum respondeat requirat ac non statim ferat pro sanctis et immaculatis sententiam? Presumebat ergo, ait Pelagianus, qui essent futuri sancti et immaculati per libere voluntatis arbitrium, et ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua prescientia qua tales futuros sanctos et immaculatos prescivit, utique ipse non fecit nec se facturum sed ipsos facturos esse previdit. Intueamur ergo verba apostoli et videamus utrum propterea nos elegit ante mundi constitutionem quia sancti et immaculati futuri eramus an ut essemus. Benedictus deus et pater domini nostri Jhesu Christi, qui nos benedixit in omni benedictione spirituali in celestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati. Non ergo quia futuri eramus sed ut essemus. Nempe certum est, nempe manifestum est. Ideo quippe tales futuri eramus quia elegit ipse predestinans ut tales per gratiam essemus. Ita nos ergo benedictione spirituali benedixit in celestibus in Christo Jhesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius, in caritate predestinans nos in adoptionem filiorum per Jhesum Christum in ipsum. Deinde quid adiungat attendite: secundum placitum inquit voluntatis sue, ne in tanto beneficio gratie de beneplacito gloriaremur voluntatis nostre. In quo gratificavit nos inquit in dilecto filio suo. In qua utique voluntate sua gratificavit nos. Ut dictum est gratificavit a gratia sicut iustificavit a iustitia. In quo inquit habemus

redemptionem per sanguinem ipsius remissionem peccatorum secundum divitias gratie eius que superabundavit in nobis in omni sapientia et prudentia ut ostenderet nobis misterium voluntatis sue secundum bonam voluntatem suam. In hoc misterio voluntatis posuit divitias gratie sue secundum bonam voluntatem suam non secundum nostram que bona esse non posset nisi ipse secundum bonam voluntatem suam ut bona fieret subveniret. Cum autem dixisset secundum bonam voluntatem suam subiecit quam proposuit in illo id est in dilecto filio suo in dispositionem plenitudinis temporum instaurare omnia in christo que in celis sunt et que in terris in eo. In quo etiam et sortem consecuti sumus predestinati secundum propositum qui universa operatur secundum consilium voluntatis sue ut simus in laudem glorie sue eius. Nimis longum est de singulis disputare. Cernitis autem procul dubio cernitis quanta manifestatione apostolici eloquii defendatur hec gratia contra quam merita extolluntur humana tamquam homo aliquid det prior et retribuatur ei. Elegit ergo deus ante mundi constitutionem predestinans nos in christo in adoptionem filiorum non quia per nos sancti et inmaculati futuri eramus sed elegit predestinavitque ut essemus. Fecit autem hoc secundum placitum voluntatis sue ut nemo de sua sed illius erga se voluntate glorietur. Fecit hoc secundum divitias gratie sue secundum bonam voluntatem suam quam proposuit in dilecto filio suo. In quo sortem consecuti sumus predestinati secundum propositum non nostrum sed eius qui universa operatur usque adeo ut ipse in nobis operetur et velle. Operatur autem secundum consilium voluntatis sue ut simus in laudem glorie eius. Ipse quippe operatur secundum propositum voluntatis sue ut simus in laudem glorie eius. Utique sancti et inmaculati propter quod nos vocavit predestinans ante mundi constitutionem. Ex hoc proposito est eius illa electorum propria vocatio quibus omnia cooperantur in bonum qui secundum propositum vocati sunt sancti et sine penitentia sunt dona et vocatio dei. Sed hii viri de quibus vel pro quibus nunc agitur forsitan dicunt Pelagianos hoc aperto testimonio refutari. Ubi dicit ideo nos electos in christo et predestinatos ante mundi constitutionem ut essemus sancti et inmaculati in conspectu eius in caritate. Ipsi enim putant. Ut acceptis preceptis iam per nos ipsos fieri libero voluntatis arbitrio sanctos et inmaculatos in conspectu eius in caritate. Quod futurum deus quia prescivit inquiunt ideo nos ante mundi constitutionem elegit et predestinavit in christo. Cum dicat apostolus non quia futuros tales nos esse prescivit sed ut essemus tales per ipsam electionem gratie sue qua gratificavit nos in dilecto filio suo. Cum ergo nos predestinavit opus suum prescivit quo nos sanctos et inmaculatos facit. Unde recte hoc testimonio Pelagianus error arguitur. Nos autem dicimus inquiunt nichil deum prescisse nisi fidem qua credere inciperemus et ideo nos elegisse ante mundi constitutionem et predestinasse ut iam sancti et inmaculati gratia eius ope eius essemus. Sed audiant et ipsi in hoc testimonio ubi dicit sortem consecuti sumus predestinati secundum propositum eius qui universa operatur. Vocationem quippe illam de qua dictum est sine penitentia enim sunt dona et vocatio dei et de qua dictum est. Non ex operibus sed ex vocante non possit dici sed ex credente. Electionem quam signavit dominus dicens. Non vos me elegistis sed ego elegi vos. Nec fidei ipsa precedit

Non enim quia credidimus sed ut credamus
elegit nos ne priores ipsum elegisse
dicamur falsum est sit quod absit. Non
vos me elegistis sed ego elegi
vos. Nec quia credidimus sed ut credamus.
Per omnia replicanda sunt de hac
re tam multa que diximus. Denique
et in huius testimonii consequentibus
deo gratias agit apostolus. Pro hiis qui
crediderunt non utique quia eis an-
nunciatum est ewangelium sed quia cre-
diderunt. Ait enim In quo et vos
audientes verbum veritatis ewangelium salu-
tis vestre in quo credentes signati
estis spiritu promissionis sancto qui
est pignus hereditatis nostre in rede-
ptionem acquisitionis in laudem glorie
ipsius. Propter quod et ego audita
fide vestra in christo ihesu et in omnes
sanctos non cesso gratias agere pro vobis.
Nova erat et recens eorum fides
predicato sibi ewangelio quo fide audita
gratias agit deo pro eis apostolus.
Si homini gratias ageret pro eo quod illum
vel putaret ostendisse vel nosset
adulacio vel irrisio potius quam
graciarum accio diceretur. Noli errare deus
non irridetur donum est enim eius
et incipiens fides ne apostolica predicatio
vel fallax graciarum actio merito iudicetur.
Quid illud Nonne inicium fidei
apparet Thessalonicensium. De
quo tamen idem apostolus deo gratias
agit dicens. Propterea et nos deo
gratias agimus sine intermissione
quoniam cum accepissetis a nobis verbum
auditus dei excepistis non ut
verbum hominum sed sicut est vere
verbum dei qui operatur in vobis qui
credidistis. Quid est quod hinc
deo gratias agit. Nempe va-
num est atque inane si ille cui gratias
agit hoc ipse non fecit. Sed quia
hoc vanum et inane non est profe-
cto deus cui in hoc apostolus gratias

agit ipse fecit. Ut cum accepissent
ab apostolo verbum auditus dei exci-
perent illud non ut verbum hominum
sed ut est vere verbum dei. Deus
ergo operatur in cordibus hominum voca-
cione illa secundum propositum de qua
multum locuti sumus ut non ina-
niter audiant ewangelium sed eo audito
convertantur et credant excipientes
non ut verbum hominum sed sicut est
vere verbum dei. Initium etiam in-
cium fidei hominum donum dei es-
se nos admonet etiam hic signi-
ficet dum apostolus in epistola ad
Colocenses Orationi instate vi- Colocenc.
gilantes in illa in gratiarum actione
orantes simul et pro nobis ut deus
aperiat nobis hostium sermonis ubi
ad loquendum misterium christi propter
quod etiam vinctus sum ut manife-
stem illud ut oportet me loqui.
Quomodo aperitur hostium verbi nisi cum
sensus aperitur audientis ut cre-
dat et inicio fidei facto ea que
ad edificandam salubrem doctrinam
predicantur et disputantur admittat
ne per infidelitatem corde claudens
ea que dicuntur improbet atque repel-
lat. Unde et ad Corinthios
ait. Permanebo autem Ephesi
usque ad Penthecosten hostium
enim apertum est mihi magnum et evi-
dens et adversarii multi. Quid
hic aliud potest intelligi nisi predi-
cato primitus ibi ewangelio credidisse
multos et multos eiusdem fidei ad
adversarios extitisse secundum illud
domini. Nemo venit ad me
nisi cui datum fuerit a patre meo
et vobis datum est nosse mi-
sterium regni dei illis autem non
est datum. Hostium autem apertum est
eis quibus datum est adversarii
autem multi ex eis quibus non est
datum. Item ergo ad eosdem in secunda
epistola idem apostolus. Cum venis-
sem inquit troadem in ewangelio christi

et ostium m apertum esset in domino
non habui requiem spiritui meo
eo quod non inveni Titum fratrem
meum Sed valefaciens illis exivi
in Macedoniam Omnibus vale
fecit nisi eis qui crediderant
in quorum cordibus evangeli
zandi aptum esset hostium Quid
aut adiungat attendite Deo
aut gratias qui semper triumphare
nos facit in xpo et odorem no
ticie sue manifestat per nos
in omni loco quia xpi bonus
odor sumus deo in hys qui sal
vi fiunt et in hys qui pereunt
quibusdam quidem odor mortis
in mortem quibusdam aut odor
vite in vitam Ecce vite gratias
agit miles adiuvans et defen
sor invictissimus gratie Ecce unde
gratias agit quia xpi bonus
odor sunt apli deo Et in hys
qui salvi fiunt gratia eius et in
hys pereunt iudicio eius Sed ubi in
nus manifestat hic pars intellige
tibus ipse admonet cum adiungit
et dicit Et ad hec quis ydoneus
verum redeam ad ostium apertum
qua initium fidei audientium signat
apostolus Quid est enim orantes
simul et pro nobis ut deus ap
periat nobis hostium ubi Vel
aptissima demonstratio est principium ini
tium fidei esse donum dei non enim
orando peteretur abeo nisi ab ipso
tam crederetur hic donum celeste gratie
in illam purpuream descendat
cui sicut scriptum dicit in actibus
apostolorum Cuius aperuerat sensum
eius et intendebat in ea que
a Paulo dicebantur Sic enim
vocabatur ut crederet Agit quippe
deus quod vult in cordibus hominum
vel adiuvando vel iudicando ut
etiam per eos impleantur que manus
eius et consilium pdestinavit fieri
Frustra itaque etiam illud quod reg
norum et per appolippo. scriptatur

teste ybarin cum deus vult fieri quod
non nisi volentibus hominibus oportet fieri
inclinat eorum corda ut hoc velint
scilicet eo inclinante qui in nobis mirabili
modo et ineffabili operatur et velle
ad causam de qua disserimus non perti
net dixerunt Quid est aliud nisi
nichil dicere et hec contradicere nisi
forte cur eis hoc visum sit racionem
nobis aliquam reddiderint quam
vos in libris vestris tacere maluistis
Sed que illa possit ignoro An
forte quia ostendimus hoc dominum egis
se in cordibus hominum et ad hoc
perduxisse quorum ei placuit volun
tates ubi reges constitueretur saul sive
david Non deo hec exempla esse
convenientia non putatis quia hoc
non est temporaliter regnare in hoc seculo
quod est eternaliter regnare cum domino
Ac per hoc existimant ad regna
terrena facienda deum inclinare ad
regnum vero celeste obtinendum deum
non inclinare quorum voluit vo
luntates Sed puto propter regnum celorum
non propter regnum terrenum esse dictum
Inclina cor meum in testimonia tua
Vel a domino gressus hominis diriguntur
et via eius volet vel paratur vo
luntas eius a domino Vel fiat domi
nus nobiscum sicut fuit cum patribus
nostris non derelinquat nos neque aver
tat nos a se Inclinet corda nostra
ad se ut eamus in omnibus viis eius
Vel dabo eis cor cognoscendi me
et aures audientes Vel dabo
eis cor aliud et spiritum novum dabo
eis Audiant et illud Spiritum meum
dabo in vobis et faciam ut in iusti
ficationibus meis ambuletis et iudi
cia mea observetis et faciatis Au
diant a domino diriguntur gressus viri
mortalis aut quis intelliget vias
suas Audiant Omnis vir videtur
sibimet iustus dirigit aut corda
dominus Audiant Crediderunt quotquot
preordinati erant in vitam eternam Au
diant hec et alia que ego non
dixi quibus ostendit deus ad regnum

etiam celorum et ad vitam eternam pa-
re et convertere hominum voluntates co-
gitate aut qualis sit ut credamus
ad constituenda regna terrena ho-
minum voluntates operari deum et ad
capessendum regnum celorum homines
operari voluntates suas. Multa
diximus et fortasse iam dudum
potuimus persuadere que volumus
et adhuc tam bonis ingeniis sic
loquimur quasi obtusis, quibus et quod
nimium est, non est satis. Sed dent
veniam. Nova enim questio ad hec
nos compulit quia cum in priori
suo opusculo meo satis ydoneis
testimoniis egissem donum dei
esse etiam fidem inventum est quod
contradiceretur ad hoc valere illa testimonia
ut ostendant donum dei esse
incrementum fidei. Initium vero
fidei quo in christum primitus creditur ab
homine ipso esse nec esse donum
dei sed hoc exigere deum ut cum
illud precesserit cetera tamquam huius merito
consequantur que dei dona sunt, nec
ullum eorum dari gratis cum in eis
dei gratia que non nisi gratuita
est predicetur. Sed videtis quam
sit absurdum quia propter instituimus
quantum potuimus ut etiam ipsum initium
fidei donum dei esse ostenderemus.
Quod et si diutius fecimus quam
forsitan vellent hii propter quos feci-
mus ab eis reprehendi parati sumus
dum tamen et si multo diutius quam
vellent et si cum fastidio atque te-
dio intelligentium fateantur nos
fecisse quod fecimus, id est initium fidei
sicut continentiam patientiam iustitiam pietatem
et cetera de quibus cum hiis nulla conten-
tio est donum dei esse docuisse. Er-
go sit huius voluminis terminus ne of-
fendat etiam nimia longitudo.

Finis libri de predestinatione sanctorum. Sequitur ultra

Incipit liber de perseverantia sanctorum beati augustini episcopi

Iam de perseverantia dili-
gentius disputandum est
nam et in priori libro
agendo de initio fidei
et de hac aliqua diximus.
Asserimus ergo donum dei esse per-
severantiam qua usque in finem per-
severatur in christo. Finem autem dico
quo vita ista finitur in qua
tantum periculum est ne cadatur. Ita-
que utrum quisque hoc munus
acceperit quamdiu hanc vitam ducit
incertum est. Si enim priusquam
moriatur cadit non perseverasse
utique dicitur et verissime dicitur. Quo-
modo ergo perseverantiam qui non perse-
veravit accepisse vel habuisse
dicendus est. Nam si habet aliquis
continentiam et ab ea deficiat atque
incontinens fiat, similiter si iustitiam,
si patientiam, si ipsam fidem recte
dicitur habuisse et non habere.
continens enim fuit vel iustus
fuit vel patiens vel fidelis
fuit quamdiu fuit. Cum vero
esse destitit non est quod fuit.
Qui vero non perseveravit quid per-
severans fuit, cum perseverando quisque
ostendat perseverantem se, quod iste
non fecit. Sed ne quisquam re-
luctetur et dicat si ex quo fide-
lis quisque factus est vixit verbi
gratia x annos et eorum medio
tempore a fide lapsus est. Nonne
quinque annos perseveravit. Non con-
tendo de verbis sed et illa perse-
verantia putatur esse dicenda tamquam
temporis sui. Hanc certe de qua nunc
agimus perseverantiam qua in christo
perseveratur usque in finem nullomodo
habuisse dicendus est qui non
perseveravit usque in finem. Potius
quam hanc unius anni fidelis
et quantum infra cogitari potest si donec
moreretur fideliter vixit quam multorum
annorum si exiguum temporis ante mor-
tem a fidei stabilitate defecit.
His ita constitutis videamus. Utrum

perseverantia est donum dei

hec perseuerancia de qua dictum
est. Qui perseuerauerit vsque in finem
hic saluus erit donum dei sit.
Quod si non sit, quomodo verum est quod
ait Apostolus Vobis datum dona-
tum est a christo non solum vt cre-
datis in eum verum eciam vt paciamini
pro eo. Horum quippe vnum per-
tinet ad inicium alterum ad finem
vtrumque tamen dei donum quia vtrumque
dictum est esse donatum sicut
et superius iam diximus. Quid enim
est inicium verius christiano quam
credere in christum quis finis me-
lior quam pati pro christo. Sed
quod ad illud pertinet vt credatur
in christum qualiscumque inuenta
est condicio vt donum dei non
inicium sed augmentum fidei di-
catur. Cui opinioni satis con-
satis superius induximus. Quid autem
dici potest cur perseuerancia vsque
in finem non donetur in christo cui
donatur pati pro christo. aut vt ex-
pressius eloquar cui donatur
mori pro christo. Nam et Petrus
apostolus donum hoc dei esse demon-
strans Melius est inquit bene
facientes si velit voluntas dei
pati quam malefacientes. Cum
dicit si velit voluntas dei, ostendit
hoc diuinitus dari nec omnibus
sanctis vt pro christo paciantur. Ne-
que enim quos non vult voluntas
dei peruenire ad experienciam glorie-
que passionis non perueniunt ad
regnum dei si perseuerauerint in christo
vsque in finem. Quis igitur dicat istis
non dari hanc perseueranciam qui
egritudine corporis vel quocumque
moriuntur in christo cum longe dif-
ficilior donetur illis quibus
suscipitur et mors ipsa pro christo.
Multo quippe difficilius perse-
ueratur vbi hoc agit qui perse-
quitur ne perseueretur et propterea vsque
ad mortem sustinetur. Ita hic
inde difficilius ~~perseuerancie~~

perseueranciam istam facilius est huic.
Sed tamen nichil difficile est facile
est vtrumque donare. Hanc enim promi-
sit deus dicens Timorem meum da-
bo in cor eorum vt a me non rece-
dant. Quid hoc est aliud quam tal-
is ac tantus erit timor meus
quem dabo in cor eorum vt mihi perse-
ueranter adhereant. Cur autem perse-
uerancia ista poscitur a deo si non
datur a deo. An et ista irriso-
ria peticio est, cum ab eo petitur
quod scitur non ipsum dare sed ipso
non donante esse in hominis potestate
sicut et irrisoria est illa gracia-
rum actio si ex hoc gracie aguntur deo quod
non donauit ipse nec fecit. Sed
quod ibi dixi hoc et hic dico
Nolite errare inquit apostolus Deus
non irridetur. O homo non verborum tuorum
tantum verum eciam cogitacionum teste
est deus. Si aliquid a tanto di-
uite veraciter vel fideliter poscis
ab illo a quo poscis te accipere
crede quod poscis. Noli eum la-
biis honorare et super eum cor-
de te extollere credendo a te ipso
tibi esse quod ab illo te fingis
orare. An ab illo perseuerancia
ista forte non poscitur. Nam hic
qui dicit non iam disputacio-
nibus refellendus sed sanctorum oracio-
nibus obruendus est. An non
quisquam eorum est qui non sibi po-
scat a deo vt perseueret in eo cum
ipsa oracione que dominica nuncupatur
quia per ipsam dominus docuit
cum oratur a sanctis, nichil pene
aliud quam perseuerancia posci
intelligatur. Legite intencius ali-
quanto eius exposicionem in beati
Cypriani martiris libro quem de
hac re condidit cuius est titu-
lus De dominica oracione. Et vide-
te quam ante quot annos contra ea
que futura erant Pellagianorum
venena quale sit antidotum
preparatum. Nam tria sunt vt satis

Nota

que maxime contra eos catholica
defendit ecclesia. Quorum est unum
gratiam dei non secundum nostra merita
dari quoniam dei dona sunt et dei
gratia conferuntur etiam merita omni-
um iustorum. Altera est in quantacumque
iustitia sine qualibuscumque peccatis
in hoc corruptibili corpore neminem
vivere. Tertium est obnoxium na-
sci hominem peccato primi hominis et
vinculo dampnacionis obstrictum
nisi reatus qui generatione contrahitur
regeneratione solvatur. Horum trium
hoc quod ultimo loco posui so-
lum non tractatur in supradicto
gloriosi martiris libro. De duobus
vero ceteris tanta illic perspicuitate
disseritur ut supradicti heretici
novi inimici gratie christi longe ante
reperiantur convicti quam nati. In
hiis ergo meritis sanctorum que nulla
nisi dei dona sunt etiam perseve-
ranciam donum dei esse sic loquitur.
Dicimus inquit. Sanctificetur nomen tuum
non quod optemus deo ut sanctificetur
orationibus nostris sed quod petamus
ab eo ut nomen eius sanctificetur
in nobis. Ceterum a quo deus sancti-
ficatur qui ipse sanctificat. Sed quia
ipse dixit Sancti estote quia et ego
sanctus sum id petimus et rogamus
ut qui in baptismo sanctificati sumus
in eo quod esse cepimus perseveremus.
Et paulo post de ipsa adhuc re
disputans et docens perseveranciam
petere a domino quod nullo modo recte
et veraciter faceret nisi eius donum
et hoc esset. Hec namque sanctificatio
ut in nobis permaneat orandum.
Et quia dominus et iudex noster
sanato a se et vivificato comminatur
animo delinquere ne quid eius
deterius fiat hanc continuis ora-
tionibus precem facimus hac diebus
hac noctibus postulamus ut
sanctificatio et vivificatio que de

dei gratia sumitur ipsius protectione
servetur. In sanctificatione igitur perse-
verancia hec est ut in sanctifica-
tione perseveremus nos ab eo petere
Iste doctor intelligit cum sancti-
ficati dicimus Sanctificetur nomen tuum.
Quid est enim petere quod accepi-
mus nisi ut id quod nobis prestetur ne
habere desinamus. Sicut ergo sanctus
cum deum rogat ut sanctus sit
id utique rogat ut sanctus esse
permaneat. Ita utique et castus
cum rogat ut castus sit continens
ut continens sit. Iustus ut
iustus sit. Pius ut pius sit
et cetera que contra pelagianos dona
dei esse defendimus. Hoc sine
dubio petunt ut in eis perseve-
rent bonis que se accepisse
noverunt. Quod si accipiunt profecto
etiam perseveranciam magnum dei
donum quo cetera dona conservantur
accipiunt. Quid cum dicimus Ad-
veniat regnum tuum. Quid aliud
poscimus nisi ut veniat et nobis
quod esse venturum non dubitamus
omnibus sanctis. Ergo et hii qui
iam iam sancti sunt quid orant
nisi ut in ea sanctitate que illis
data est perseverent. Neque enim
aliter veniat dei regnum quod non
aliis sed hiis qui perseverent
usque in finem certum est esse
venturum. Tercia peticio est Fi-
at voluntas tua sicut in celo et
in terra. Vel quod in plerisque codi-
cibus longe magnaque ab ora-
toribus frequentatur sicut in celo et
in terra. Quod plerique intelligunt
sicut sancti angeli et nos faciamus
voluntatem tuam. Vel autem ille
doctor et martir celum et ter-
ram intelligi spiritum et carnem et hinc
nos orare ut voluntatem di-
re utraque concordante faciamus
Vidit in hiis verbis altissimum
sanissime fidei convenienter
de quibus iam supra locuti sumus

Ut si pro infidelibus qui sunt in terra adhuc tantum terrenum hominem prima nativitate portantes orare intelliguntur fideles qui celesti homine induti non immerito celi hoc nomine nuncupantur evidenter ostenditur et initium fidei esse donum dei, quando non tantum pro fidelibus ut augeatur in eis vel perseveret fides, verum etiam pro infidelibus ut habere incipiant eam quam penitus non habebant et contra quam corda insuper inimica gestabant sancta orat ecclesia. Verum nunc non de initio fidei de quo in superiori libro multa iam diximus sed de illa que habenda est usque in finem perseverancia disputamus quam petunt utique etiam sancti qui faciunt voluntatem dei dicentes in oracione Fiat voluntas tua. Cum enim facta sit in eis cur ut fiat adhuc petunt nisi ut perseverent in eo quod esse ceperunt? Quamvis hic dici possit non petere sanctos ut voluntas dei fiat in celo ut sic in terra sic in celo, id est ut sicut angelis vel in infidelibus fideles ac per hoc a sanctis poscatur ut fiat quod nondum est, ut non perseveret quod est. Qualibet enim homines sanctitate polleant nondum sunt equales angelis dei. Nondum ergo sicut in celo in eis fit voluntas dei. Quod si ita est in ea quidem parte qua optamus nisi homines in faciendo voluntate dei equantur angelis dei tamen hic orant sancti perseveranciam demonstratur orare. Cum nemo pervenit ad illam summam que in regno est beatitudinem nisi in ea sanctitate quam sumpsit in terra perseveraverit usque in finem. Quarta peticio Panem nostrum cottidianum da nobis hodie et dimitte. Ubi Cyprianus beatus ostendit quomodo et hic intelligatur perseverancia postulari. Ait quippe inter cetera: Hunc autem panem dari nobis cottidie postulamus ne qui in Christo sumus et eukaristiam cottidie accipimus ad cibum salutis intercedente aliquo graviori delicto dum abstenti et non communicantes a celesti pane prohibemur a Christi corpore separemur. Hec verba sancti hominis dei perseveranciam precibus a domino sanctos indicat poscere quod hac intencione dicunt Panem nostrum cottidianum da nobis hodie ne a Christi corpore separentur sed in ea sanctitate permaneant qua nullum quo separari mereantur crimen admittant. Quinto oracionis loco dicitur Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. In qua sola peticione non invenitur posci perseverancia. Peccata enim sunt preterita que nobis ut dimittantur oramus. Perseveranciam vero que nos salvos facit tempori quidem huius vite non tamen preterito sed a quo usque ad eius finem restat est necessaria. Tempore tamen paululum intueri quod et in hac peticione iam tunc Cyprianus tamquam celo invictissime veritatis longe post eum futuros confodiebat hereticos. Tantam hic enim Pelagiani audent dicere hominem iustum in hac vita nullum omnino habere peccatum et in talibus hominibus esse iam presenti tempore ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi que una et sola sponsa sit Christi tamquam sponsa Christi non sit que per universam terram hoc quod ab eo didicit dicit Dimitte nobis debita nostra. Sed attendite quomodo istos gloriosissimus Cyprianus interimat. Cum enim locum ipsum dominice oracionis exponeret ait inter cetera Quam necessarie autem quam provide et salubriter admonemur

quod peccatores sunt qui pro peccatis ro-
gare compellitur. Ut eis indulgen-
tia de Deo petita conscientie sue animum
reddat. Neque enim sibi quis innocens
placeat, ut si extollendo plus p-
tat meruit et doceret se cottidie
dum cottidie pro peccatis videtur
orare. Sic demum et Johannes
in epistola sua exponens dixit: Si
dixerimus quia peccatum non habemus,
nos ipsos seducimus et veritas in
nobis non est. Et est que sequitur
miserere longum est. Cum vero tu di-
cis: Et ne nos inferas in tempta-
tionem sed libera nos a malo,
quid aliud quam ut in sanctitate
perseveret precatur. Nam profecto
concesso sibi isto Dei dono, quod
est Dei donum, cum ab illo posci-
tur satis aperte hic monstratur. Isto ergo
concesso sibi dono Dei ne inferatur
in temptationem nemo sanctorum non tenet
usque in finem perseverantiam sanctitatis.
Neque enim quisquam in proposito christi-
ano perseverare desistit nisi in
temptationem prius inferatur. Si ergo
concedatur ei quod orat ut non infe-
ratur, utique in sanctitate quam Deo
donante percepit, Deo donante persistit.
Si pot voluit ut scriptum est.
Sed ita hanc perseveranciam predi-
cari ut non vel suppliciter emereri
vel amitti contumaciter possit. Videant
quid dicant. Parum aliquantum
attendunt quod de illa perseverancia
loquimur qua perseveratur in fine, que
si data est, perseveratum est usque
in finem; si autem non est perseve-
ratum usque in finem, non est data,
quod iam et supra satis egimus.
Non itaque dicant homines perseveranciam
cuiquam datam usque in finem, nisi cum
ipse venerit finis et perseverasse cui
data est repertus fuerit usque in finem.
Dicimus quippe castum quem novimus
castum, sive sit sive non sit in eadem
castitate mansurus. Et si quid
aliud divini muneris habeat
quod teneri et amitti potest, dicimus
eum habere quamdiu habet, et si
amiserit, dicimus eum habuisse. Per-
severanciam vero usque in finem quia
non habet quisquam nisi qui perseve-
rat usque in finem, multi eam possunt,
nullus amittere. Neque enim metuendum
est ne forte cum perseveravit homo
usque in finem. Est ergo Dei donum
suppliciter emereri potest, sed cum data
fuerit amitti contumaciter non potest.
Cum enim perseveraverit quisque in fi-
nem, neque donum potest amittere
nec alia que poterat ante finem.
Quo modo ergo potest amitti per quod
fit ut non amittatur etiam quod posset
amitti? Sed ne forte dicatur
usque in finem perseveranciam non
amitti quidem cum data fuerit,
id est cum perseveratum fuerit usque in fi-
nem, sed eam amitti quodam-
modo cum agit per contumaciam
ut ad eam pervenire non possit,
sicut dicimus hominem qui non per-
severavit in finem amisisse
vitam eternam vel regnum Dei,
non quod iam acceperat et habebat,
sed quod accepturus et habiturus si perse-
verasset. Verum controversias
auferamus et non verba et que
non habentur sed habenda sperantur
posse dicamus amitti. Dicat mihi
quisquis audet: Utrum Deus dare
non possit quod a se posci imperat?
Hec ergo qui sapit, non dico quod
desipit sed insanit. Imperavit
qui autem Deus ut ei sancti eius
dicant orantes: Ne nos inferas
in temptationem. Quisquis ergo exau-
ditur hec poscens non infertur
in contumacie temptationem qua
possit vel digna sit perseveranciam
sanctitatis amittere. Sed enim ex
voluntate sua quisque deserit Deum
ut merito deseratur a Deo. Quis
hoc negaverit? Sed ideo petimus
ne inferamur in temptationem.

De perseverancia donum Dei non amittitur

Ut hoc non fiat et si exaudimur
precor non fit, quia deus non per-
mittit ut fiat. Nihil enim
fit nisi quod aut ipse facit aut
fieri ipse permittit. Potens ergo
est et a malo in bonum flectere
voluntates et in lapsum pronas con-
vertere ac dirigere in sibi placitum gres-
sum. Cui non frustra dicitur: Deus
tu convertens vivificabis nos. Non
frustra dicitur: Ne des admone-
do pedem meum. Non frustra
dicitur: Ne tradas me domine a desi-
derio meo peccatori. Postremo
ne multa commemorem, ne plura
fortassis nobis occurrant, non fru-
stra dicitur: Ne nos inferas in
temptacionem. Nam quisquis
in temptacionem non infertur, profecto
nec temptacionem sue male volun-
tatis non infertur in nullam prorsus
infertur. Unusquisque enim temptatur
ut scriptum est a concupiscentia sua abstra-
ctus et illectus. Deus autem
neminem temptat temptacione
scilicet noxia. Nam est et utilis
qua non decipimur vel opprimimur
sed probamur secundum quod dictum est:
Proba me domine et tempta
me. Illa ergo noxia temptacione de
qua significat apostolus dicens: Ne for-
te temptaverit nos qui temptat
et inanis fit labor noster, Deus
ut dixi neminem temptat, hoc
est neminem infert vel inducit
temptacionem. Nam temptari et
in temptacionem ~~non~~ inferri non est ma-
lum, immo etiam bonum est; hoc
est enim probari. Quod itaque dicimus
deo: Ne nos inferas in temptacionem,
quid dicimus nisi ne nos inferri
sinas? Unde sic orant nonnulli
et legitur in codicibus pluribus
et hoc sic posuit beatissimus
Cyprianus: Ne paciaris nos
induci in temptacionem. In evan-
gelio tamen greco nusquam inveni nisi
ne nos inferas in temptacionem.

Tutiores igitur vivimus si totum deo da-
mus, non autem nos illi ex par-
te et nobis ex parte committimus. Quod
vidit ille venerabilis martyr.
Nam cum eiusdem lectionis orationis expo-
neret post cetera: Cum autem rogamus
ne in temptacionem veniamus, admonemur
infirmitatis et imbecillitatis nostre, dum
sic rogamus, ne quis se insolenter
extollat, ne quis sibi superbe arro-
ganter aliquid assumat, ne quis
aut confessionis aut passionis gloriam
suam ducat, cum dominus ipse humilitatem
docens dixerit: Vigilate et ora-
te ne veniatis in temptacionem;
spiritus quidem promptus est, caro
autem infirma, ut dum precedit humilis
et summissa confessio et datur totum
deo, quidquid suppliciter cum timore et honore dei
petitur ipsius pietate concedatur. Si ergo
alia documenta non essent, hec domini-
ca oratio nobis ad causam gracie
quam defendimus sola sufficeret,
quia nichil nobis reliquit in quo
tamquam in nostro gloriemur; siquidem et
ut non discedamus a deo non ostendit
dandum esse nisi a deo, cum posse
deum ostenderit a deo. Qui enim
non infertur in temptacionem non di-
scedit a deo. Non est hoc in
viribus liberi arbitrii qualiter
nunc sunt; fuerat in homine antequam
caderet. Cui tamen libertati voluntatis
in illius prime condicionis prestantia
quantum valuerit apparuit in angelis,
qui diabolo cum suis cadente in
veritate steterunt et securitatem perpe-
tuam non cadendi, in qua nunc
eos certissime tunc certissimi sumus,
pervenire meruerunt. Post casum
autem hominis non nisi ad graciam suam
deus voluit pertinere ut homo acce-
dat ad deum; neque graciam suam
voluit pertinere ut homo non rece-
dat a deo. Hanc graciam posuit
in illo in quo sortem consecuti sumus,
predestinati secundum propositum eius
qui universa operatur. Ac per hoc
sicut operatur ut accedamus, sic operatur

ne discedamus. Propter quod ei per
prophetam dictum est: Fiat manus
tua super virum dextere tue et super
filium hominis quem confirmasti tibi
et non discedimus a te. Iste
certe non est Adam primus in quo
discessimus ab eo, sed Adam novissimus super quem fiat manus
eius ut non discedamus ab eo. Christus
enim totus cum membris est propter
ecclesiam que est corpus eius
plenitudo eius. Cum ergo fit super
eum manus dei ut non discedamus
ab eo, ad nos utique pervenit opus
dei. Hec enim manus dei est quo
ope dei fit ut simus in christo permanentes cum deo, non sicut
in adam discedentes a deo. In quo
enim sortem consecuti sumus predestinati secundum propositum eius qui
universa operatur. ~~Magnus ergo dei
est ista.~~ Manus ergo dei est ista
non nostra ut non discedamus a deo.
Manus inquam eius est ista qui dixit
Timorem meum dabo in cor eorum
ut a me non recedant. Propter quod et
posci a se voluit: ne inferamur
in temptationem. Nam et si non inferimur nulla ab eo ratione discedimus.
Quod nimirum potuit nobis ut non orantibus dari. Sed orationibus nos noluit admoneri a quo acciperemus
hec beneficia. A quo enim nisi ab
illo accipimus a quo iussum est. Non
putant prorsus in hac re non
expectare disputatores expectat ecclesia
sed attendunt cottidianas suas
quas orat ut incredulit credant.
Deus ergo convertit ad fidem. Orat
ut credentes perseverent. Deus
ergo donat perseverantiam usque in finem. Hec deus facturum se prescivit.
Ipsa est predestinacio sanctorum quos
elegit in christo ante mundi constitutionem ut essent sancti et immaculati
in conspectu eius in caritate. Predestinans eos in adopcionem filiorum per
ihesum christum in ipsum secundum placitum
voluntatis sue in laudem glorie et
gratie sue in qua gratificavit nos
in dilecto filio suo in quo habemus
redempcionem per sanguinem ipsius
remissionem peccatorum secundum divitias gratie eius que habundavit in
eos in omni sapientia et prudentia
ut ostenderet eis misterium voluntatis
sue secundum bonam voluntatem suam
quam proposuit nobis in dispensacionem plenitudinis temporum instaurare omnia in christo que in celis
sunt et que in terris in ipso
in quo et et sortem consecuti
sumus predestinati secundum propositum
eius qui universa operatur. Contra
istam veritatem tam clarum tubam
quis homo sobrie vigilanti fidei voces ullas humanas
admittat. Sed cur inquit gratia — Cur gratia dei secundum merita hominum non datur
dei non secundum merita hominum non
datur. Respondeo quia deus misericors est. Cur ergo inquit non omnibus. Et ego respondeo. Quia deus
iudex est. Ac per hoc et gratis
ab eo datur gratia et iusto eius
in aliis iudicio demonstratur quid
in eis quibus confertur gratia non
utique simus ingrati qui secundum
placitum voluntatis sue in laudem glorie gratie sue. Tam multos
liberat indignos deus de tam debita perdicione ut si inde neminem
liberaret non esset iniustus. Ex
uno quippe omnes in condemnacionem non iniusta iudicati sunt
ire sed iusta. Qui ergo liberatur gratiam diligat. Qui non liberatur debitum
agnoscat. Si in remittendo
debitum bonitas, in exigendo equitas intelligitur nusquam esse apud
deum iniquitas invenitur. Sed cur
inquit non saltem in parvulis verum
etiam in geminis una atque eadem
causa tam diversum iudicium. Nonne similis questio est cur in diversa causa idem iudicium. Recolamus
igitur omnes illos operarios in vinea
qui toto die laboraverunt et eos

qui hora una Nempe cum
dulsse est imperium laborē et
tam idem iudicium in reddicione mer
cedis Aug et sic audiere
mur murmurantes a patrefamilias
nisi sic volo Ita quippe quis
erga alios sunt largitus et
erga alios nulla esset iniquitas
ex isti quid utrique in bonis a
debitum quantum ad iusticiam expectat
et graciam potat deus ~~qui liberat~~
qui liberat recte dici reo qui
dampnatur Tolle qd tuum est
et vade Quit aut volo qd nō
debetur donare An nō michi li
cet facere qd volo Aut oculus tu
us nequam est quia ego bonus
sum Hic ille si dicat Cur
nō et michi Merito audiet
O homo tu quis es Ut rudeas
deo quam recte in uno nostrum be
nignissimum largitorem inte vero ex
actorem iustissimum in nullo tu tamen
iniustum Cum enim iustum esse/ct
si utrique puniret qui liberatur
habet unde gracias agat qui dam
natur nō habet qd rudeat Sed si iam
inquit sic oportebat ut dampnata
hoc nō omnibus quid omnibus de
beretur ostenderet atque ita gratius suam
graciam in vasis mie commendaret
Cur in eadem causa me potius
quam illum puniret Aut illum
quam me potius liberavit Hoc
nō dico Si queris quare quia
fateor me nō invenire quid
dicam Si et hic queris quare
quia in hac re sicut iusta est
ira eius sic magna est mia
eius Nichil peccat et dicat
Cur quibusdam qui eum bona
fide coluerunt perseverare usque in
finem nō dedit Cur putas
nisi quia nō mentitur qui dicit
ex nobis exierunt sed nō erant
ex nobis Quam si fuissent ex no
bis mansissent utique nobiscum
Audis quod homo Que

sunt absit Si duo nec erant ullo
enim daretur iniquita libato si nec
debita redderetur Quibus autem omne
qui boni apparent fideles perseveran
ciam usque in finem accipere debuisse
Deus autem melius esse iudicavit
miscere quosdam nō perseveraturos
certo numero sanctorum suorum ut quibus nō
expedit in huius vite temptacione
securitas nō possint esse securi
Multos enim a pernitiosa elatione
reprimit qd ait apostolus Quapropter
qui videtur stare videat ne cadat
Voluntate autem sua cadit qui ca
dit et voluntate dei stat qui stat
Potest enim deus statuere illum nō
pro seipsum sed dolus Verum tamen
bonum est nō altum sapere sed timere
in cogitacione autem sua vel cadit
quisque vel stat sicut autem apostolus
ait qd in loco superiori memoravi
Nō sumus ydonei cogitare aliquid
quasi ex nobismetipsis sed suffi
ciencia nostra ex deo est quam se
cutus et beatus Ambrosius audit
et dicit Nō enim in potestate nostra
cor nostrum et nostre cogitaciones
Sed oēs qui humiles et veraciter
pius est esse verissimum sentit
Hoc autem ambrosius ut diceret
in eo libro loquebatur que de fu
ga seculi scripsit docens non semel
in eo nō in corpore sed corde fu
giendum qd sine auxilio dei
sed nō posse differuit Ait enim
frequens nobis de fugiendo seculo
isto sermo atque utinam quam facilis
sermo tam cautus et sollicitus
effectus Sed qd peius est frequen
ter (intrat) irrepit terrenarum illecebra
cupiditatum et vanitatum offensio
mentem occupat nisi qd studeas
vitare hoc cogites eum ꝯ volvas
Quod cavere difficile est homini
exuere autem impossibile Denique vo
ti magnam eam esse rem quam
effectus testatur propheta dicens Declina
cor meum in testimonia tua et
nō in avariciam Nō enim in potestate

Amb in de penitentia

nostra cor nostrum et nostre cogitaciones
que improviso offense mentem ani-
mumque confundunt atque alio trahunt
quam tu proposueris ad secularia re-
vocant mundana inserunt volupta-
ria ingerunt illecebras intexunt.
Ipsoque in tempore quo elevare me-
tem paramus inseri inanibus cogi-
tacionibus plerumque deicimur. Non
itaque in hominum sed in dei est potesta-
te ut habeant homines potestatem
filii dei fieri. Ab ipso quippe accipi-
unt eam qui dat cordi humano
cogitaciones pias per quas habeant
fidem que operatur per dilectionem. Ad
quod bonum sumendum et tenendum
et in eo perseveranter usque in finem
proficiendum non sumus ydonei cogi-
tare aliquid quasi ex nobis metipsis
sed sufficiencia nostra a deo est in cuius
est potestate cor nostrum et cogitaciones
nostre. Ex duobus itaque parvulis
originali peccato pariter obstrictis cur
iste assumatur ille relinquatur
et ex duobus etate iam grandibus
impiis cur iste ita vocetur ut vo-
cantem sequatur ille autem non vo-
cetur aut non ita vocetur inscrutabi-
lia sunt iudicia dei. Illud tamen fide-
libus debet esse certissimum hunc es-
se ex predestinatis illum non esse.
Nam si fuissent ex nobis ait unus
predestinatorum qui de pectore domini
biberat hoc secretum mansissent
utique nobiscum. Quid est queso non
erant ex nobis nam si fuissent
mansissent utique nobiscum. Nonne
utrique de terra facti erant et ab
eo qui dixit Omnem flatum ego
feci uniusque creati qui nomine Adam
vocabantur. Nonne postremo utrique
vocati fuerant et vocantem secuti
utrique ex impiis iustificati et
per lavacrum regeneracionis utrique re-
novati. Sed si hoc audiret ille
qui sciebat procul dubio quid dice-
bat videre posset et dicere Vera

sunt hec. Sed hec omnia ex no-
bis erant. Verum secundum aliam
quandam discretionem non erant ex
nobis. Quia si fuissent utique
que nobiscum. Que est tamen ista
discretio. Patent libri dei non av-
tamus? Clamat scriptura. Divina
adhibeamus auditum non erant
ex eis quia non erant secundum
propositum vocati non erant in
Christo electi ante constitucionem mundi
non erant in eo sortem consecuti
non erant predestinati secundum pro-
positum eius qui universa operatur.
Nam si hoc essent ex illis
essent et cum illis sine du-
bitacione mansissent. Ut enim
non dicam quam sit possibile deo
aversas et adversas in fidem suam
convertere hominum voluntates et in
eorum cordibus operari ut nul-
lis adversitatibus cedant nec
ab illo aliqua superati tempta-
cione discedant cum possit et
quod ait apostolus facere ut eos non
permittat temptari super id quod pos-
sunt. Ut ergo illud non dicam
certe poterat illos deus perseverantes
esse lapsuros antequam illud fieret
auferre de hac vita. An eo
redituri sumus ut disputemus
quam sit absurde dicatur iudi-
cari homines mortuos etiam de
hiis peccatis que prescivit eos deus
perpetraturos fuisse si viverent.
Quod ita abhorret a sen-
sibus christianis aut prorsus hu-
manis ut illud etiam refellere
pudeat. Cur enim non dicatur
et ipsum evangelium tanto labore
passionibus sanctorum frustra esse
predicatum vel adhuc predicari
potuit homines etiam non audito
evangelio iudicari secundum contumaciam vel
obedienciam quam prescivit deus
habituros fuisse si audissent
evangelium. Tyrus et Sydon damnarentur
et Sydon quamvis tremendis quam
ille civitates in quibus non

credentibus a domino christo miracula
et signa sunt facta que si apud
illos facta essent in cinere et
cilicio penitenciam egissent sicut
se habent eloquia veritatis
In quibus verbis sine dubio mi-
rius altius nobis misterium
predestinacionis ostendit Si enim
queratur a nobis Cur apud
eos tanta miracula facta sunt
et qui viderent ea non fuerant
credituri et apud eos facta
non sunt qui crederent si viderent
Quid respondebis Nunquid
dictum sit quod in libro illo dixi
ubi sex quibusdam questioni-
bus paganorum sine preiudicio
tamen aliarum causarum quas prudentes
possunt vestigare Audi Et
quippe ut scitis. audi Christus
quare post tam longa tempora
venit queritur. Dixi quod hiis
temporibus et hiis locis quibus
evangelium eius non est predicatum
tales omnes in eius predestinacione
futuros esse presciebat. quales
multi in eius corporali presencia
fuerunt. qui in eum nec susci-
tatis ab eo mortuis credere volu-
erunt Item paulo post in eodem
libro atque in eadem questione Quid mi-
rum inquit si tam infidelibus ple-
num orbem terrarum Christus prioribus
seculis noluit ut eis predicari me-
rito nollet quos nec verbis nec
miraculis suis credituros esse
presciebat Hic certe de Tyro
et Sydone dicere non possumus
et in eis cognoscimus ad eas
causas predestinacionis hec divina
iudicia pertinere sine quarum cau-
sarum latentium in iudicio dicit ista
Unde me dixi Facile est q-
uippe ut infidelitatem accusemus
iudeorum de libera voluntate
venientem qui factis apud se
tam magnis virtutibus credere
noluerunt Quod et dominus incre-
pans arguit et dicit Ve tibi
Corozaim et Bethsaida quia
si in Tyro et Sydone facte
fuissent virtutes que facte sunt
in vobis ~~in cilicio~~ olim in cilicio
et cinere penitenciam egissent Sed num-
quid possumus dicere et Tyrios
et Sidonios talibus apud se vir-
tutibus factis credere noluisse aut
credituros non fuisse si fierent cum
eis ipse dominus attestetur quod acturi
essent magne humilitatis penitenciam
si in eis facta essent divinarum
illarum signa virtutum et tamen in die
iudicii punientur quamvis minori
supplicio quam ille civitates que
apud se virtutibus factis credere
noluerunt Sequitur enim dominus ait
Verumptamen dico vobis Tyro et Sy-
doni remissius erit in die iu-
dicii quam vobis Severius ergo
punientur isti. illi remissius. sed
tamen punientur Porro si etiam
secundum facta que facturi essent
si viverent mortui iudicantur profecto
quia fideles futuri erant si vi-
xissent et tantis miraculis fuisset
eorum predicatum non sunt utique puni-
endi. punientur autem Falsum est igitur
secundum ea mortuos iudicari que
facturi essent si ad eos evangelium per-
veniret Et si hoc falsum est, non est
cur dicatur de infantibus qui pereunt
sine baptismate morientes
hoc in eis eo merito fieri quia
prescivit deus eos si viverent predi-
catum ergo et illis evangelium infideliter
audituros Restat igitur ut solo
originali peccato teneantur destricti
et propter hoc solum eant in dampna-
cionem Quod videmus aliis eandem ha-
bentibus causam non nisi per
dei gratuitam graciam regeneratori
dari et eis occulto iusto tamen iu-
dicio quia non est iniquitas apud
deum quosdam etiam post baptismum
pessime vivendo perituros in hac
tamen vita quousque pereant detineri

Racio pulcra

Solucio

Recidivus in fide

qui non perirent si ex hoc corpore mors
lapsum eorum preveniret. Sed tamen
tamen nullus mortuus iudicatur ex
bonis seu malis que fuerat si non
moreretur acturus. Alioquin Tyri
et Sydonii non secundum eas que
gesserant penas luerent sed po-
tius secundum ea que gesturi fuerant
si in eis ille virtutes evangelice
facte fuissent per grandem penitenciam
et per Christi fidem consequentur
salutem. Quidam disputator ka-
tholicus non ignobilis hunc evangelii
locum sic exposuit ut diceret prescisse
dominum Tyrios et Sydonios a fide
fuisse postea recessuros cum factis
apud se miraculis credidissent et
misericordia potius non eum illic ista fe-
cisse quia graviori pena obnoxios
fierent si fidem quam tenuerant re-
liquissent quam si eam nullo tempore
tenuissent. In qua sententia docti hominis
et admodum acuti que sunt adhuc
etiam requirenda quid me nunc
attinet dicere cum et ipsa nobis ad il-
lud quod agimus suffragetur. Si enim mi-
sericordie dominus non fecit in istis virtutes
per quas fieri potuissent fideles
ne gravius punirentur cum postea fie-
rent ~~in fide~~ infideles quod eos futu-
ros fuisse prescivit. Satis aperteque
monstratur de hac vita neminem
iudicari mortuorum que prescitum est eum
fuisse facturum si aliquid ei ne illa
faciat subveniret sicut Tyrus
et Sydonis si omnia illa subire
misse ~~dixit~~ dicitur. Et quos maluit
non accedere ad fidem quam scelere
multo graviore discedere a fide
quod eos si accessissent providerat
fuisse facturos. Quamvis si dica-
tur non sic factum est ut crederet potius
et hoc eis prestaret ut antequam
fidem relinquerent ex hac ~~fide~~
vita emigrarent. Quid respondere
possit ignoro. Qui enim dicit
recessuris fidem beneficium fuis-
se concessum ne habere inciperent
quod graviore impietate desererent
satis indicat non iudicari hominem
ex eo quod prescitur malo fuisse fa-
cturus si ei quolibet beneficio ut id
non faciat consulatur. Consultum
est igitur et illi qui raptus est
ne malicia mutaret intellectum
eius. Sed cur non ita consultum
fuerit Tyriis et Sydoniis ut
crederent et raperentur ne malicia
mutaret intellectum eorum forsi-
tan respondebit ille cui placuit isto
modo solvere questionem hanc. Ego
video quantum ad hoc quod attinet
sufficere video ut secundum istam quoque sententiam
demonstrentur homines non iudicari
de hiis que non fecerunt etiamsi
facturi fuisse presciti sunt. Quam-
quam ut dixi huius opinionem
qua putatur in morientibus vel
mortuis vindicari peccata que pre-
sciti sunt facturi esse si vive-
rent etiam refellere pudeat ne vi-
deamur et nos extimasse aliquid
esse momenti quam maluimus di-
sputatione cohibere quam silencio
preterire. Proinde sicut apostolus ait
non volentis neque currentis sed mi-
serentis est dei qui et parvulis
quibus vult etiam non volentibus
neque currentibus subvenit quos
ante constitucionem mundi elegit in Christo
daturus eis graciam gratis hoc
est nullis eorum vel fidei vel
operum meritis precedentibus. Et ma-
ioribus etiam hiis quos previdet
si apud eos facta essent suis
miraculis credituros quibus non
vult subvenire non subvenit. De
quibus in sua predestinacione occul-
te quidem sed iuste aliud iudicavit.
Non enim est iniquitas apud deum
sed inscrutabilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. Uni-
verse autem vie domini misericordia et veri-
tas. Investigabilis ergo est
misericordia qua cuius vult miseretur
nullis eius precedentibus meritis

de duobus geminis

et investigabiles vias qua
quem vult obdurat. eius quidem
precedentibus meritis. sed cum eo cum quo
misereatur. Plerumque quibus contingit
duorum geminorum quorum unus as-
sumitur, unus relinquitur, dispar
est exitus. merita communia. in
quibus tamen sic alter magna
dei bonitate liberatur, ut alter nulla
eius iniquitate dampnetur. Num-
quid enim iniquitas est apud deum?
Absit. Sed investigabiles sunt vie
eius. Itaque misericordiam eius in his
qui liberantur et veritatem in his
qui puniuntur sine dubitatione credamus,
neque inscrutabilia scrutari aut
investigabilia investigare conemur.
Ex ore quippe infancium suam per-
ficit laudem. Ut quod in his vi-
demus quorum liberacionem bona eorum
merita nulla precedunt et in his
quorum dampnacionem utrisque communia
originalia sola precedunt, hoc
et in maioribus fieri nequaquam
omnino causemur, id est non putantes
vel cuiquam secundum sua merita graciam tribui,
vel quemquam nisi suis meritis quemquam
puniri, sive pares qui liberantur
atque puniuntur, sive dispares habeant
causas malas. Ut qui videtur
stare videat ne cadat, et qui
gloriatur in domino glorietur. Cur autem cau-
sam parvulorum ad exemplum maiorum
sicut scribis non patiuntur afferri
homines qui contra pellagianos
non dubitant esse originale
peccatum quod per unum hominem intravit
in mundum et ex uno omnes isse
in dampnacionem, quod et Mani-
chei non accipiunt, qui non solum
omnes veteris testamenti scripturas
in nulla auctoritate non habent,
verum etiam eas que ad novum perti-
net testamentum sic accipiunt, ut
suo quodam privilegio, immo sa-
crilegio, quod volunt sumant, quod
volunt reiciant. Contra quos age-
bam in libro de libero arbitrio.

Nimium isti nobis prescribendum putant.
Ideo questiones operosiores incidentes
enucleare nolui ne nimi-
um longum temporis opus esset,
nisi me adversus tam perversos testi-
moniorum divinorum non adiuvabit aucto-
ritas. Et potaram sicut feci quodlibet horum
verum est qui non diffinite inveniebam,
ita tamen racione concludere in utroque
deum esse laudandum sine ulla neccessitate
credendi duas si talis illi volunt
coeternas boni et mali permixtas es-
se substancias. Denique in primo retracta-
cionum libro quod opus meum non-
dum legistis, cum ad eosdem libros
retractandos venissem, hoc est
de libero arbitrio, ita locutus sum: In
his inquam libris ita multa dicta
sunt ut incidentes nonnulle que-
stiones, quas vel enodare non po-
teram vel longam sermocinacionem in
presenti requirebant, ita differrent-
ur ut ex utraque parte vel ex omnibus ea-
rundem questionum partibus in quibus
non apparebat quid potius congrueret
veritati, ad hoc tamen racionacio no-
stra concluderetur ut quodlibet eorum verum
esset crederetur vel etiam ostenderetur
deus laudandus. Propter eos quippe disputacio
illa suscepta est qui negant
ex libero voluntatis arbitrio mali
originem duci et deum si ita est
creatorem omnium creaturarum culpandum
esse contendunt, eo modo volentes
secundum sue impietatis errorem, Ma-
nichei enim sunt, immutabilem
quandam et deo contrariam inducere
naturam mali. Item post aliquantu-
lum alio loco: Deinde quamvis ex
ista miseria peccantibus iustissime
inflicta liberat dei gracia, quia
sponte homo, id est libero arbitrio, cadere
potuit, non etiam surgere, ad quam
miseriam iuste dampnacionis pertinet
ignorancia et difficultas quam
patitur omnis homo ab exordio na-
tivitatis sue, nec ab illo malo
quisquam nisi dei gracia liberatur

Quam inferiant Pelagiani nolentes ex iusta dampnacione descendere negantes originale peccatum humanis ignoranciam et difficultatem et si essent bona primordia naturalia hic culpandus sed laudandus esset Deus sicut in eodem libro tercio disputavimus que disputacio contra Manicheos habenda est qui non accipiunt scripturas sanctas veteris testamenti in quibus peccatum originale narratur et quicquid inde in litteris apostolicis legitur detestabili impudencia immissum fuisse contendunt a corruptoribus scripturarum tamquam non fuerit ab apostolis dictum contra Pelagianos autem hoc defendendum est quod utraque scriptura commendat quam se accipere profitentur. Hec dixi in primo libro retractacionum cum retractarem librum de libero arbitrio. Nec sola sane ista ibi a me dicta sunt de hac re sed et alia multa que huic ad nos operi inserere longum putavi et non necessarium et vos existimo iudicaturos cum omnia legeritis. Quamvis ergo in libro tercio de libero arbitrio ita de parvulis disputaverim ut et si verum esset quod dicunt Pelagiani ignoranciam et difficultatem sine quibus nullus hominum nascitur primordia non supplicia esse nature vincerentur tamen Manichei qui nolunt duas boni et mali coeternas esse naturas. Numquid ideo fides in dubium vocanda vel deserenda est quam contra ipsos Pelagianos catholica defendit ecclesia que asserit esse originale peccatum cuius reatus generacione contractus regeneracione solvendus est. Quod si et isti nobiscum fatentur ut simul in hac causa Pelagianorum destruamus errorem cur putant esse dubitandum quod etiam parvulis Deus quibus dat graciam suam per baptismi sacramentum eruat de potestate tenebrarum et transferat in regnum filii caritatis sue. In eo quod aliis eam dat aliis non dat cur nolunt cantare domino misericordiam et iudicium. Cur autem illis potius quam illis detur quis cognovit sensum domini quis inscrutabilia scrutari valeat quis investigabilia potest vestigare tamen graciam dei non secundum merita accipiencium dari sed secundum placitum voluntatis eius in laudem et gloriam gracie eius. Ut qui gloriatur in domino glorietur et nullo modo in seipso. Quoniam omnibus dat quibus dat quod misericors est et si non dat iustus est et non dat quibus non dat nisi ut notas faciat divicias glorie sue in vasa misericordie dando eis quibusdam quod non merentur propterea quod gratuitam et per hoc veram suam graciam esse voluit non omnibus dando quid omnes mererentur ostendit. Bonus in beneficio certorum iustus in supplicio ceterorum et bonus in omnibus quia bonum est cum debitum redditur et iustus in omnibus quia iniustum non est cum debitum sine cuiusquam fraude donatur. Defenditur autem sine meritis gracia id est vera gracia etiam si parvuli baptizati sicut Pelagiani sentiunt non eruuntur de potestate tenebrarum quia nullius peccati sicut putant Pelagiani tenentur obnoxii sed tantum in regnum dei transferuntur etiam sic enim sine ullis bonis meritis datur eis regnum quibus datur et sine ullis malis meritis non datur eis quibus non datur. Quod adversus eosdem Pelagianos dicere solemus quando nobis obiciunt quod fato tribuamus dei graciam cum eam non secundum merita nostra dari dicimus. Ipsi enim potius dei graciam fato in parvulis tribuunt qui dicunt

satiatum est ubi meritum non est. Nul-
la quippe merita et secundum ipsos Pe-
lagianos puerorum in parvulis inveniun-
tur alii eorum mittuntur in regnum
alii vero alienantur a regno. Hic an-
nuit ut ostendam gratiam dei non secundum
merita nostra dari secundum utrumque istorum
hec defendo maxime et contra novos
scilicet qui obstinatus originali peccato
parvulos dicunt. Et contra Pelagia-
norum quo originale negant
esse peccatum. nec tamen ideo mihi est
ambigendum habere parvulos qui eis
dimittat qui salvos facit sal-
vum facit populum suum a peccatis eorum.
Ita in tercio libro de libero arbitrio.
contra utrumque istorum restiti mani-
cheis scilicet suspicitia sive pernoc
dia nec sunt ignorantia et di
fficultas sine quibus nullus ho-
minum nascitur. Et tamen unum earum
teneo. Ubi a me sit evidenter
expressum quod non sit ista natura
instituti hominis sed pena dampnati.
nati. Frustra itaque mihi de illius
libri mei vetustate prescribitur
ne agam causam sicut agere
debeo parvulorum et inde gratiam
dei non secundum merita hominum da-
ri persuasive veritatis mee qui-
tatis. Quod libero arbitrio
laymus repi. Presbiter explica-
vi quod de dampnatione infan-
tium non renascentium et de na-
scentium liberatione dubitarem neque
nisi opinor esset tam iniustus
et invidus qui me prestare
prohiberet atque in hac dubitatione
remanendum non esse indicaret
verumtamen rectius possit intel-
ligi non me postea de hac
re dubitasse credi oportere
quia contra illos mea dicebatur
intentio sic mihi nisi sunt
refellendi ut sine pena esse
set peccatum originalis in parvulis
quod vitas quasi sine non esset
quod non nulli fratres opinatur.
Nullo modo tamen que maniche

orum error inducit duarum naturarum
scilicet boni et mali principia credentes
absit ut causam parvulorum sic relin-
quam ut nobis esse dicam inter
tum. Utrum in Christo regnaturi si mo-
riantur parvuli transibunt in eternam
salutem non regnaturi aut transibunt
in mortem secundam. Cum si scriptum
est per unum hominem peccatum intravit
in mundum ac per peccatum mors et ita
in omnes homines transiit. aliter recte
intelligi non potest. nec a morte
perpetua que iustissime retributa
est peccato liberat quemquam pusillorum
atque magnorum nisi ille qui propter
remittenda et originalia et
propria nostra peccata mortuus est sine
suo originali proprio ve peccato. Sed
quare illos potius quam illos. Iterum
atque iterum dicimus nec nos piget
o homo tu quis es qui respondeas
deo. Inscrutabilia sunt iudicia
eius et investigabiles vie eius.
Et addamus. Altiora te ne
quesieris et fortiora te ne
scrutatus fueris. Videtis enim quam
quam sit absurdum et a fide ac
veritate alienum ut dicamus
parvulos mortuos secundum ea iudi-
cari que gesturi sunt facturi esse
si viverent. In hac autem senten-
tiam recte ex quibus hominibus qua-
si latendo rone subvenire male
quod timore exhorret ne compul-
si sunt qui sic a Pelagio Pela-
gianorum errore alienum esse volu-
erunt ut in gratia dei per Ihesum Christum
dominum nostrum qua nobis una post
lapsum primi hominis in quo omnes
cecidimus subvenitur secundum merita nostra
dari adhuc sibi existimet esse
dendum esse et disputatione insup-
pendendum quod ipse Pelagius ante
orientales episcopos iudices dam-
nationis sue timore dampnavit.
Hoc autem si non dicatur de mortuorum
operibus que facturi erant si vi-
verent bonis aut malis ac per

hoc nullius et in ipsa dei praescientia
non futuros. Hoc ergo si non dicitur quod
tantis contra eum erroribus dicitur, quid
restabit nisi ut gratiam dei non secundum
merita nostra dari, quod contra
Pelagianos catholica defendit eccle-
sia, remota contentionis caligine
fateantur atque id maxime in parvulis
evidentiore veritate cernamus.
Neque enim fato cogitur deus illis
infantibus subvenire, illis autem
non subvenire. Nec res humanas in parvulis
non divina providentia, sed
fortuitis casibus opinandum est, cum
rationalibus vel damnandae vel
liberandae sint animae. Cum ecce nec
passer cadit in terram sine
voluntate patris vestri qui in caelis
est. Aut parentum negligentiae sic tribu-
endum est quod parvuli sine baptismo
moriuntur ut nihil ibi agant su-
perna iudicia, tamquam ipsi qui hoc
modo male moriuntur parentes sibi
negligentes voluntate propria de
quibus nascerentur elegerint. Quid
dicam quod parvulus antequam alii illi
ministerium baptismi subveniri possit
exspirat. Plerumque enim festinanti-
bus parentibus et paratis ministris
ut baptismus baptismum parvulo de-
tur, deo tamen volente non datur,
qui eum paululum in hac vita
non tenuit ut daretur. Quid quod est
ergo quod aliquando parvulis infidelium sub-
veniri potuit ne irent in perditionem
et filiis fidelium non potuit baptismo
subveniri. Ubi certe ostenditur quod
personarum apud deum non sit acceptio;
alioquin cultorum suorum potius quam
inimicorum filios liberaret. Nam nunc
quia de dono perseverantiae nunc
agimus, quid est quod morituro
non baptizato subvenitur ne si-
ne baptismo moriatur, et baptizato casuro
non subvenitur ut ante moriatur,
nisi forte illi absurditati auscul-
tabimus qua dicitur nihil prodesse

cuique mori antequam cadat, quoniam
secundum eos actus iudicabitur quos eum
praescivit deus acturum si viveret. Hac
perversitatem sanitati fidei catholicae vehe-
menter adversam quis patienter au-
diat, quis ferat, et tamen hanc
dicere coguntur qui non fatentur gratiam
dei non secundum merita dari. Qui autem
nolunt dicere unumquemque mortuorum
secundum ea iudicari quae deus illum
praescivit acturum fuisse si viveret,
intuentes quam manifesta falsitate
et quanta absurditate dicatur, non
eis remanet ut dicant quod iam
quod in Pelagianis damnavit
ut ab ipso Pelagio damnari
fecit ecclesia, gratiam dei secundum merita
nostra dari, cum videant parvulos
alios non regeneratos ad aeternam
mortem, alios autem regeneratos
ad aeternam vitam tolli de hac vita,
ipsos quoque regeneratos alios perseve-
rantes usque in finem hinc ire,
alios quousque decidant hinc te-
neri, qui utique non decidissent
si antequam laberentur hinc issent,
et rursus quosdam lapsos quo-
usque redeant non exire de hac
vita, qui utique perirent si ante-
quam redirent exirent. Unde satis
dilucide ostenditur et inchoandi
et usque in finem perseverandi gratiam
dei non secundum merita nostra dari sed
secundum ipsius secretissimam eandemque
iustissimam sapientissimam beneficentissimam voluntatem, [Gratia dei non datur secundum merita]
quoniam quos praedestinavit ipsos et
vocavit vocatione illa de qua
dictum est sine paenitentia sunt dona
et vocatio dei. Ad quam vocationem
pertinere nullus est homo ab homi-
nibus ulla asseveratione dicendus
nisi cum de hoc saeculo exierit. In
hac autem vita humana quae temp-
tatio est super terram qui videtur
stare videat ne cadat. Ideo
quippe sicut iam supra dixi
non perseveraturi perseveraturis
providentissima dei voluntate

misteriu' ut esse dictum non alta
sapientes sed humilibus consenti
entes et cum timore et tremore
nostram ipsorum operemur salutem
Deus est enim qui operatur in no
bis et velle et operari pro bo
na voluntate Nos ergo volumus
sed deus in nobis operatur et opera
mur pro bona voluntate hec no
bis expedit et credere et di
cere hoc est pium hoc est ve
rum ut sit humilis et submissa con
fessio et totum detur deo
cogitantes credimus cogitantes
loquimur cogitantes agimus quic
quid agimus Quod autem attinet ad
pietatis viam et verum dei
cultum non sumus ydonei cogitare
aliquid tamquam ex nobis metip
sis sed sufficientia nostra ex deo est
Non enim est in potestate nostra cor
nostrum et nostre cogitationes Unde
idem qui hoc ait Item dicit
Ambrosius Beatus autem tam be
atus cui in corde suo scilicet aste
dit Sed hoc sine dei auxi
lio qui fieri potest nullo penitus modo
Denique inquit super eadem scriptu
ra dicit Beatus vir cuius est domine
auxilium abs te domine ascensus
in corde eius Hic itaque ut dicit
non potest in libris suis legebat
sed sicut de illo viro sine du
bitatione credendum est ita in cor
de suo sentiebat Ambrosius
Quod ergo in sacramentis fidelium
dicitur ut sursum cor habeamus ad do
minum est donum de quo munere
ipsi domino deo nostro gratias agere
a sacerdote post hanc vocem quibus
hoc dicitur admonetur et
dignum et iustum esse credunt
respondere Cum enim non sit in
nostra potestate cor nostrum sed divino
sublevetur auxilio ut ascendat
et que sursum sunt sapiat
ubi Christus est in dei dextera
sedens non que super terram cui
de hac tanta re agende gratie

Amb9 in l° de pñiacie

De incarnatione Spus sci

nisi hoc faciente domino deo nostro
qui nos per tale beneficium libe
rando de profundo huius mundi ele
git et predestinavit ante constitutionem
mundi Nunc autem predestinationis diffini
tionem acriter predicatores adversarii cum vo
adversata sit apostolo predicanti Non
ne ille doctor gentium in fide et
veritate predestinationem totiens comme
davit et verbum dei predicare non de
stitit Numquid quia dixit Deus
est qui operatur et velle et operari
pro bona voluntate ideo non ipse
et ut velimus que deo placeant
et ut operemur hortatus est Aut
quia dixit Qui in vobis bonum
opus cepit perficiet usque in diem
Christi Ihesu ideo ut inciperent ho
mines et perseverarent usque in finem
ipse eis non suasit Nempe ipse
dominus hominibus precepit ut crederent
atque ait Credite in deum et in
me credite nec tamen ideo eius
falsa sententia est nec vana diffinitio
ubi ait Nemo venit ad me
id est nemo credit in me nisi fuerit
ei datum a patre meo Nec rursus
quia vana est hec diffinitio
Ideo vana est illa preceptio Cur
ergo predicationem preceptionem exhortationem
correptionem que omnia frequentat
scriptura divina existimamus inutilem
diffinitionem predestinationis quam comme
dat eadem scriptura divina An quis
quam dicere audebit deum non presci
sse quibus esset daturus ut crede
rent aut quos daturus esset
filio suo ut ex eis non perderet
quemquam Que utique si prescivit
profecto beneficia sua quibus nos
dignatur liberare prescivit Hec est
predestinatio sanctorum vel aliud predes
tinatio scilicet et preparatio beneficiorum dei quibus
certissime liberantur quicumque liberantur
Ceteri autem ubi nisi in massa perdi
tionis iusto divino iudicio relin
quuntur ubi Tyrii relicti sunt
et Sydonii qui et credere potuerunt

si in illa Christi signa vidissent.
Sed quid nisi credendi non eis erat
datum etiam unde crederent est ne-
gatum. Ex quo apparet habere
quosdam in ipso ingenio divinum
naturaliter munus intelligencie quo mo-
veantur ad fidem si congrua suis
mentibus vel audiant verba vel
signa conspiciant. et tamen si dei altiore
iudicio a perdicionis massa non sunt
gracie predestinacione discreti. nec ipsa eis
adhibeantur vel dicta divina vel fa-
cta per que possent credere si au-
dirent utique talia vel viderent.
In eadem perdicionis massa relicti sunt
etiam Iudei qui non potuerunt credere
factis in conspectu suo tam magnis
clarisque virtutibus. Cur enim non pote-
rant credere non tacuit evangelium dicens
Cum autem tanta signa fecisset
coram eis non crediderunt in eum
ut sermo Isaie prophete impleretur
quem dixit Domine quis credidit
auditui nostro et brachium domini
cui revelatum est. Et ideo non pote-
rant credere quia iterum dixit Ysaias
Excecavit oculos eorum et induravit
cor eorum ut non videant oculis
nec intelligant corde et convertantur
et sanem illos. Non ergo sic erant
excecati oculi et sic induratum
cor Tyriorum et Sydoniorum qui
credidissent si qualia viderunt isti
signa vidissent. Sed nec illis
profuit quod poterant credere quia predesti-
nati non erant ab eo cuius inscrutabi-
lia sunt iudicia et investigabiles
vie. Nec istis obfuisset quod non po-
terant credere si ita predestinati es-
sent ut eos cecos deus illumina-
ret et induratis cor lapideum vel-
let auferre. Verum quod dixit dominus
de Tyriis et Sydoniis aliquo
alio modo potest fortassis intelligi. Ne-
mo tamen venit ad me nisi cui
fuerit datum et eis datum qui in
illo electi sunt ante constitucionem mundi

Procul dubio confitetur a quo non
surdis auribus cordis eloquium
divinum auribus carnis auditur.
Et hec predestinacio que satis
aperte etiam verbis evangelicis explicatur
non prohibuit dominum et ipsius in in-
cipiendo dicere quod paulo ante com-
memoravi. Credite in deum et in
me credite. et ipsius perseverandum
esse orare et non deficere. Au-
diunt enim hec et faciunt quibus
datum est. non autem faciunt sive
audiant sive non audiant qui-
bus datum non est. Quia vobis
inquit datum est nosse misterium
regni celorum. Illis autem non
est datum. Quorum alterum ad mi-
sericordiam alterum ad iudicium pertinet
ut dicatur illa vox misericordiam
et iudicium cantabo tibi domine. Non
predestinacionis igitur predicacione
impedienda est predicacio fidei
perseverantis et proficientis ut eam
qui audiunt quibus datum est
obediant. Quomodo enim audient
sine predicante. nec rursus pre-
dicacio fidei proficientis et usque ad
finem perseverantis impedienda
est predicacione predestinacionis ut qui
fideliter et obedienter vivit non
de ipsa obediencia tamquam de suo
non accepto bono extollatur. Sed
qui gloriatur in domino glorietur. In
nullo enim gloriandum quando nostrum
nichil est. quod vidit fidelissime
Cyprianus et fidentissime de-
finivit. per quod utique
predestinacionem certissimam
pronunciavit. Nam si in nullo glo-
riandum est quando nostrum nichil
est profecto nec in obediencia
perseverantissima gloriandum est
nec ita nostra tamquam non sit no-
bis desuper donata dicenda
est. Et ipsa igitur dei donum est
quam se daturum deus vocatis suis
illa vocacione de qua dictum est

sine penitentia sunt dona et vocatio
dei omni sano ostentante constituit
hec est predestinatio quam fideliter
et humiliter predicamus. Nec tamen idem
doctor et factor qui et in christum
obedientiam usque ad passionem pro
christo perseverantissime vixit ideo
cessavit predicare evangelium exhor-
tari ad fidem pios et mores
atque ad ipsam usque in finem perse-
verantiam qui dixit in nullo
gloriandum quando nostrum nichil est
sit. Ubi namque dei graciam i. e.
non secundum merita nostra datam sine
ulla ambiguitate declaravit quam
se daturum constituit deus. Hic
Ciprianus Cyprianum vobis procul dubio pre-
scitus predicata est. Quare si
Cyprianum a predicatione obediencie
non prohibuit nec nos utique debet
prohibere. Quamvis ergo dicamus
De obediencia dei donum esse obedienciam tamen
homines exhortamur ad eam. Sed
illis qui veritatis exhortationem obedien-
ter audiunt ipsum dei donum da-
tum est hoc est obedienter
audire. Illis autem qui non sic
audiunt non est datum. Non
enim quicumque sed christus. Nemo
inquit venit ad me nisi fuerit ei
datum a patre meo. Et vobis da-
tum est nosse misterium regni ce-
lorum. Illis autem non est datum.
De continencia Et de continentia non omnes inquit
capiunt verbum hoc sed quibus datum
est. Et cum apostolus ad pudiciciam
coniugalem coniuges hortaretur
vellem inquit omnes homines esse
sicut meipsum sed unusquisque pro-
prium donum habet a deo alius sic
alius autem sic. Ubi satis ostendit
non tantum continenciam donum dei
esse sed coniugatorum etiam castitatem.
Que cum vera sint hortamur
tamen ad hec quantum cuique nostrum
datum est ut possit hortari

quia et hoc donum eius est in quo
maius sunt et nos et similes nostri.
Unde et apostolus unicuique graciam inquit que
data est mihi ut sapiens archite-
ctus fundamentum posui. Et alio loco
unicuique inquit sicut dominus dedit
ego plantavi appollo rigavit
sed deus incrementum dedit.
Itaque neque qui plantat est aliquid
neque qui rigat sed qui incremen-
tum dat deus. At per hoc sicut ex-
hortatur et predicat recte sed ille qui
accepit hoc donum ita exhortantem
recte atque predicantem profecto ille obe-
dienter audit qui accepit hoc do-
num. Hinc est quod dominus cum eis lo-
queretur qui carnales aures aptas
haberent dicebat tamen. Qui habet
aures audiendi audiat. Quas
non omnes habere procul dubio noverat
a quo autem haberent quicumque habent
ipse dominus ostendit. Ubi ait Da-
bo eis cor cognoscendi me et au-
res audientes. Aures ergo audien-
di ipsum est donum obediendi ut
qui habebant venirent ad eum ad
quem nemo venit nisi fuerit
ei datum a patre. Exhortamur
ergo atque predicamus sed qui habent
aures audiendi audiunt nos
audiunt. Qui vero eas non habent
fit in eis quod scriptum est ut au-
dientes non audiant. Audientes
videlicet corporis sensu non audiunt
cordis assensu. Cur autem illi habe-
ant aures audiendi illi non habent
hoc est cur illis datum sit a patre
ut veniat ad filium illis autem
non est datum. Quis cognovit
sensum domini aut quis consiliarius
eius fuit aut tu quis es qui
respondeas deo. Numquid ideo
negandum est quod apertum est quia
comprehendi non potest quod occultum
est. Numquid inquam propterea dicturi sumus quod
ita esse perspicimus non ita esse
quia cur ita est non possumus

nirgine sed aut ut scriptis remeri posse correptione stimulis excitari, si dicatur in conventu ecclesie audientibus multis: Ita se habet de predestinatione diffinita sententia voluntatis dei, ut alii ex vobis de infidelitate accepta obediendi voluntate veniatis ad fidem, vel accepta perseverancia maneatis in fide. Ceteri vero qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia nondum vos adiutorium gratie miserantis erexit. Verumptamen si qui estis nondum vocati, quos gratia sua predestinavit eligendos, accipietis eandem gratiam qua velitis et sitis electi; et si qui obeditis, si predestinati estis reiciendi, subtrahentur obediendi vires ut obedire cessetis. Ista tamen dicuntur ita non confitenda vera gratia, id est que non secundum merita nostra datur, et ita confitenda sit ea predestinatio sanctorum, ut deterreri non debent, sicut non deterrent confitenda prescientia dei. Nec quis de illa populo sic loquatur, ut dicat: Sive nunc recte vivatis sive non recte, tales eritis postea quales vos deus futuros esse prescivit, vel boni si bonos, vel mali si malos. Numquid enim si hoc audito nonnulli in torporem segniciemque vertantur, et a labore proni ad libidinem post concupiscentias suas eant, propterea de prescientia dei falsum putandum est esse quod dictum est? Nonne si deus illos bonos futuros esse prescivit, boni erunt in quantalibet nunc malignitate versentur; si autem malos, mali erunt in quantalibet nunc bonitate cernantur? Erat quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus cur quedam non facienda faceret et que facienda non faceret, respondebat: Qualiscumque nunc sim, talis ero qualem me deus futurum esse prescivit. Qui profecto verum dicebat, et hoc vero non proficiebat in bonum, sed usque adeo profecit in malum, ut deserta monasterii societate fieret canis reversus ad suum vomitum, et tamen qualis sit futurus adhuc incertum est. Numquid igitur propter huiusmodi animas ea que de prescientia dei vera dicuntur, vel neganda sunt vel tacenda, tunc scilicet quando si non dicuntur in alios itur errores? Sunt etiam qui propterea vel non orant vel frigide orant, quoniam domino dicente didicerunt scire deum quid nobis opus sit priusquam petamus ab eo. Numquid propter tales huius sententie veritas deserenda est, aut ex evangelio delenda putabitur? Immo cum constet deum alia danda etiam non orantibus, sicut initium fidei, alia non nisi orantibus preparasse, sicut usque in finem perseveranciam, profecto qui ex se ipso hanc habere se putat, non orat ut habeat. Cavendum est igitur ne dum timemus ne tepescat exhortatio, extinguatur oratio et accendatur elatio. Dicatur ergo verum, maxime ubi aliqua questio ut dicatur compellit, et capiant qui possunt, ne forte cum tacetur propter eos qui capere non possunt, non solum veritate fraudentur, verum etiam falsitate capiantur qui verum capere, quo caveatur falsitas, possunt. Facile est enim, immo et utile, ut taceatur aliquod verum propter incapaces. Nam unde est illud domini: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo? et illud apostoli: Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: quasi parvulis in Christo lac vobis

De cruach fre

dedi non escam nondum enim potera-
tis sed nec quidem adhuc pote-
stis. Quamvis modo quodam
dici verum possit ut id quod dicitur
et parvulis lac et grandibus
esca sit. Sicut in principio erat
verbum et verbum erat apud deum
et deus erat verbum. Quis enim chri-
stianus tacere potest. quis capere
aut quid in doctrina sana inve-
niri potest grandius. Quod tamen
et parvulis non tacetur et nec gran-
dibus nec parvulis occultatur.
Sed alia est ratio verum tacendi
alia verum dicendi necessitas. Caus-
as vero tacendi longum est ob-
querere vel inserere. Quarum
tamen est et hec una. ne
peiores faciamus eos qui intel-
ligunt dum volumus eos qui
intelligunt facere doctiores qui
nobis aliquid tale tacentibus
doctiores quidem non fiunt sed
nec peiores fiunt. Cum autem
res vera ita se habet ut
fiat peior nobis eam dicenti-
bus qui capere non potest. nobis
autem tacentibus ille qui potest quid
putamus esse faciendum. Nonne
bonum est potius verum ut qui
potest capere capiat quam tacendum
ut non solum id ambo non capiant
verum etiam qui est intelligentior
ipse fiat peior qui si audiret
et caperet per illum plures di-
scerent. Quanto enim est capacior
tanto magis est ydoneus
ut alios doceat. Instat ini-
micus gratie atque urget modis omnibus
ut credatur secundum merita dari
ac sic gratia non sit gratia et nos
nolumus dicere quod teste scriptura
possumus dicere. Timemus enim
videlicet ne loquentibus nobis
offendatur qui veritatem non potest
capere et non timemus ne tacen-
tibus nobis qui veritatem potest capere
falsitate capiatur. Aut enim

sic predestinatio predicanda est quomodo
sancta loquitur evidens scriptura
ut in predestinatis sine penitentia sint
dona et vocatio dei aut gratiam
dei secundum nostra dari merita confiten-
dum quod sapiunt Pellagiani
quamvis ista sententia quod sepe iam
diximus legatur gestis episcoporum orienta-
lium esse Pelagii ore dampna-
ta si pellagianorum. Porro hereti-
ca perversitate tam isti remoti sunt
ut quibus hic agimus ut liceat
nondum velint fateri predestina-
tos esse qui per gratiam dei fiant
obedientes atque permaneant. Ita
tamen fateantur quod eorum preveniat
voluntatem quibus datur hec gratia
Ideo utique ne non gratis dari cre-
datur gratia sicut veritas loquitur
sed secundum precedentia merita volun-
tatis sicut contra veritatem Pelagiani
errores eloquuntur. Prevenit ergo
(margin: Gratia fidem prevenit) et fidem gratia. Alioquin si fides iam
prevenit et voluntas quia prevenit
voluntatem profecto omnem obedi-
entiam prevenit etiam caritatem qua
una deo veraciter et suaviter obedi-
tur. Et hec omnia gratia in eo cui
datur et cuius hec omnia prevenit operatur.
Restat in his bonis usque in fi-
nem perseverantia. Que frustra
cotidie a domino poscitur si non eam
dominus per gratiam suam in illo cuius
orationes exaudit operatur. Videte iam
a veritate quam sit alienum nega-
(margin: Donum dei est perseverantia) re donum dei esse perseverantiam
usque in finem huius vite cum
vite huius quando voluerit ipse dat
finem. Quem si dat ante imminentem
lapsum facit hominem perseverare
usque in finem. Sed mirabilior
et fidelibus evidentior largitas
bonitatis dei est quod etiam parvulis
quibus obedientia non est illius
etatis ut detur. datur gratia. Ita
igitur sua dona quibuscumque deus
donat procul dubio se donatorem
esse prescivit et in sua prescientia

mirabile est quod deus infantulis gratiam dat.

Preparauit tamen ergo predestinauit eos et vocauit vocatione illa quam me sepe commemorasse non piget de qua dictum est sine penitencia sunt dona et vocatio dei. Nam et in sua falli que mutari(que) non potest prescientia opera sua disponere illud omnino nec aliud quicquam est predestinare. Sicut tamen ille quem castum futurum esse prescivit quamvis id incertum habeat ~~agit et castus sit~~ agit ut castus sit. Ita ille quem castum futurum predestinavit quamvis id incertum habeat non ideo non agit ut castus sit quia dono dei se audit futurum esse quod erit immo exultat(?) gaudet eius caritas nec inflatur tamquam illud non acceperit. Non solum ergo predicatione predestinationis ab hoc opere non impeditur verum etiam adiuvatur ut cum gloriatur in domino glorietur. Quod autem dixi de castitate hoc de fide hoc de pietate de caritate de perseverantia et ne per cuncta eam hoc de omni obediencia qua obeditur deo verissime dici potest. Sed hii qui solum initium fidei et usque in finem perseverantiam sic in nostra constituunt potestate ut dei dona esse non putent neque ad hec habenda atque retinenda deum operari nostras cogitationes et voluntates cetera vero ipsum dare concedunt quod ab illo impetrantur credentis fide cur ad ista cetera exhortationem predicatione diffinite predestinationis non metuunt impediri. An forte nec ipsa dicunt predestinata. Ergo nec dantur a deo aut ea se daturum esse non prescivit. Quod si et dantur et ea se daturum prescivit profecto predestinavit. Sicut ergo ipsi quoque exhortantur ad castitatem caritatem pietatem et cetera que dei dona esse confitentur

et que ab illo esse precognita ~~atque per hoc~~ atque per hoc predestinata negare non possunt nec dicunt exhortationes suas impediri predicatione predestinationis dei hoc est predicatione prescientie de hiis donis eius futuris sic videant nec ad fidem nec ad perseverantiam impediri exhortationes suas si et ipsa quod verum est esse dei dona et tam precognita id est ad donandum predestinata esse dicantur. Sed impediri potius atque subverti hac predestinationis predicatione. Unum tantummodo perniciosissimum errorem quo dicitur gratiam dei secundum merita nostra dari ut qui gloriatur non in domino sed potius in seipso glorietur. Quod ut apertius [illegible] cardinali-bus expetentem remoto [illegible] sentiunt quibus ingenio prevalere donatum dicat. Dicat apostolus Jacobus. Si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat et dabitur ei. Scriptum est enim in Proverbiis Salomonis quoniam dominus dat sapientiam. Et de continentia legitur in libro Sapientie cuius auctoritate usi sunt magni et docti viri qui longe ante nos divina eloquia tractaverunt. Ibi ergo legitur. Cum scirem quia nemo potest esse continens nisi deus det. Et hoc ipsum erat sapientie scire cuius esset hoc donum. Hec ergo dei dona sunt id est ut de aliis taceam sapientia et continentia. Acquiescunt et isti neque enim Pelagiani sunt ut adversus istam perspicuam veritatem duram et hereticam pervicacitatem contendant. Sed hec inquiunt ut a deo donentur nobis fides impetrat que incipit a nobis. Cuius fidem et incipere habere et in ea usque in finem permanere tamquam id non a domino accipiamus nostrum esse contendunt. Hoc procul dubio contradicit apostolo

dicenti. Quid enim habes quod
non accepisti. Contradicat et
martiri Cypriano dicenti. In nul-
lo gloriandum quando nostrum nichil sit.
Cum hec et alia multa que
piget repetere dixerimus atque ostende-
rimus et inicium fidei et usque
in finem perseveranciam dei dona
esse nec ista sua dona et
que danda essent et quibus
danda essent deum prescire non
potuisse. Ac per hoc predesti-
natos ab illo esse quos libe-
rat et coronat. Respondendum
putant predestinacionis diffinicionem
utilitati predicacionis adversari eo
quod hac audita nemo possit
correpcionis stimulis excitari.
Hec dicentes nolunt hominibus
predicari dona dei esse ut ve-
niatur ad fidem et permaneatur
in fide ne plus desperacio quam
exhortacio videatur afferri dum
cogitant qui audiunt incertum esse
humane ignorancie cui largiatur
cui non largiatur hec dona.
Cur ergo et ipsi nobiscum predicant
dona dei esse sapienciam et contine-
nciam. Quod si hec cum dei dona
esse predicantur non impeditur
hortacio qua homines hortamur
esse sapientes et continentes que
tandem causa est ut existiment
impediri exhortacionem qua
exhortamur homines venire ad fi-
dem et in ea permanere usque in
finem. Et si hec dona dei es-
se dicantur ut probatur eius te-
stibus copiosis. Ecce ut de con-
tinencia taceam et de sola in
hoc loco sapiencia disputem. Nem-
pe supra memoratus apostolus
Jacobus dicit. Que desursum
est sapiencia primum quidem pudica
est deinde pacifica modesta
suadibilis plena misericordie et fru-
ctibus bonis inestimabilis
sine simulacione. Cernitis ne
descendere a patre luminum sapienciam
quam multis et magnis bonis
referta descendit. Quid quippe
datum optimum sicut idem dicit. Et
omne donum perfectum desursum
est descendens a patre luminum.
Cur ergo ut omittam cetera corri-
pimus impudicos et contenciosos
quibus tamen predicamus donum dei
esse sapienciam pudicam atque pacifi-
cam nec timemus ne permoti dubie-
tate voluntatis incerto plus in hac
predicacione desperacionis quam exhor-
tacionis inveniant nec correpcionis
stimulis adversus se ipsos sed po-
cius adversus nos excitentur
quia eos corripimus hoc non ha-
bentes que ipsi dicimus non humana
voluntate perfici sed divinitus donari.
Cur denique ipsum apostolum Jacobum
huius gracie predicacio non detinuit
corripere inquietos et dicere si
zelum amarum habetis et contenciones
sunt in cordibus vestris nolite
gloriari et mendaces esse adversus
veritatem. Nec est ista sapiencia de-
sursum descendens sed terrena
animalis dyabolica. Ubi enim zelus
et contencio ibi inconstancia et omne
opus pravum. Sicut corripiendi
sunt inquieti et divinis eloquiis
testibus et ipsis quos nobiscum
isti consentes sunt actibus nostris
neque hoc impedit correpcionem
quod sapienciam pacificam qua conten-
ciosi corriguntur atque sanantur donum
dei esse predicamus. Ita corripi-
endi sunt infideles et in fide
non permanentes non impediente
ista correpcione predicacionem gracie
dei que fidem et ipsam et in
ea permansionem dei donum esse
commendat. Et quia si ex fide
impetratur sapiencia sicut ipse Jaco-
bus cum dixisset. Si quis vestrum
indiget sapiencia postulet a deo
qui dat omnibus affluenter
et non improperat et dabitur
ei mox addidit. Postulet autem
in fide nichil hesitans non tamen
quia fides datur prius quam postuletur

ab illo tamen dari. Ideo dicta est
non esse donum dei sed esse a nobis
quia data est nobis non petentibus
nobis. Apertius enim apostolus dicit
Pax fratribus et caritas cum fide a
deo patre et domino Ihesu Christo. A
quo ergo pax et caritas ab illo
est et fides propter quod ab illo eam
non solum augeri credentibus verum
etiam non habentibus posse dari.
Neque isti propter quos hec diximus qui
predicationem predestinationis et gratie ex-
hortationem reclamitant impedire. Ad
sola illa exhortantur dona que
non a deo dari sed a nobis esse
contendunt sicut sunt initium fidei
et in ea usque in finem perseveran-
tia quod utique facere deberent ut
tantum infideles hortarentur ut cre-
derent et fideles ut credere perma-
nerent. Ea vero que nobiscum dei
dona esse non negant ut nobi-
scum pelagianum demoliantur er-
rorem sicut est pudicitia contine-
tia patientia et cetera quibus recte
vivitur et ex fide impetrantur a
domino oranda monstrare et orare
solum vel sibi vel aliis deberent
non autem quemquam ut ea capesseret
et retineret hortari. Cum vero ad
hec exhortantur ut possunt atque ex-
hortando se esse hortatores confiten-
tur utique ostendunt nec ea predi-
catione impediri exhortationes
sive ad fidem sive ad perseveran-
tiam usque in finem. Audire ista
dei dona esse nec a seipso aliquem
sed ab illo tribui predicatur ac in
domino suo quemquam deserit fidem non
credit temptationi consentit que-
cumque illo sinistro ut deserit fidem
quibus negat. Sed non ideo dicenda
est in fide perseverantia non esse do-
num dei cotidie poscit qui dicit
ne nos inferas in temptationem
Et si exauditur hanc accipit
ac per hoc cotidie ~~ut perseveret~~
ut perseveret petens perseverando perse-

rantie sue spem non a seipso sed
in deo posuit. Ego autem nolo
exaggerare meis verbis sed illis
potius cogitandum relinquo ut vide-
ant quale sit quod sibi persuaserunt
predicatione predestinationis plus
desperationis audientibus quam
exhortationis afferri. Hoc est enim
dicere tunc de sua tunc de sua
salute hoc est desperare quando spem
suam non se in seipso sed in deo
didicerit ponere cum propheta clamat
Maledictus omnis qui spem habet
in homine. Hec itaque dona dei
que dantur electis secundum dei propo-
situm vocatis in quibus donis
est et incipere credere et in fide
usque ad vite huius finem perseve-
rare sicut tanta documentorum atque
auctoritatum contestatione probamus.
Hec inquam dei dona si nulla
est dei predestinatio quam defen-
dimus non presciuntur a deo presci-
untur autem. Hec est igitur prede-
stinatio quam defendimus. Ideo non-
numquam eadem predestinatio signifi-
catur etiam nomine prescientie sicut ait
apostolus: Non repulit deus ple-
bem suam quam prescivit. Hic
quod ait prescivit non recte intel-
ligitur nisi predestinavit quod in-
circumstantia illius lectionis ostendit.
Loquebatur enim de reliquiis
iudeorum que salve facte sunt
pereuntibus ceteris. Nam superius
dixerat ad israel dixisse prophetam
Tota die expandi manus
meas ad populum non credentem
et contradicentem. Tamquam diceretur
Ubi ergo facte sunt promissiones
dei ad israel continuo subiunxit
Dico ergo numquid repulit deus
plebem suam? Absit. Nam et
ego israhelita sum ex semine
abraham de tribu beniamin.
Tamquam diceret Nam et ego
ex ipsa plebe sum. Deinde
addidit Quod nunc agimus
non repulit deus plebem suam

predestinatio nomine prescientie dicitur

quam prescivit atque ut ostenderet
dei gratia fuisse relictas reliquias
non meritis operum suorum scripturus
adiunxit An nescitis in helia
quid dicit scriptura quemadmodum
deum interpellat deum adversus israhel
et cetera Sed quid dicit illi re-
sponsum divinum reliqui septem mi-
lia virorum qui non curvaverunt
genu ante baal Non enim ait
relicta sunt ei aut reliquerunt
se michi sed reliqui michi
Sic ergo et in hoc tempore reli-
quie per electionem gratie salve
facte sunt Si autem gratia iam
non ex operibus alioquin gratia
iam non est gratia Et connectens
illa que iam supra interposui
Quid ergo et huic interrogationi
respondens quod querebat israhel
hoc non est consecutus electio autem
consecuta est ceteri vero excecati
sunt In hac ergo electione
et in his reliquiis que per
electionem gratie salve facte sunt
voluit intelligi plebem quam
preea deus non repulit quia
prescivit Hec est illa electio in christo
ante mundi constitutionem ut essent
sancti et immaculati in conspectu eius
in caritate predestinans eos in ad-
optionem filiorum Nullus ergo qui
hoc intelligit negare vel dubi-
tare permittitur vel cum ait apostolus
Non repulit deus plebem suam
quam prescivit predestinationem sig-
nificare voluisse Prescivit enim
reliquias quas erat electione
gratie facturus Hoc ergo
predestinavit Sed predestinasse
est hoc prescisse quod fuerat ipse
facturus Quid ergo nos prohi-
bet cum apud aliquos verbi dei
tractatores legimus dei prescientiam
et agitur de vocatione electorum
eandem predestinationem intelligere
magis enim fortasse voluerunt
hoc verbo in ea re uti quod et
facilius intelligitur et non repu-
gnat immo et congruit veritati que
de predestinatione gratie predicatur Hoc scimus
neminem contra istam predestinationem quam
secundum scripturas sanctas defendimus
nisi errando disputare potuisse
Puto tamen eis qui de hac
re sanctorum tractatorum requirunt sententias
et in fide atque doctrina christiana lau-
dabilium virorum quasi diffamatos vi-
ros apud Cyprianum et Ambro-
sium quorum tam clara testimonia
posuimus debere sufficere et debere
ad utrumque id est ut gratiam dei gratui-
tam sicut credendo atque ore predica-
da est per omnia credentes per
omnia predicent et eandem predicationem
qua hortamur pigros vel cor-
ripimus malos non opinentur adversam
divina et isti viri ad hoc predi-
carent dei gratiam ut nullus eorum
diceret nullo gloriandum quando nostrum
nichil sit Aliud autem non sit est
in potestate nostra cor nostrum et nostre
cogitationes non tamen hortari atque
corripere desistebant ut fierent pre-
cepta divina Nec timuerunt ne di-
ceretur eis Quid nos hortamini
quid et corripitis si nichil
boni ut habeamus est nostrum et si
non est non est in potestate cor nostrum
Hec ne diceretur eis nequaquam
illi sancti ea mente timere po-
tuerunt qua intelligebant paucis-
simis esse donatum vel nullo
sibi homine predicante per ipsum
dominum vel per angelos celorum
doctrinam salutis accipiat multis
vero id esse donatum ut deo per
homines credat Quamlibet tamen modo
dicatur homini verbum dei procul du-
bio cum sic audit ut illi obe-
diat donum est dei Unde sic
isti excellentissimi tractatores
divinorum eloquiorum et gratiam dei veram
sicut predicanda est predicaverunt
id est qua nulla merita humana prece-
dunt et ad facienda divina precepta

instant hortati sunt ut qui ha
bent donum obediencie quibus
iussis obediendum esset audire et
dilexerunt gratiam merita nostra nulla
precedunt effecto aut facti aliquid
habent sed aut cogitacionibus est me
ritum Unde et ipso intelligitur
voluntas bona brevissime complex
est omnium quia meritorum quod est in
nostra gerancia qui neque nimis initium sit
Cum vero aut non est in potestate cor
nostrum et nostre cogitaciones nec ipsa
facta et dicta preterea Non enim
est datum nobis ut habeamus quod non
ex cordis cogitacione procedat ve
rum aut amplius de hac re
Cyprianus martir gloriosissimus et do
ctor luculentissime potuit quam il
nos in ordine Unica est pro inui
tis fidei vane orare opte(re)
commonuit Ubi de munere dei fi
dei et hoc donum dei sit quia
sentiret ostendit et pro perseueran
tie usque in finem quod et ipsam
non nisi deus eis qui perseuera
uerunt donat eternam xpo cotti
die orare monstrauit Beatus
quoque Ambrosius cum exponeret ait Lu
cas ewangelista Visum est et mihi pro
mittit non soli visum esse quod sibi
visum esse declarat Non enim vo
luntate tantum humana visum est
sed sicut placuit ei qui in me
loquitur xpus qui ut id quod bo
num est quod videri bonum possit
operatur Quem enim miseretur vo
cat Et ideo qui xpum sequitur
potest interrogatus velle esse voluit
cyprianus Unde visum est et
mihi quod cum dicit non negat
deo visum sibi Deo enim preparatur
voluntas hominum Ut enim deus
honorificetur a sancto dei gratia est
Item quoque in eadem ope(re) ait est in
exposicione ewangelii eiusdem Cum
ad illud venisset locum Ubi dum
ad urbem pergentem Samarita
ni recipere voluerunt Simul

Notale

discite inquit quia recipi noluit
non simplici mente conversos Nam
si voluisset ex indevotis devotos
fecisset Cur autem non receperunt
eum ewangelista ipse monstrat dicens
Quia facies eius erat euntis
in ierusalem Discipuli autem reci
pi intra Samariam gestiebant
Sed deus quos dignatur vocat
et quem vult religiosum facit
Quid evidencius Quid illu
strius a verbis dei temptacionibus
querimus non ab ipsis quod in scri
pturis legimus est audire delectat
Sed hys duobus qui suffi
cere debuit secundum gregem subdam
et tercium Cum et credere in deum
et quod credimus confiteri dei donum
esse testatur Unius deitatis
quesivo nos confitemur trinitatem
si dicat voluit dicere munus esse
nature et non dari nobis a sancto
spiritu deputabitur quem quod credimus
confiteri possumus Dabit enim certe
filium qui dedit quod primum est
dabit et quod secundum est Cum
dedit credere dabit et confiteri
Isti tres tantique doctores et
dicentes non esse aliquid de quo
tamquam de nostro quod nobis deus
non dedit gloriemur nec ipsum
cor nostrum et cogitaciones nostras
in potestate nostra esse et totum da
tes deo atque ab ipso nos accipere
confitentes Ut permansuri converta
mur ad eum ut id quod bonum
est nobis quoque videatur bonum et
velimus id ut honorificemus deum
et recipiamus propter ut ex
indevotis efficiamur devoti et
religiosi ut in ipsam trinitatem
credamus et confiteamur ore voce
quod credimus Hec utique opera
dei sunt dei munera a quo
sunt ab ipso nobis non a nobis
ipsis testantur Numquid autem
quisquam eos dicturus est ita
confessos istam dei gratiam ut an
derent eius negare presciencias

grol

Nota de perseuerancia et de donis a deo collatis

quam non solum docti sed indocti
etiam confiterentur. Porro si hec ita
deus donavit dare ut non igno
raret eum daturum se esse prescis
se, et quibus daturus esset
non potuisse nescire, procul dubio
noverunt predestinacionem quam per
apostolos predicatam contra novos he
reticos operosius diligenciusque
defendimus. Nec tamen eis obedienciam
predicantibus et ad eam sicut qui
sque poterat ferventer hortanti
bus nullo modo recte diceretur: Si
non vultis obedire ad quam
nos accendimus, in vobis cor
ut frigescat. Nolite istam dei
graciam habens predicare qua dum
dare fatemini que et nos faci
amus hortamini. Quapropter
si et apostoli et doctores ecclesie
qui eis successerunt eorumque imi
tati utrumque faciebant, id est et dei
graciam que non secundum merita
nostra datur veraciter predicabant
et piam obedienciam preceptis sa
lutaribus instruebant. Quid
est quod invicta consuetudinis violencia
victi recte se isti nostri dicere
se existimant: Et si verum est quod
de predestinacione beneficiorum
dei non est tamen populis predicandum,
est prorsus ut qui habet aures
audiendi audiat. Quis autem
habet si non accepit ab illo qui
ait: Dabo eis cor cognoscendi
me et aures audientes.
Certe qui non accepit reiciat,
dum tamen qui capiat sumat
et bibat, bibat et vivat. Sicut
enim predicanda est pietas ut
ab illo qui habet aures audiendi
deus recte colatur, predicanda est
castitas ita ut ab eo qui habet
aures audiendi deus et proximus
diligatur. Ita predicanda est
et ista predestinacio beneficiorum
dei ut qui habet aures audiendi
non in seipso sed in domino glorietur.
Quod autem dicunt non oportere

fuisse huiusmodi disputacione mi
nus intelligencium corda tur
bari, quia non minus utiliter sine hac
diffinicione predestinacionis per tot
annos defensa esset katholica fides
tum contra alios tum maxime contra
pellagianos tot katholicorum et
aliorum et nostris precedentibus libris,
minime miror eos dicere nec atten
dere ut de aliis nunc taceam ipsos
libros nostros et antequam Pella
giani apparere cepissent conscriptos
et editos, et videre quam multis
eorum locis futuram nescientes Pella
gianam heresim cedebamus predi
cando graciam qua nos deus libe
rat a malis erroribus
et moribus nostris non precedentibus
bonis meritis nostris faciens hoc
secundum gratuitam misericordiam suam.
Quod plenius sapere cepi in ea disputa
cione quam scripsi ad beate memo
rie Simplicianum episcopum Mediola
nensis ecclesie in mei episcopatus ex
ordio, quando et inicium fidei donum
dei esse cognovi et asserui. Quid
autem meorum opusculorum frequencius
et delectabilius innotescere potuit
quam libri confessionum mearum? Quos
et ipsos ediderim antequam pellagi
ana heresis extitisset. In eis cer
te dixi deo nostro et sepe dixi:
Da quod iubes et iube quod vis. Que
mea verba Pelagius Rome cum a
quodam fratre et coepiscopo meo fuissent
eo presente commemorata ferre non potuit
et contradicens aliquanto commocius
pene cum eo qui illa commemoraverat
litigavit. Quid vero primitus et
maxime deus iubet nisi ut credamus
in eum? Et hoc ergo ipse dat, si bene
illi dictum est: Da quod iubes.
Et in eisdem etiam libris quod de
mea conversione narravi deo me
convertente ad eam fidem quam mi
serrima et furiosissima loqua
citate vastabam, nonne ita nar
ratum esse meministis ut osten
derem me fidelibus et cotidianis
matris mee lacrimis ne perirem

fuisset exiguum. Ubi utique predicavi in illo predicto libro meo sicut a fidei recte sed ad ipsam etiam recte fidei deum sua gratia ad eam convertere hominum voluntates de perfugiente. Porro perseveranciam quemadmodum deum rogaverim satis et potest recensere cum multis. Omnia itaque dei dona que in eadem opere sive optavi sive laudavi quis ut non dicam negare vel dubitare saltem audeat deum daturum se esse prescisse et quibus daturus fuerit numquam potuisse nescire. Hec est predestinacio manifesta et certa sanctorum quam postea diligencius et copiosius cum iam contra pelagianos disputarem defendere necessitas compulit. Didici enim singulas quasque hereses intulisse ecclesie proprias questiones contra quas diligencius defenderetur scriptura divina quam si nulla talis necessitas cogeret. Quid autem coegit loca scripturarum quibus predestinacio commendata est copiosius et enucleatius isto nostro labore defendi nisi quod pelagiani dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod nimirum est aliud quam gratie omnino negacio. Hec ergo ut ingrata deo sentencia destruatur gratuita dei beneficia quibus [illegible] inicia et inicium fidei et in ea usque in finem perseverancia secundum scripturas. Unde multa iam diversa dona dei esse defendimus quam si a nobis esse dicimus inicium fidei ut cetera dei dona mereamur accipere concludunt pelagiani gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod ita exhorruit catholica fides ut dampnacionem timens ipse pelagius ipse dampnaverit. Itaque si dicimus a nobis esse ipsam perseveranciam nostram non a domino. Respondent illi ita nos a nobis habere inicium fidei sicut finem sic argumentantes multo magis nos habere a nobis illud inicium si a nobis habemus permanere usque in finem cum perficere quam incohare sit magis. atque identidem concludunt gratiam dei secundum merita nostra dari. Si autem utrumque donum dei est et hec dona sua deus daturum se esse prescivit quis negare potest. Predestinacio dei predicanda est ut possit vera dei gratia hoc est que non secundum merita nostra datur insuperabili municione defendi. Predestinacio est predicanda Et ego quidem in illo libro cuius est titulus de correpcione et gratia qui sufficere non potuit omnibus dilectoribus nostris puto ita posuisse donum dei esse etiam perseverare usque in finem ut hoc antea si non me fallit oblivio tam expresse atque evidenter vel nusquam vel pene nusquam scripserim. Sed ita licet non dixi ut non ante me nemo dixerit. Beatus quippe Ciprianus in oracione dominica sicut iam ostendimus peticiones nostras ita exposuit ut in ipsa prima oracione perseveranciam nos deberet poscere id nos orare asserens dicendo sanctificetur nomen tuum cum iam in baptismate sanctificati fuerimus ut in eo quod esse cepimus perseveremus. Videant tamen hii quibus amantibus me ingratus esse non debeo qui preter hoc quod in questionem venit omnia mea sicut scribitis se profitentur amplecti. Unde autem huius rei in primi libri posterioribus partibus eorum duorum quos episcopatus mei inicio antequam pelagiana heresis appareret ad Simplicianum Mediolanensem episcopum scripsi.

Remansit aliquid quod notetur in dubium gratiam dei non secundum merita nostra dari et utrum ibi non satis egerim esse initium fidei esse donum dei et utrum ex hiis que ibi dicta sunt non consequenter eluceat etsi non sit expressum etiam usque in finem perseverantiam non nisi ab eo donari qui nos predestinavit in suum regnum et gloriam. Deinde ipsam epistolam quam iam contra pelagianos ad sanctum Paulinum Nolanum episcopum feci cui epistole contradicere nullus reperitur. Rome ante annos plurimos edidi eamque inspiciant quam dedi ad Sixtum romane ecclesie presbiterum quando adversus pelagianos acerrima conflictatione stabamus et talem reperient qualis illa est ad Paulinum. Unde recolant adversus heresim pelagianam iam ante aliquot annos ista dicta esse atque conscripta que nunc eis displicere mirum est. Quamvis neminem velim sic amplecti omnia mea ut me sequatur nisi in hiis in quibus me non errasse perspexerit. Nam propterea nunc facio libros in quibus opuscula mea retractanda suscepi ut nec me ipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrem. Sed proficienter me existimo deo miserante scripsisse non tamen a perfectione cepisse. Quandoquidem arrogantius loquar quam verius si vel nunc dico me ad perfectionem sine ullo errore scribendi iam in ista etate venisse. Sed interest quantum et in quibus rebus erretur et quam facile quisque corrigat vel quanta pertinacia suum defendere conetur errorem. Bone quippe spei est homo si eum sic proficientem dies ultimus vite huius invenerit ut adiciantur ei que proficienti defuerunt et perficiendus potius quam puniendus iudicetur. Quapropter si hominibus qui me dilexerunt quia provenit ad eos antequam me diligerent aliqua mei laboris utilitas nolo existere ingratus, quanto magis deo quem non diligeremus nisi prius dilexisset nos et fecisset dilectores suos. Quia caritas ex ipso sicut dixerunt quos fecit magnos non solum amatores suos verum etiam predicatores suos. Quid est autem ingratius quam negare ipsam gratiam dei dicendo eam secundum merita nostra dari. Quod in pelagianis fides catholica exhorruit quod ipsi Pelagio capitale crimen obiecit quod ipse Pelagius non quidem amore dei veritatis sed tamen sue dampnationis timore dampnavit. Quisquis

Gratia dei non datur secundum merita

autem dat gratiam dei secundum merita nostra dari sicut katholicus fidelis horret dicere nec ipsam fidem subtrahat dei gratie qua misericordiam consecutus est ut fidelis esset ac per hoc gratie dei tribuat perseverantiam quoque usque in finem qua misericordiam consequitur quam poscit cottidie ne inferatur in temptationem. Inter initium autem fidei et perfectionem perseverantie media sunt illa quibus recte vivimus que ipsi etiam donari nobis a deo fide impetrante consentiunt. Hec autem omnia initium fidei et cetera usque in finem dona sua deus largitur sic vocatis sicut esse prescivit. Nimie igitur contentionis est predestinationi contradicere vel de predestinatione dubitare. Que tamen non ita populis predicanda est ut apud imperitam vel tardioris intelligentie multitudinem redargui quodammodo

ipsa sua predicatione videatur. Sed re
vera sicut predicetur et prescientia dei quam
certe negare non possunt si dicatur hominibus
sive curratis sive dormiatis quod
vos prescivit qui falli non potest
hoc eritis. Dolosi autem vel imperiti
medici est etiam utile medicame-
ntum alligare ut aut non prosit aut
non obsit. Sed dicendum est sic curri-
te ut comprehendatis atque ut in ipso
cursu vestro ita vos esse precogni-
tos noveritis ut legitime curreretis
et si quo alio modo dei prescientia
predicari potest ut hominis segnitia re-
pellatur. Audiens ergo ita se habet de
predestinatione diffinitiva sententia
voluntatis dei ut alii ex infideli-
tate accepta voluntate fidei con-
vertantur ad fidem vel perseverent
in fide ceteri vero qui in peccatorum
damnabilium delectatione remo-
rantur si et ipsi predestinati sunt
ideo nondum surrexerunt quia non-
dum eos adiutorium gratie elevavit
erexit. Si qui autem nondum sunt
vocati quos gratia sua predestinavit
eligendos accipiant eandem gratiam
qua electi velint esse et fiant.
Si qui autem obediunt et in regnum
eius et in gloriam predestinati non
sunt temporales sunt nec usque in finem
in eadem obediencia permanebunt. Au-
diens ergo hec vera sunt non tamen
isto modo dicenda sunt audientibus
multis nisi sermo ad ipsos et contra
eos dirigatur illa istorum verba que
nostris verbis indidistis et que su-
perius interposui. Ita se habet de pre-
destinatione diffinitiva sententia voluntatis
dei ut alii ex vobis de infidelitate
accepta obediendi voluntate ve-
nitis ad fidem. Quid opus est
dici alii ex vobis. Si enim ecclesie
dei loquimur si credentibus loquimur
cur alios eorum ad fidem venisse
dicentes ceteris facere videamur in-
iuriam cum possimus congruentius di-
cere ita se habet de predestinatione dif-
finitiva sententia voluntatis dei ut ex

infidelitate veniretis ad fidem acce-
pta voluntate obediendi et acce-
pta perseverancia maneatis in fide.
Nec illud quod sequitur est omnino
dicendum id est ceteri. Ceteri vero
qui in peccatorum delectatione re-
moramini ideo nondum sur-
rexistis quia nondum vos
adiutorium gratie miserantis erexit.
Cum bene et convenienter dici pos-
sit et debeat. Si qui adhuc
in peccatorum damnabilium delecta-
tione remoramini apprehendite
saluberrimam. Quod tamen cum feceritis
nolite extolli quasi de operibus
vestris aut gloriari quasi hoc non acce-
peritis. Deus est enim qui operatur
in vobis et velle et operari
pro bona voluntate et a domino
gressus vestri diriguntur ut eius gratia
velitis. De ipso autem cursu vestro
bono recto que condiscite vos ad
predestinationem divine gratie pertinere.
Item quod sequitur. Et discite vin-
tum si qui est nondum vocati
quos gratia sua predestinavit eli-
gendos accipient eandem gratiam
qua velint et sint electi durius
dicitur quam dici potest. Si nos non
quibuscumque hominibus loqui sed
ecclesie cogitemus. Cur enim
non potius ita dicitur. Et si qui
sunt nondum vocati pro eis
ut vocentur oremus. Fortassis
enim sic predestinati sunt ut nostris
orationibus concedantur et accipient
eandem gloriam gratiam qua ve-
lint atque efficiantur electi. De-
us enim qui omnia que predestinavit
implevit ideo et pro inimicis
fidei orare nos voluit ut
hinc intelligeremus quod ipse etiam in-
fidelibus donet ut credant
et nolentes et volentibus
faciat. Iam vero quod illis verbis con-
nectitur miror si ~~nullo modo~~
nullo modo potest in populo christiano quis-
quam infirmus patienter audire.
Cum dicitur eis. Et qui obedite

si praedestinati estis reiciendi
subtrahentur obediendi vires
ut obedire cessetis. Hoc enim dictum
quid videtur aliud esse quam maledi-
cere aut mala quodammodo propheta-
re. Sed si de hiis qui non perse-
veraverunt aliquid placet dicere
vel necesse est cur non potius
ita saltem dicitur ut paulo ante
dictum est primum ut non de ipsis
qui in populo audiunt hec dicantur
sed aliis ad ipsos. Id est ut non
dicatur si qui obauditis
si praedestinati estis reiciendi
sed si qui obaudiunt et cetera
per verbi personam terciam dicantur non per
secundam. Res enim non obtabi-
lis sed abhominabilis dicitur et du-
rissime atque odiosissime quasi
in audiencium frontem convician-
do colliditur quando qui eis loquitur
dicit Et qui estis qui obeditis
non praedestinati estis reiciendi
subtrahentur obediendi vires
et obedire cessetis. Quid enim
sentencie deperit si ita di-
catur Sed qui non obediunt sed
in regnum eius et in gloriam praede-
stinati non sunt temporales sunt
nec usque in finem in eadem obe-
diencia permanebunt. Nonne et
verius eadem res et congruencius
dicitur ut non ipsis malum tamquam
optare videamur sed de aliis
referre quod oderint nec ad se
existiment pertinere sperando oran-
doque meliora. Illo autem modo
quo dicendum putant eadem sentencia
atque iisdem pene verbis etiam de pre-
sciencia dei quam certe negare non
possunt pronunciari potest ut dicatur
Et si qui obeditis si presciti estis
reiciendi obedire cessabitis.
Nempe hoc verissimum est non
falso eloquio sed non salubriter
valitudini humane infirmitatis
apposito. Illud autem modum quo
utendum esse in praedestinatione
predicanda nos dicimus loquendi
apud populum non existimo debere

desperare non debemus

sufficere nisi hec vel huiusmodi aliquid
addat ut dicat. Vos itaque etiam
ipsam obediendi perseveranciam a
patre luminum a quo descendit omne
datum optimum et omne donum perfe-
ctum sperare debetis et cotidianis
orationibus poscere atque hec faciendo
confidere non vos esse a praedestina-
tione populi eius alienos. Quia etiam
hoc ut faciatis habet ipse largiri.
Absit autem a nobis ideo desperare
de nobis quoniam spem vestram in
ipso habere iubemini non in vobis.
Maledictus enim omnis qui spem
habet in homine. Et bonum est confidere
in domino quam confidere in homine
quia beati omnes qui confidunt
in eo. Hanc spem tenentes
servite domino in timore. Quia de
vita eterna quam filiis promis-
sionis promisit non mendax
deus ante tempora eterna. Nemo
potest esse securus nisi cum consumma-
ta fuerit ista vita que tempta-
cio est super terram. Sed faciat nos
perseverare in se usque in huius vite
finem. Cui cotidie dicimus. Ne
nos inferas in temptationem. Et
atque hiis vel huiusmodi dictis sive pauci
christiani sive multitudo ecclesie con-
venerit praedestinacio
et vocacio dei gratia id est que non
secundum merita nostra datur sicut
eam sacra scriptura predicat. Non
enim timendum est ne tunc homo
de se desperet quando spes eius
ponenda demonstratur in deo. Nec autem
desperaret si eam in se ipso superbis-
simus et infelicissimus poneret. Atque
utinam tardi corde et infirmi qui
non possunt vel nondum possunt scripturas
nec earum exposiciones intelligere
sic audirent vel non audirent
in hac questione disputaciones nostras ut magis
intuerentur oraciones suas quas semper
habuit et habebit ecclesia ab ex-
ordiis suis donec finiatur hoc seculum.
De hac enim re quam nunc adversus
novos hereticos non commemorare
tantum sed plane tueri et defendere

[illegible]

compellimur. Nusquam enim tacuit in
questionibus suis et si aliquid
in sermonibus ostendam nullo con-
gente adiutorio non putat. Quod
enim non oratum est in ecclesia pro
infidelibus atque inimicis dei eius
ut credant. Quando fidelis quisquam
amicum proximum coniugem habuit
infidelem et non petivit
ei a domino mentem ab eo ducentem
in christianam fidem. Quis autem salutem
sibi proximi non oravit ut in domino
permaneret. Sicut quis sacerdotem
super fideles dominum invocantem
si quando dixit Da illis domine
perseverare in te usque in finem
non solum voce ausus est sed
saltem cogitatione reprehendere
ac potius non super eius bene-
dictionem et corde credente et
ore confitente. Respondit autem
... in ipsa oratione. Numquid
non orent fideles dicentes ma-
xime illud Ne nos inferas in tem-
tationem nisi ut in sancta obedientia per-
severent. Sicut ergo in hiis ora-
tionibus ita et in hac fide nata
est et crescit et crevit
etiam qua fide credit gratiam dei
non secundum merita accipiendam quam
quis nunquam non oraret etiam ut
daretur infidelibus fides nisi de-
um crederet et aversas hominum ad
se convertere voluntates nec oraret
etiam ut dare infidelibus fides
nisi deum crederet et aversas hominum
ad se resilientes convertere ... ora-
ret etiam ut perseveraret in fide
christi non decepta vel victa tem-
ptationibus nisi crederet dominum
sic habere in potestate cor nostrum ut
bonum quod non tenemus nisi propria vo-
luntate non tamen teneamus nisi ipse in
nobis operetur et velle. Talis si
hec ab ipso que deposuit etiam
sed a scriptura sibi dari putant
non vos ... persuasorias orationes
sed quod absit nobis. Hnus enim

vocat gemitus desiderantis atque
quod orat a domino sic hic a se ipso
se sumere existimet non ab
illo spiritum quid quid orat
sicut oportet nescimus sed ipse
spiritus ait apostolus interpellat
gemitibus inenarrabili-
bus. Qui enim scrutatur corda
scit quid spiritus sapiat quia
secundum deum interpellat pro sanctis.
Quid est ipse spiritus interpel-
lat nisi interpellare facit ge-
mitibus inenarrabilibus
sed veracibus quia veritas est spiritus.
Ipse est enim de quo alio
dicit in loco misit deus spiritum
filii sui in corda nostra clama-
tem Abba pater. Et hic quid
est clamantem nisi clamare
facientem tropo illo quo dicimus
letum diem qui letos facit
quod alibi manifestat. Ubi dicit
Non enim accepistis spiritum servi-
tutis iterum in timore sed acce-
pistis spiritum adoptionis filiorum
in quo clamamus Abba pater.
Ibi clamantem dixit hic non
clamamus in quo aperiens
videlicet quo dixit clamantem
id est sicut iam exposui clamare
facientem. Ubi intelligimus
et hoc ipsum esse donum dei
ut vero corde et spiritualiter clamemus
ad deum. Attendant ergo quomodo
falluntur qui putant esse a no-
bis non dari nobis ut petamus
queramus pulsemus. Et hoc esse
dicunt quod gratia preceditur merito
nostro ut sequatur illa cum accipi-
mus petentes et invenimus querentes
aperitur quod pulsantibus nec volunt
intelligere hoc divini mu-
neris esse ut oremus hoc est
oremus petamus atque pulsemus.
Accepimus enim spiritum adoptionis
filiorum in quo clamamus
abba pater. Quod vidit et beatus
Ambrosius. Ait enim Et orare

deum gratia spiritalis est sicut scri
ptum est Nemo dicit dominus ihesus
nisi in spiritu sancto, et ideo que po
ssit a domino et sic ex quo re
cipit esse preposuit ceteria. Ita
deus vocatos suos daturum
se esse prescivit. Ut in ipsa pre
destinacione iam dedit quod apostolus
sine ambiguitate declarat. Scri
bens quippe ad Thymotheum
collabora inquit evangelio secundum virtutem
dei qui salvos nos facientis
et vocantis vocatione sua sancta
non secundum opera nostra sed secundum suum
propositum et graciam que data est
nobis in christo ihesu ante tempora
eterna manifestata autem nunc per
adventum salvatoris nostri ihesu
christi. Ille itaque dicat ecclesiam
aliquid in fide sua non habuisse
veritatem predestinacionis huius et
gracie que nunc contra novos hereti
cos cura diligenciori defenditur.
Ille inquam hoc dicat qui dicere
audet aliquando eam non orasse vel
non veraciter orasse sive ut cre
derent infideles sive ut perse
verarent fideles. Que bona
si semper oravit ea dei dona
utique esse credidit. Nec ab
illo esse cognita unquam ei nega
re fas fuit. Ac per hoc
predestinacionem huius fidem qui
novos hereticos nova sollicitu
dine nunc defenditur nunquam ecclesia
christi non habuit. Sed quid plura
satis docuisse me existimo
vel potius plus quam satis dona
dei esse et incipere in dominum
credere et usque in finem in domino
permanere. Cetera vero bona ad
vitam piam qua deus recte
colitur pertinencia etiam ipsi pro
quibus hoc agimus dei dona
esse concedunt. Illud porro dona
sua et quibus ea fuerat
largiturus deum prescisse nega
re non possunt. Sicut ergo cetera
predicanda sunt ut qui ea
predicat obediens audiatur.

Ita predestinacio predicanda est ut
qui obedienter hoc audit non in
homine ac per hoc nec in seipso sed
in domino glorietur, quia et hoc dei pre
ceptum est. Et hoc preceptum obedienter
audire id est ut qui gloriatur in domino
glorietur similiter ut cetera dei donum
est quod donum qui non habet non du
bito dicere alia que habet inaniter
habet. Hoc Pelagiani optamus ut ha
beant. Isti autem nostri ut plenius
habeant non ergo simus in disputa
cionibus prompti et in oracionibus
pigri.

Oremus dilectissimi
oremus ut deus gracie
det etiam inimicis nostris ma
xime fratribus et dile
ctoribus nostris intelligere et confi
teri post ingentem et ineffabilem
ruinam qua in uno omnes ceci
dimus neminem nisi gracia dei
liberari eamque non secundum merita
accipiencium quasi debitam red
di sed tanquam veram graciam nullis
meritis precedentibus gratis dari.
Nullum est enim illustrius pre
destinacionis exemplum quam ipse
ihesus. Unde et in primo libro
iam disputavi et in huius fine
commendare delegi nullum est inquam
illustrius predestinacionis exem
plum quam ipse mediator. Qui
squis fidelis vult eam bene
intelligere attendat ipsum atque
in illo inveniat et seipsum, fidelis
inquam qui in eo veram naturam
credit et confitetur humanam id est nostram
quamvis singulariter suscipiente deo
verbo in unicum dei filium sublimatam
ita ut qui suscepit et quod susce
pit una esset in trinitate persona. Neque
enim homine assumpto quaternitas
facta est sed trinitas mansit assump
tione illa ineffabiliter faciente
persone unius in deo et homine veritatem.
Quoniam non dicimus christum solum deum sicut
heretici manichei nec hominem tantum
sicut heretici fotiniani nec igitur

hominem ut aliquid minus habeat quod ad humanam eius est pertinere naturam sive animam sive in ipsa anima mentem rationalem sive carnem non de femina sumpta sed factam de verbo in carnem conversam atque mutato que omnia tria falsa et vana hereticorum Appollinaristarum tres partes varias diversasque fecerunt. Sed dicimus deum verum natum de deo patre sine ullo initio temporis eundem hominem verum natum de homine matre certa plenitudine temporis neque eius humanitatem qua minor est patre minuere aliquid eius divinitati qua equalis est patri. Hoc autem utrumque unus est Christus qui et secundum deum verissime dixit Ego et pater unum sumus et secundum hominem verissime dixit Pater maior me est. Qui ergo hunc fecit ex semine David hominem iustum qui numquam esset iniustus sine ullo merito precedente voluntatis eius. Ipse ex iniustis facit iustos sine ullo merito precedente voluntatis ipsorum ut ille caput hi membra sint eius. Qui ergo fecit illum hominem sine ullis meritis precedentibus nullum quod ei dimitteretur vel origine trahere vel voluntate perpetrare peccatum. Ipse nullis eorum precedentibus meritis facit credentes in eum quibus dimittat omne peccatum. Qui fecit illum talem ut numquam habuit habiturusque sit voluntatem malam. Ipse facit in membris eius ex mala voluntate bonam. [illegible] et in illo ut esset caput nostrum et in nobis ut esset corpus eius essemus non precessura merita nostra sed opera sua futura prescivit. Qui legunt hec si intelligunt agant deo gratias. Qui autem non intelligunt orent ut illorum ille sit doctor interior cuius facie est scientia et intellectus. Qui vero me errare existiment etiam atque etiam que sunt dicta considerent ne fortassis ipsi errent. Ego autem cum per eos qui meos labores legunt non solum doctior verum et emendatior fio propitium mihi deum agnosco et hoc per ecclesie doctores maxime expecto si et in ipsorum manus venit dignaturque nosse quod scribo. Deo gracias.

Finis libri de perseverantia sancti augustini sequitur

Incipit liber de gratia et libero arbitrio sancti augustini

Propter eos qui hominis liberum arbitrium sic predicant et defendunt ut dei gratiam qua vocamur ad eum et a nostris malis meritis liberamur per quam bona merita comparamus quibus ad vitam perveniamus eternam negare audeant et conentur auferre multa iam de hys scripsimus litterisque mandavimus quantum nobis dominus donare dignatus est. Sed quoniam sunt quidam qui sic gratiam dei defendunt ut negent hominis liberum arbitrium aut quando gratia defenditur negari existiment liberum arbitrium. Hinc aliquid scribere ad vestram caritatem Valentine frater et ceteri qui simul deo servitis compellente mutua caritate curavi. Nunciatum est enim michi de vobis fratres ab aliquibus qui in vestra congregatione sunt et ad nos inde venerunt

Aug

Per quos ista direximus quod de
hac re dissensiones in vobis
sint Itaque dilectissimi ne vos
perturbet huius questionis obscu-
ritas Moneo vos primum ut
de hiis que intelligitis aga-
tis deo gratias quicquid est autem
quo pervenire non dum potest vestre
mentis intencio pacem inter vos
et caritatem servantes a domino
ut intelligatis orate et donec
vos ipse perducat ad ea
que non dum intelligitis ibi
ambulate quo pervenire potui-
stis hec ammonet apostolus pau-
lus Qui cum dixisset non
dum se esse perfectum paulo
post ait Quotquot ergo perfecti
hoc sapiamus id est ita nos esse perfectos
ut non dum ad perfectionem que no-
bis sufficiat pervenerimus continuo sub-
iecit Et si quid aliter sapitis
hoc quoque vobis deus revelavit
Verumptamen in quod pervenimus in eo
ambulemus quippe ambulando
in quod pervenimus et quo non dum
pervenimus pervenire poterimus deo no-
bis revelante si quid aliter
sapimus si ea que iam revelavit
non relinquamus Revelavit autem
nobis per scripturas sanctas suas es-
se in homine liberum arbitrium volun-
tatis Quomodo autem revelavit com-
memoro vos non humano eloquio
sed divino primum quia ipsa divina
precepta homini non prodessent nisi
haberet liberum voluntatis arbi-
trium Quo ea faciens ad promis-
sa premia perveniret Ideo enim
data sunt ut homo excusacionem
de ignorancia non haberet Sicut
dominus dicit in ewangelio de Iudeis
Si non venissem et locutus eis non
fuissem peccatum non haberent Nunc
autem excusacionem non habent de
peccato suo De quo peccato dicit
nisi de illo magno quod presciebat
eos futurum quando ista dicebat Id
est quod eum fuerant occisuri Ne-
que enim nullum habebant peccatum
antequam Christus ad eos venisset
in carne Item dicit apostolus Re-
velatur ira dei de celo in omnem
impietatem et iniusticiam hominum
eorum qui veritatem in iniquitate
detinent quia quod notum est dei mani-
festum est in illis Deus enim
illis manifestavit invisibilia
enim eius a creatura mundi per
ea que facta sunt intellecta
conspiciuntur sempiterna quoque
virtus eius ac divinitas ut sint
inexcusabiles Quomodo dicit inex-
cusabiles nisi de illa excusacione
qua solet dicere humana superbia
Si scivissem fecissem Ideo non
feci quia nescivi aut si scirem
facerem Ideo non feci et Ideo non fa-
cio quia nescio hec eis excu-
sacio tollitur quando preceptum datur
vel sciencia non peccandi ma-
nifestatur Sed sunt homines qui de
ipso deo se excusare conantur
quibus dicit apostolus Iacobus Ne-
mo cum temptatur dicat quoniam a
deo temptor Deus enim intem-
tator malorum est Ipse autem
neminem temptat Unusquisque
vero temptatur a concupiscencia sua
abstractus et illectus Deinde
concupiscencia cum conceperit parit peccatum
peccatum vero cum consummatum fuerit
generat mortem Item de ipso deo
se excusare volentibus Respon-
det liber Proverbiorum Salomonis
Insipiencia viri violat vias
eius deum autem temptat causa-
tur in corde suo Et liber Ecclesiastici
dicit Ne dixeris quia per deum
recessi que enim odit ne facias
Ne dixeris quia ipse me indu-
xit Non ei opus est viro pecca-
tore Omne execramentum odit dominus
et non est amabile timentibus
eum Ipse ab inicio fecit illum
et reliquit illum in manu consilii
sui Si volueris conservabis manda-
ta et fidem bone placiti Ap-
posuit tibi ignem et aquam ad quod
volueris extende manum

tuam. In respectu hominis vita et
mors et quod illum petet dabitur ei. Ecce
apertissime videmus expressum liberum
humane voluntatis arbitrium. Quid
illud quod tam multis locis omnia man-
data sua custodiri et fieri iubet
deus? quomodo iubet si non est liberum
arbitrium? Quid beatus ille de quo
psalmus ait, quod in lege domini fuit vo-
luntas eius? Nonne satis indicat
voluntate sua hominem in dei lege con-
sistere. Deinde tam multa mandata
que ipsam quodammodo nominant conveni-
unt voluntatem sicut est noli vin-
ci a malo et alia similia sicut
sunt: Nolite fieri sicut equus et
mulus in quibus non est intel-
lectus. Et noli repellere consilia
matris tue. Et noli esse sapiens
apud te ipsum. Et noli deficere
a disciplina domini. Et noli negli-
gere legem. Et noli abstinere benefa-
cere egenti. Et noli fabricare in
amicum tuum mala. Et noli inten-
dere fallacie. Et noluit intelligere
ut bene ageret. Et noluerunt accipere
disciplinam. Et innumerabilia talia
in veteribus libris divinorum elo-
quiorum quid ostendunt nisi libe-
rum arbitrium voluntatis humane.
In libris etiam novis evangelicis
et apostolicis quid aliud ostenditur
ubi dicitur: Nolite condere thesauros
in terra. Et nolite timere eos qui cor-
pus occidunt. Et qui vult post
me venire abneget semetipsum.
Et pax in terra hominibus bone
voluntatis. Et quod dicit apostolus Pau-
lus: Quod vult faciat non peccat
si nubat. Qui autem statuit in
corde suo non habens necessitatem, potes-
tatem autem habens sue voluntatis et hoc
statuit in corde suo servare virgini-
tatem suam bene facit. Item: Si
autem volens mercedem habeo.
Et alio loco: Sobrii estote et noli-
te peccare. Et iterum quemadmodum
promptus est animus voluntatis
ita sit et perficiendi. Et ad Thi-
motheum dicit: Cum enim in de-
liciis egerint in Christo nubere

volunt. Et alibi: Sed et omnes
qui pie volunt vivere in Christo
Ihesu persecutionem patientur. Et ipsi
Thymotheo: Noli negligere gratiam
que in te est. Et ad Philemo-
nem: ne bonum tuum velud ex
necessitate esset sed ex voluntate.
Servos etiam ipsos monet ut
dominis suis ex animo serviant
cum bona voluntate. Item Ia-
cobus: Nolite itaque errare
fratres mei et nolite in personarum
acceptione habere fidem domini
nostri Ihesu Christi. Et nolite detrahere
de alterutro. Item Iohannes
in epistola sua: Nolite diligere
mundum, et cetera huiusmodi. Nempe
ubi dicitur: Noli hoc et no-
li illud, et ubi aliquid faciendum
vel non faciendum in divinis mo-
nitis opus voluntatis exigitur,
satis liberum voluntatis arbitrium
demonstratur. Nemo ergo deum
causetur in corde suo, sed sibi
imputet quisque cum peccat. Neque
cum aliquid secundum deum operatur alienet
hoc a propria voluntate. Quando enim vo-
lens facit tunc dicendum est opus
bonum, tunc sperandum est boni
operis merces ab eo de quo dictum
est: Qui reddet unicuique secundum
opera sua. Qui ergo novit di-
vina mandata aufert ei ex-
cusationem quam solent habere
homines de ignorantia. Sed nec
ipsi sine pena erunt qui le-
gem dei nesciunt. Qui enim si-
ne lege peccaverunt sine lege
peribunt. Qui autem per legem
peccaverunt per legem iudicabuntur.
Quod non videtur apostolus ita
dixisse tanquam peius aliquid
significaverit esse passuros
qui legem nesciunt in peccatis
suis quam illos qui sciunt. Pe-
ius enim videtur esse perire
quam iudicari. Sed cum hoc de
gentibus et de Iudeis lo-
queretur quia illi sine lege

Iudei dampnabuntur

Sunt Isti autem legem acce-
perunt. Quis audeat dicere
iudeos qui in lege peccaverunt non
perituros esse nisi in eos non perti-
nere negat quod de illis di-
ctum est per legem iudicabuntur
sine ~~lege~~ enim quod nemo
liberari potest. Sed per hoc ita
iudicabuntur ut pereant. Unde
si potior est conditio nescien-
cium quam scientium legem. De quo
enim erit quod in ewangelio dominus ait
servus qui nescit voluntatem
domini sui et facit digna plagis
~~vapulabit paucis~~ vapulabit
paucis. Servus autem qui scit
voluntatem domini sui et facit
digna plagis vapulabit multis.
Ecce ubi ostendit gravius peccare
hominem scientem quam hominem
nescientem. Nec tamen ideo con-
fugiendum est ad ignorantie
tenebras ut in eis quisque
requirat excusationem. Aliud
est enim nescisse aliud scire
noluisse. Voluntas quippe
arguitur in eo de quo dicitur
noluit intelligere ut bene
ageret. Sed et illa ignoran-
tia que non est eorum qui scire
nolunt sed eorum qui tamquam
simpliciter nesciunt. Nemi-
nem sic excusat ut sempiter-
no igne non ardeat si propter-
ea non credidit quia non au-
divit omnino quid crederet sed for-
tasse ut mitius ardeat. Non
enim sine causa dictum est. Effun-
de iram tuam in gentes que
te non noverunt. Et illud
apostoli. Cum venerit in flamma
ignis dare vindictam in eos
qui ignorant deum. Verumtamen
ut habeamus et ipsam scientiam ne
dicat unusquisque nescivi
non audivi non intellexi. Vo-
luntas convenitur quando ei
dicitur. Nolite fieri sicut equus

et mulus quibus non est intel-
lectus. Quamvis peior appareat
de quo dictum est. Verbis non e-
mendabitur servus durus. Si
enim et intellexerit non obaudiet.
Cum autem dicit homo non pos-
sum facere quod precipitur quia a con-
cupiscentia mea vincor. Iam
quidem de ignorancia non habet
excusationem nec deum incusat
in corde suo sed malum suum
in se cognoscit et dolet. Cui
tamen dicit apostolus. Noli vinci
a malo sed vince in bono ma-
lum. Et utique cui dicitur noli vin-
ci arbitrium sine dubio volun-
tatis eius convenitur. Velle enim et
nolle proprie voluntatis. Sed me-
tuendum est ne ista omnia divina
testimonia et quecumque alia sunt
que sine dubitatione sunt plu-
rima in defensione liberi ar-
bitrii sic intelligantur ut ad
vitam piam et bonam conversatio-
nem cui merces eterna debetur adiu-
torio et gratie dei locus non re-
linquatur. Et audeat miser
homo quando bene vivit et bene
operatur vel potius bene vivere
et bene operari sibi videtur in seipso
non in domino gloriari ut spem re-
cte in seipso ponere ut sequatur
eum maledictum Ieremie prophete di-
centis. Maledictus homo qui spem
ponit in homine et firmat car-
nem brachii sui et a domino di-
scedit cor eius. Intelligite fra-
tres hoc propheticum testimonium. Quia
enim non dixit propheta maledi-
ctus homo qui spem ~~ponit~~ ponit
suam in seipso. Posset alicui
videri dictum esse maledictus
homo qui spem habet in homine
ut nemo spem habeat in al-
tero homine sed in se. Ut ergo oste-
deret sic se admonuisse hominem
ut nec in seipso habeat spem
propterea cum dixisset maledictus

Maledictus homo qui spem suam
in homine ponit / Hoc addidit et fir-
mat carnem brachii sui bra-
chium pro potencia posuit operan-
di. In nomine autem carnis in-
telligenda est humana fragili-
tas ac per hoc firmat carnem
brachii sui qui potenciam fragi-
lem ac invalidam i. humanitatem
sufficere sibi ad bene operandum
putat nec adiutorium sperat a
domino. Propterea enim subiecit et
a domino discedit cor eius. Talis
est heresis Pelagiana non an-
tiqua sed non ante multum temporis
exorta. Contra quam heresim
cum fuisset diucius disputatum
est ad concilia episcopalia novissi-
ma necessitate perventum est. Unde
nobis non omnia sed tamen
aliqua legenda direxi. Nos
ergo ad bene operandum spem non
habeamus in homine firmantes car-
nem brachii sui nec a domino
discedat cor nostrum sed ei dicat
Adiutor meus esto ne derelinquas
me neque despicias me deus salu-
taris meus. Proinde karissimi
sicut superius superioribus testimo-
niis satis comprobavimus
ad bene vivendum et recte agen-
dum esse in homine liberum voluntatis
arbitrium. Sic igitur de gratia dei sine
De gra dei
qua nichil boni agere possumus
qui sunt divina testimonia videa-
tis plurimum de ipsa nostra professione
aliquid dicam. Neque enim congrega-
ret nos ista societas in qua toti-
[illegible] vivimus nisi voluntati coniuga-
lem contempneremus. Hinc autem a
domino loquenti cum dixissent di-
scipuli Si talis est causa hominis
cum uxore non expedit nubere
respondit eis Non omnes capiunt
verbum hoc sed quibus datum est.
Unde non liberum arbitrium. Thy-
mothei est exhortatus apostolus
dicens Contine teipsum et in hac

De gra dei

re potestatem voluntatis ostendit
ubi ait Non habens necessitatem
potestatem autem habens sue voluntatis
ut servet virginem suam et tamen
non omnes capiunt verbum hoc sed
quibus datum est. Quibus
enim non est datum aut nolunt
aut non implent quod volunt.
Quibus autem datum est sic
volunt ut impleant quod volunt.
Itaque ut hoc verbum quod non ab
omnibus capitur ab aliquibus
capiatur et dei donum est et
liberum arbitrium. De ipsa quoque pu-
dicicia coniugali nempe apostolus
ait Quod vult faciat non peccat
si nubat. Et tamen et hoc donum
dei est dicente scriptura A domino
iungitur mulier viro. Ideo doctor
gencium et pudiciciam coniugalem
per quam non fiunt adulteria
et perfectiorem continenciam per quam
nullus concubitus queritur suo ser-
mone commendans et hoc et id
donum dei esse monstrat scri-
bens ad Corinthios et admo-
nens coniuges ne se invicem frau-
dent. Quos cum admonuisset
adiecit Vellem autem omnes homi-
nes esse sicut meipsum quia uti-
que ipse ab omni concubitu continebat
et continuo subiunxit Sed unusquisque
proprium donum habet a deo alius sic
alius autem sic. Numquid tamen multa
que precipiuntur in lege dei ne for-
nicaciones et adulteria committantur
indicant aliud quam liberum arbi-
trium. Neque enim preciperentur nisi homo
haberet propriam voluntatem qua di-
vinis preceptis obediret. Et
tamen donum dei est sine quo sua-
ri castitatis precepta non possunt.
Unde ait ille in libro Sapiencie Cum
scirem quia nemo potest esse continens
nisi deus det et hoc ipsum erat
sapiencie scire cuius esset hoc do-
num. Ut autem ista non fuerunt
castitate servata mandata Unus-
quisque temptatur a concupiscencia

De gr̄a d

Aug

de carnali concupiscentia

abstractus et illectus. Ubi si dixit volo servare sed vincor a concupiscentia mea. Respondit scriptura libero eius arbitrio quod iam superius dixi: Noli vinci a malo sed vince in bono malum. quod tamen ut fiat adiuvat gratia. Que nisi adiuverit nichil erit lex nisi virtus peccati. Augetur enim concupiscentia et maiores vires accipit lege prohibente nisi adiuvet spiritus gratie. hoc est quod dicit ille ipse doctor gentium aculeus autem mortis est peccatum virtus vero peccati lex. Ecce unde dicit homo. Volo legis servare mandatum sed vincor concupiscentie mee viribus. Et cum voluntas eius convenitur et dicitur noli vinci a malo, quid ei prodest nisi gratia subveniente fiat. quod ipse apostolus secutus adiunxit. Nam et cum dixisset virtus peccati lex, continuo subiecit. Gratias autem deo qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum ihesum christum.

victoria

Ergo et victoria qua peccatum vincitur, nichil aliud est quam dei donum in isto certamine adiuvantis liberum arbitrium. Propter quod et celestis magister. Vigilate et orate ne intretis in temptacionem. Ergo unusquisque contra concupiscentiam suam dimicans oret ne intret in temptacionem. i. ne sit ab illa abstractus et illectus. Non autem intrat in temptacionem si voluntate bona vincat concupiscentiam malam. nec tamen sufficit arbitrium voluntatis humane nisi a deo victoria concedatur oranti ne intret in temptacionem. Quid vero evidentius quam dei ostendit gratia. Ubi quod oratur accipitur. Si enim dixisset salvator noster vigilate ne intretis in temptacionem admonuisse tantum videretur hominis voluntatem. Cum vero addidit et orate ostendit deum adiuvare ne intretur in temptacionem. Donum est libero arbitrio. Fili noli deficere a disciplina domini. Et dominus dixit ego rogavi pro te Petre ne deficiat fides tua. Quomodo ergo gratia iuvatur ne sine causa eius voluntas iubeatur. Cum dicit deus. Convertimini ad me et convertar ad vos. Unum horum videtur esse nostre voluntatis. i. ut convertamur ad eum. Alterum vero gratie eius. i. ut et ipse convertatur ad nos. Ubi possunt putare Pelagiani suam suam obtinere sententiam qua dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod quidem in oriente hoc est in provincia Palestina in qua est civitas Ierusalem etiam ipse Pelagius ab episcopis audiretur affirmare non ausus est. Nam inter cetera que illi obiecta sunt et hoc obiectum est quod diceret gratiam dei secundum merita nostra dari. quod sic alienum est a catholica doctrina et inimicum gratie Christi. Ut nisi hoc obiectum sibi anathematizasset ipse inde anatematizatus exisset. Sed fallaciter eum anatematizasse posteriores eius indicant libri. In quibus omnino nichil aliud defendit quam gratiam dei secundum merita nostra dari. Talia ergo de scripturis colligunt quale est hic unum quod paulo ante dixi. Convertimini ad me et convertar ad vos. Ut cum meritum conversionis nostre ad deum detur gratia eius in qua ad nos et ipse convertitur. Nec attendunt qui hoc sentiunt quia nisi donum dei esset et ipsa ad deum nostra conversio non ei diceretur. Deus virtutum converte nos. Et deus tu convertens vivificabis nos. Et converte nos deus sanitatum nostrarum. et huiusmodi alia que commemorare longum est. Nam et venire ad Christum quid est aliud nisi ad eum credendo converti. Et tamen ait. Nemo potest venire ad me nisi datum fuerit ei a patre meo. Item quod scriptum est in libro 2o Paralipomenon

Dominus vobiscum cum vos estis
cum eo et si quesieritis eum inveni-
etur a vobis si autem dereliqueritis eum dere-
linquet vos. manifestat quidem liberum
arbitrium voluntatis. Sed illi qui
dicunt gratiam dei secundum merita nostra
dari. Ista merita testimonia sic ac-
cipiunt Ut dicant meritum nostrum
in eo esse quod sumus cum deo. eius
autem gratiam secundum meritum dari
ut sit et ipse nobiscum. Item me-
ritum nostrum in eo esse quod quesi-
vimus eum et secundum hoc meritum
dari eius gratiam et inveniamus
eum. Et in libro paralipomenon quod dictum est
Et tu salomon fili mi cognosce
deum et servi ei in corde per-
fecto et anima volente quia omnia
corda scrutatur dominus et omnem
cogitationem mentium novit. Si
quesieris eum invenietur tibi. et
si dimiseris eum repellet te
in perpetuum. Declarat voluntatis
arbitrium. Sed illi illi in eo
ponunt meritum hominis quod dictum
est ut inveniret tibi. Et omni
labore contendunt ostendere dei gra-
tiam secundum merita nostra dari. hoc
est gratiam non esse gratiam. Quibus
enim secundum meritum redditur non im-
putatur merces secundum gratiam sed secundum
debitum. sicut apertissime dicit apostolus.
Meritum enim fuit quidem in apostolo
Paulo sed malum quo persequebatur
ecclesiam dei. Unde dicit. Non sum ydo-
neus vocari apostolus quia persecu-
tus sum ecclesiam dei. Cum ergo haberet
hoc meritum malum. redditum est bo-
num pro malo. ideo consequenter ad-
iunxit Gratia dei sum quod sum. atque
ut ostenderet et liberum arbitrium. mox addidit
et gratia eius in me vacua non fuit
sed plus omnibus illis laboravi.
Hoc enim liberum arbitrium hominis exhortatur
et in aliis quibus dicit Rogamus
ne in vacuum gratiam dei suscipiatis
Ut quid enim rogat eos si gratiam
sic susceperunt ut propriam perderent vo-
luntatem. Tamen ne ipsa voluntas
sine gratia dei putaretur boni aliquid
posse continuo cum dixisset Gratia eius
in me vacua non fuit sed plus
omnibus illis laboravi subiunxit
atque ait Non ego autem sed gratia
dei mecum. i. non solus sed gratia
dei mecum. Ac per hoc nec gratia
dei sola nec ipse solus sed
gratia dei cum illo. Ut autem de
celo vocaretur et tam magna
et efficacissima vocatione conver-
teretur gratia dei erat sola quoni-
am merita eius erant magna sed
mala. Denique et alibi dicit
ad Thymotheum. Collabora
evangelio secundum virtutem dei salvos
nos facientis et vocantis voca-
tione sua sancta. Non secundum opera
nostra sed secundum suum propositum et
gratiam que data est nobis
in christo ihesu. Item merita
sua sed mala commemorans
dicit Fuimus enim stulti et nos
aliquando et increduli errantes
et servientes desideriis et vo-
luptatibus variis in ma-
licia et invidia agentes
abhominabiles invicem odio
habentes. quid istis tam ma-
lis meritis nisi pena utique
debebatur. Sed deo reddente bona
pro malis per gratiam que
non secundum merita nostra datur factum
est quod deinde subiunxit et dixit
Cum autem benignitas et huma-
nitas illuxit domini salvatoris
dei non ex operibus iusticie que
nos fecimus sed suam misericordiam
salvos nos fecit per lavacrum
regenerationis et renovationis
spiritus sancti quem ditissime ef-
fudit super nos per ihesum christum
salvatorem nostrum ut iustifi-
cati ipsius gratia heredes ef-
ficiamur secundum spem vite eter-
ne. His et talibus testimoniis
divinis probatur gratia dei non secundum
merita nostra dari. Quandoquidem
non solum nullis bonis verum
etiam multis meritis malis precedentibus

Vide datam et tollere vide dam-
sed penam cum sint data meri-
tum et merita nostra bona per
illam esse. Etiam si illam subtraxe-
rit cadit homo non erectus sed pre-
cipitatus libero arbitrio. Qua-
propter nec quando ceperit homo habere
merita bona sibi debet tribuere
illa sed deo cui dicitur in psalmo
Adiutor meus esto ne derelin-
quas me deus. Dicendo Ne dere-
linquas me ostendit quod si dere-
lictus fuerit nichil boni va-
let ipse per se. Unde et ille ait
Ego dixi in habundancia mea
non movebor in eternum. putave-
rat enim suum fuisse bonum
quod ei sic habundabat ut non
moveretur sed ut ostenderetur illi cu-
ius esset bonum. De quo ta-
men suo tempore gloriari paululum
gracia deserente admonitus dicit
Domine in voluntate tua prestitisti
decori meo virtutem avertisti a
me faciem tuam a me et factus
sum turbatus. Ideo necessaria est
homini ut gracia dei non solum
iustificetur impius id est ex impio
fiat iustus cum redduntur ei
bona pro malis sed etiam cum fu-
erit iam iustificatus ex fide am-
bulet cum illo gracia et incumbat
super ipsam ne cadat. Propter hoc
scriptum est in Cantico Canticorum
de ipsa ecclesia Que est ista que
ascendit dealbata innitens
super fratruelem suum. Dealba-
ta est enim que per seipsam
alba esse non posset. Et a quo
dealbata est nisi ab illo qui
per prophetam dicit Si fuerint peccata
vestra ut phenicium sicut ni-
vem dealbabo. Cum ergo deal-
bata est nichil boni merebatur.
Iam vero alba facta bene
ambulat sed si super eum a quo
dealbata est perseveranter inni-
tatur. Propter quod ipse super quem inni-

tebatur dealbata dixit discipulis suis
Sine me nichil potestis facere. Er-
go redeamus ad apostolum paulum,
quem invenimus sine ullis me-
ritis bonis immo cum multis
meritis malis dei graciam consecutum
reddentem bona pro malis. Vide-
amus quid dicat sua iam propinqua-
te passione scribens ad Thymo-
theum. Ego enim iam immolor in-
quit et tempus resolucionis mee
instat. Bonum certamen certavi
cursum consummavi fidem servavi.
Iste utique iam merita sua bona
commemorat, ut post bona merita
consequatur coronam qui post mala
merita consecutus est graciam. Deinde
attendite quid sequatur. Superest
michi inquit corona iusticie quam red-
dat michi dominus in illa die iustus
iudex. Cui redderet coronam iustus
iudex si non donasset graciam miseri-
cors pater. Et quomodo esset ista corona
iusticie nisi precessisset gracia que
iustificat impium. Quomodo ista de-
bita redderetur nisi prius illa gra-
tuita donaretur. Sed cum dicunt
Pelagiani hanc esse solam non
secundum merita nostra graciam qua homini
peccata dimittuntur. Illa vero que
datur in fine id est vitam eternam meri-
tis nostris precedentibus reddi. Respon-
dendum est eis. Si enim merita
nostra sic intelligerent ut etiam ipsa
dona dei esse cognoscerent non
esset reprobanda ista sentencia. Cum vero
humana merita sic predicant ut
ea ex semetipso habere hominem di-
cant. Prorsus rectissime respondet
apostolus. Quis enim te discernit.
Quid autem habes quod non acce-
pisti. Si autem et accepisti quid
gloriaris quasi non acceperis. Prorsus
talia cogitanti verissime dicitur
dona sua coronat deus non meri-
ta tua. Si tibi a teipso non ab illo
sunt merita tua hec enim si talia
sunt mala sunt. que non coronat
deus. Si autem bona sunt dona

dei sunt arma sicut dicit ap-
ostolus Iacobus Omne datum opti-
mum et omne donum perfectum desursum
est descendens a patre luminum Di-
cit et Iohannes precursor domi-
ni Non potest homo accipere quicquam nisi
fuerit ei datum de celo utique de ce-
lo unde eciam venit spiritus sanctus
quando ihesus ascendit in altum capti-
vam duxit captivitatem dedit do-
na hominibus. Si ergo dei dona sunt
bona merita tua non deus coronat
merita tua tamquam tua merita
sed tamquam dona sua. Proinde
consideremus ipsa merita apostoli Pau-
li quibus dixit coronam reddi-
turum iudicem iustum Et videamus
utrum merita ipsius tamquam ipsius
i. ex ipso ei comparata an dona
sunt dei. Bonum inquit certamen
certavi cursum consummavi fidem
servavi. Primo ista bona opera
si non ea precessissent cogitaciones
bone nulla essent. Attendite de cogitacione
inquit quid de ipsis cogitacionibus
dicat. Ait enim scribens ad Corin-
thios. Non quia idonei sumus
cogitare aliquid tamquam ex nobis-
metipsis sed sufficiencia nostra
ex deo est. Deinde singula inspi-
ciamus Bonum inquit certamen certa-
vi. Quero qua virtute certa-
verit utrum que illi ex semetipso
fuit an que desuper data sit. Sed
absit ut tantus doctor gencium
ignoraverit legem dei cuius vox
est in Deutronomio. Ne dicas
in corde tuo fortitudo mea et po-
tencia manus mee fecit michi
virtutem magnam. Sed memo-
raberis domini dei tui quia ipse
tibi dat fortitudinem faciendi virtutem
Quid enim prodest bonum certamen
nisi sequatur victoria. Et quis
dat nobis victoriam nisi ille de
quo dicit ipse Gracias deo qui
dat nobis victoriam per domi-
num ihesum christum. Et alio loco
cum commemorasset testimonium psalmi
Propter te mortificamur tota die

deputati sumus ut oves occisionis
subiecit et ait Sed in hiis omni-
bus supervincimus per eum qui di-
lexit nos. Deinde dixit Cur-
sum consummavi. Sed ille hoc dixit
qui alio loco dicit Igitur non vole-
ntis neque currentis sed miserentis est
dei. Que sentencia nullo modo potest con-
verti ut dicatur Non miserentis dei
sed volentis et currentis est hominis.
Quisquis enim hoc ausus fuerit
dicere aperte se ostendit apostolo
contradicere. Postremo dixit fidem
servavi. Sed ille hoc dixit qui alibi
ait Misericordiam consecutus sum
ut fidelis essem. Non autem dixit
misericordiam consecutus sum quia fidelis
eram sed ut fidelis essem. Hinc
ostendens sibi ipsam fidem haberi
nisi deo miserante non posse et
esse donum dei. Quod apertissime
docet dicens Gracia salvi facti estis
per fidem et hoc non ex nobis
sed dei donum est. Possent
enim dicere Ideo accepimus graciam
quia credidimus tamquam sibi fidem
tribuentes graciam deo. Propterea cum
apostolus dixisset per fidem
et hoc inquit non ex nobis sed
dei donum est. Itemque ne di-
cerent se suis operibus donum tale
meruisse continuo subiecit non ex
operibus ne forte quis extollatur
Non quia negavit aut evacu-
avit opera bona Cum dicat deum
unicuique reddere secundum opera eius
Sed quia opera ex fide sunt
non ex operibus fides. Ac per hoc
ab illo sunt nobis opera iusticie
a quo est ipsa fides. De qua
dictum est Iustus ex fide vivit
Homines autem non intelligentes quod
ait ipse apostolus Arbitramur iu-
stificari hominem per fidem sine
operibus legis Putaverunt
eum dicere sufficere homini fidem
eciam si male vivat et opera bona
non habeat. Quod absit ut sen-
tiret vas electionis. Qui cum

dixisset quodam loco in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque preputium, mox addidit sed fides que per dilectionem operatur. Ipsa est fides que fideles Dei separat ab immundis demonibus. Quoniam et ipsi sicut apostolus Iacobus dicit credunt et contremiscunt sed non bene operantur. Non ergo habent istam fidem ex qua iustus vivit id est que per dilectionem operatur ut reddat ei Deus eternam vitam secundum opera eius. Sed quia et ipsa bona opera nobis ex Deo sunt a quo nobis et fides est et dilectio, propterea idem ipse doctor gentium etiam ipsam vitam eternam gratiam nuncupavit.

Vita eterna est gratia dei

Et nascitur hinc non parva questio que Domino donante solvenda est. Si enim vita eterna bonis operibus redditur sicut apertissime dicit Scriptura quoniam Deus reddet unicuique secundum opera eius, quomodo gratia est vita eterna cum gratia nullis operibus reddatur sed gratis detur ipso apostolo dicente: Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum. Et iterum: Reliquie per electionem gratie salve facte sunt. Et mox addidit: Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quomodo est gratia vita eterna que ex operibus comparatur? An forte vitam eternam non dicit apostolus gratiam? Immo vero sic dixit ut negari omnino non possit, nec intellectorem acutum sed tantummodo intentum desiderat auditorem. Cum enim dixisset stipendium peccati mors, continuo subdidit: Gratia autem Dei vita eterna in Christo Iesu Domino nostro. Ista ergo questio nullo modo mihi videtur posse dissolvi nisi intelligamus et ipsa bona opera nostra quibus eterna redditur vita ad Dei gratiam pertinere propter illud quod dicit Dominus Iesus: Sine me nihil potestis facere. Et ipse apostolus cum dixisset: Gratia salvi facti estis per fidem et hoc non ex vobis sed Dei donum est non ex operibus ne forte quis extollatur, vidit itaque putare homines posse hoc ita dictum quasi necessaria non sint opera bona credentibus sed eis fides sola sufficiat, et eciam rursus posse homines de bonis operibus extolli velud ad ea facienda sibi sufficiant. Mox itaque addidit: Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus ~~bonis ne forte quis extollatur. Cur hoc dixit rationem reddens~~ que preparavit Deus ut in illis ambulemus. Quid est hoc quod Dei gratiam commendans dixisset non ex operibus ne forte quis extollatur? Cur hoc dixit rationem reddens: Ipsius enim sumus inquit figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis. Quomodo ergo non ex operibus ne forte quis extollatur? Sed audi et intellige: non ex operibus dictum tamquam tuis ex teipso tibi existentibus, sed tamquam illis in quibus te Deus finxit id est formavit et creavit. Hoc enim ait: Ipsius sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, non illa creatione qua homines facti sumus sed ea de qua ille dicebat qui utique iam homo erat: Cor mundum crea in me Deus. Et de qua dicit Apostolus: Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt nova, omnia autem ex Deo. Fingimur ergo id est formamur et creamur in operibus bonis que non preparavimus nos sed preparavit Deus ut in illis ambulemus. Itaque karissimi, si vita nostra nichil est aliud quam Dei gratia, sine dubio et vita eterna que bone vite redditur Dei gratia est. Et ipsa enim gratis datur quia gratis data est illa cui datur. Sed illa cui datur tantummodo gratia est, hec autem que illi datur quoniam premium eius est gratia pro

Gratia bona opera a deo

gratia tamquam merces pro iustitia ut verum sit quod verum est quia reddet unicuique deus secundum opera eius. Utrum autem legeritis gratiam pro gratia forsitan queritis. Sed habetis et hoc in evangelio Johannis tanta luce clarissimum. Ubi Johannes baptista de domino christo dicit Nos omnes ex plenitudine eius accepimus pro modulo nostro tamquam particulas nostras ad bene vivendum sicut deus partitus est mensuram fidei quia unusquisque proprium donum habet a deo, alius sic, alius autem sic. Et ipsa gratia est. Et insuper accipiemus et gratiam pro gratia quando nobis vita eterna reddetur. De qua dicit apostolus Gratia autem dei vita eterna in christo ihesu domino nostro cum prius dixisset Stipendium peccati mors. Merito quia stipendium quia militie dyabolice mors eterna tamquam debitum redditur. Ubi cum posset dicere et recte dicere Stipendium autem iustitie vita eterna, maluit dicere Gratia autem dei vita eterna ut hinc intelligeremus non pro meritis nostris deum nos ad eternam vitam sed pro sua miseratione perducere de quo in psalmo dicitur Benedic anima mea qui coronat te in miseratione et misericordia. Numquid non corona bonis operibus redditur. Sed quia ipsa bona opera ille in bonis operatur. De quo dictum est Deus est enim qui operatur in vobis et velle et operari pro bona voluntate. Ideo dicit psalmus Coronat te in miseratione et misericordia quia eius miseratione bona operamur quibus corona redditur. Non enim quia dixit Deus est enim qui operatur in vobis et velle et operari pro bona voluntate. Ideo liberum arbitrium abstulisse putandus est. Quod si ita esset non superius dixisset cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Cum enim iubetur ut operentur liberum eorum convenitur arbitrium. Sed ideo cum timore et tremore ne sibi tribuendo quod bene operantur de bonis tamquam de suis extollantur operibus tamquam ergo interrogaretur apostolus et diceretur ei Quare dixisti cum timore et tremore suorum verborum rationem reddidit dicens Deus enim est qui operatur in nobis. Si enim timetis et tremitis non extollamini tamquam de vestris operibus bonis quia deus est qui operatur in nobis. Itaque fratres debetis quidem per liberum arbitrium non facere mala et facere bona hoc enim nobis lex dei precipit in libris sanctis sive veteribus sive novis. Sed legamus et adiuvante deo legamus apostolum dicentem quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram ipso per legem cognitio peccati. Cognitionem dixit non consumationem. Cum autem cognoscit homo peccatum si non adiuvet gratia nec cognitum caveat sine dubio lex iram operatur. hec autem dicit quia ira dei maior est in prevaricatore qui per legem cognoscit peccatum et facit. talis quippe homo prevaricator est legis sicut et in alio loco dicit. Ubi enim lex non est nec prevaricatio est. Propter hoc et alibi ait Ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate littere legem volens intelligi littere vetustatem. novitatem vero spiritus quid nisi gratiam. Et ne putaretur accusasse legem vel reprehendisse continuo sibi proposuit questionem et ait. Quid ergo dicemus lex peccatum est. Absit. Deinde subiunxit Sed peccatum non cognovi nisi per legem quod est quod dicit per legem cognitio peccati. Nam concupiscentiam inquit nesciebam

Nisi lex diceret Non concupisces
Occasione autem accepta peccatum
per mandatum operatum est in me
omnem concupiscentiam Sine enim
lege peccatum mortuum est Ego autem
vivebam aliquando sine lege Ad-
veniente autem mandato peccatum
revixit Ego autem mortuus sum
et inventum est michi man-
datum quod erat in vitam
hoc esse in mortem. peccatum enim
occasione accepta per mandatum
fefellit me et per illud occidit
Itaque lex quidem sancta et manda-
tum sanctum et iustum et bonum Quod er-
go bonum est michi factum est mors
Absit Sed peccatum ut appareat
peccatum per bonum michi operatum est
mortem ut fiat supra modum pec-
cans peccatum per mandatum
Et ad Galatas Scientes
autem quia non iustificatur homo ex ope-
ribus legis nisi per fidem Ihesu
Christi et nos in Christo Ihesu credidimus
ut iustificemur ex fide Christi et nos
in Christo Ihesu et non ex operibus
legis Quia ex operibus legis
non iustificabitur omnis caro Quid
est ergo quod vanissimi homines et
perversissimi pelagiani legem dicunt
esse dei graciam qua iuvamur ad
non peccandum Quid est infeli-
ces quod dicunt quod sine ulla dubi-
tacione tanto apostolo contradicunt
Ille dicit peccatum vires adversus
hominem accepisse per legem et
eum per mandatum quamvis sanctum
et iustum et bonum tamen occi-
di et per bonum operari ei mor-
tem de qua non liberatur nisi iu-
stificaret spiritus eum quem littera
occiderat sicut alio loco dicit
littera occidit spiritus autem vivifi-
cat Et isti indociles contra lucem
dei ceci et contra vocem dei
surdi Occidentem litteram vivi-
ficantem dicunt et vivificanti spiritui
contradicunt Ergo fratres et ipse
potius apostolus verbis nos moneat

Debitores sumus non carni ut secundum
carnem vivamus Si enim secundum carnem
vixeritis moriemini Si autem spiritu
actus carnis mortificaveritis vivetis
Hoc dixi ut apostoli verbis liberum
arbitrium nostrum a malo detinerem
deterrerem et exhortarer ad bo-
num tamen ideo debere in homi-
ne est in viribus suis sed in deo
gloriari qui non secundum carnem vivere
sed spiritu actiones carnis morti-
ficatis Ut enim se non extollerent
quibus ista dicebat existima-
tes se suo spiritu tanta sua bona
opera facere posse non dei Propterea
cum dixisset Si autem spiritu actiones
carnis mortificaveritis vivetis
continuo subiecit quotquot enim spiritu
dei aguntur hii filii sunt dei Ergo
spiritu vestro actus carnis mortificate
ut vivatis Illum glorificate illum
laudate Illi gracias agite cuius
spiritu agimini ut ista valeatis
ut vos filios dei esse monstretis
quotquot enim spiritu dei aguntur
hii filii sunt dei Non quotquot
ergo adiuncto solo adiutorio legis
sine adiutorio gracie confidentes in
virtute sua suo spiritu aguntur non
sunt filii dei Tales sunt de
quibus Idem dicit apostolus de
ignorantes dei iusticiam et su-
am volentes constituere
iusticie dei non sunt subiecti
De iudeis hoc dicit qui de se
presumentes graciam repellebant
et in Christum ideo non credebant
suam eos iusticiam dicit eos volen-
tes constituere que iusticia est ex
lege Non quia lex ab ipsis
est constituta sed in lege que
ex deo est suam iusticiam constitu-
erunt cum eandem legem suis viribus
se implere posse credebant Igno-
rantes dei iusticiam non qua iu-
stus deus iustus est sed que iusti-
cia est homini ex deo Et ut

ficatus Hanc illorum illum eorum di
xisse iustitiam que est ex lege
Hanc autem dei que homini est
ex deo. Audite quid alio loco
dicat. ubi de christo loquitur. Propter
quem inquit non solum detrimenta
esse credidi omnia et stercora exi
stimavi esse ut christum lucrifaci
am et inveniar in illo non ha
bens meam iustitiam que ex le
ge est sed eam que est per fide
christi que est ex deo Quid est
non habens meam iustitiam que
ex lege est cum lex non esset lex
ipsa sed dei. nisi quia suam dixit
iustitiam quamvis ex lege esset
quia sua voluntate legem se
posse putabat implere sine adiu
torio gratie que est per fidem christi
Ideo cum dixisset non habens me
am iustitiam que ex lege est se
cutus adiunxit. sed eam que est
per fidem christi que est ex deo. Hanc
ignorabant De quibus ait Igno
rantes dei iustitiam. id est que est ex
deo. hanc enim dat Non erant acci
dens sed coniustificans spiritum et
suam volentes constituere quam dixit
ipse ex lege iustitiam qui cum dicit
non habens meam iustitiam que
ex lege est Iustitie dei non sunt
subiecti. hoc est gratie dei non sunt
subiecti. Sub lege enim erant. non
sub gratia Et ideo eis dominabatur peccatum
a quo non fit homo liber lege
sed gratia. propter quod alibi dicit Peccatum
vobis non dominabitur Non enim estis
sub lege sed sub gratia Non quia
lex mala est. sed quia sub
illa sunt quos reos facit iube
do. non adiuvando Gratia quippe
adiuvat ut legis quisque
sit quisquis sit factor sine qua
gratia sub lege positus tantummodo erit
legis auditor. Talibus itaque dicit
qui in lege iustificamini a gratia
excidistis Fratres ita sit quisquam
adversus apertas voces Fratres mei

ita desipiat ymmo insaniat. ne
sciens quid loquatur ut audeat
dicere legem esse gratiam cum clare
qui sciebat quid loqueretur qui in
lege iustificamini a gratia excidistis
Si autem lex non est gratia quia ut
ipsa lex fiat non potest adiuvare
lex sed gratia. Numquid non erit gratia
Nam et hec Pelagiani ausi
sunt dicere gratiam esse natura
in qua sic creati sumus ut ha
beamus mentem rationalem qua
intelligere valeamus facti ad y
maginem dei ut dominemur pisci
bus maris et volucribus celi
et omnibus pecoribus que repunt
super terram. sed non hec est gratia
quam commendavit apostolus per fidem
ihesu christi. Hanc enim naturam
etiam cum impiis et infidelibus
certum est nobis esse communem gratia
vero per fidem ihesu christi eorum tantum
est quorum est ipsa fides Non
enim omnium est fides Denique sic
eis qui volentes in lege iu
stificari a gratia exciderunt veris
sime dicit Si ex lege iustitia
ergo christus gratis mortuus est
sic et hiis qui gratiam suam
quam commendat et percipit fides
christi putant esse naturam verissime
dicitur Si ex natura iustitia. ergo christus
gratis mortuus est Iam hic
enim erat lex et non iustifica
bat Iam hic erat et natura
et non iustificabat Ideo christus
non gratis mortuus est. ut et
lex per illum impleretur qui di
xit Non veni legem solvere
sed adimplere et natura per A
dam perdita per illum repararetur
qui dixit venisse se querere
et salvare quod perierat In
quem venturum antiqui patres
etiam crediderant qui diligebant
deum Dicunt etiam gratiam dei que
data est per fidem ihesu christi que
neque lex est neque natura ad
hoc tantum valere ut peccata

pctā dimittant nō vt futura
vitent² vel repugnādia superent³
Sz si hc̄ ꝑtm̄ esset vtiqȝ in orōe
dnica nō dixisset dimitte no. de-
n. si. et n. di. de nris nō addeq̄
Et ne nos inferas in temptacōz
Illud em̄ dixit vt pctā dimitt-
ant² hc̄ aūt vt caueant² sine
vincant³ Sed a pr̄e qui in ce-
lis est nulla rōne peteq̄ nisi v-
tute voluntꝰ hūane hc̄ posset
effice Commoneo aūt cari tez
vrām et multum exhortor vt
lcā Cyprani librū quez scpsit
de orōn dnica diligent legat-
ur et quantū vos dns ad iu-
uerit intelligatis memorie ꝯ mā-
detis Ibi videbitis quēadmod
sic alloquat² liberū arbitriū
eorū quos qui ꝯscripcōe sui ser-
monis edificat vt ostendat
tamen ea que implenda iubent²
in lege in orōne esse poscen-
da Quod vtiqȝ vanissime fiet
si ad illa agenda sine diuino
adiutorio voluntas humana
sufficeret Sz qui fuerint ꝯuicti nō
defensores sz inflatores et pri-
pitatores liberi arbitrii quia
neqȝ scia dīne leg̃ neqȝ natā
neqȝ sola remissio pctōz est
illa grā que per ihm xpm
dnm nrm datur Sed ipsa fac
vt lex impleat² vt & natā
libet² ne pctm̄ dnet² Cum
go in hijs conuicti fuerint ad
hc̄ se ꝯuertunt vt quocūqȝ mod
conent² ostende gratiam dei ꝑm
merita nrā dari Dicunt em̄
Et si nō datur ꝑm merita bo-
noz opm quia per ipaz bena
opamꝰ tm̄ ꝑm merita bone vo-
luntꝰ dat quia bona voluntas
inquiunt precedit orante quam
precessit voluntas credentis
vt scdm hec merita grā sequat²
exaudientis di Iam quide
de fide hc̄ est de voluntate crede-
tis supius disputaui vsqȝ adeo

eam demonstrans ad graz ptine
vt apl̄us nō dicet. Miaz ꝯse-
cutus sum quia fidelis eram s;
dicet Miam ꝯsecutus sum vt fide-
lis eram s; dicet miaz ꝯsecut
sum ut fidelis essem Sunt et
alia testimonia in quibus est qd
ait Sapiēs ad temperantiaz sed
vincamus deus Ad Ephe. Pax
fribus et caritas cū fide adeo pre-
ptitus est mensuraz fidei Et
qd iaz commemoraui grā salui
facti estis p fidem et hc̄ nō
ex nobis sed dei donū est Et
illud qd scpsit deo pri et dnō
nro ihu xpo Et illud vbi ait
quia vobis datū est p xpo
nō solū ut credatis in eū sed
sed etiā vt patiamini pro eo vtrū
qȝ ad dei graz ptinet et fidem
credentiū et tollerancia patie-
tiū quia vtrūqȝ dixit esse dona-
tū Et illud maxie vbi dicit habe-
tes aūt eundē spm fidei Nō
em̄ ait sciam fidei sed spm fidei
qd ideo dixit vt intelligemꝰ
quā fides et nō petita ꝯcedi²
vt et petenti alia ꝯcedat² Quo
em̄ inuocabunt in quem
nō crediderunt ergo spūs grē facit
vt habeamꝰ fidem vt per fidem
impetremꝰ orando vt possimꝰ face
que iubemur Ideo ipe apls
assidue legi ~~patiūt~~ ꝑponit fi-
dem quia qd lex iubet facere
nō valeamꝰ nisi p fidem ro-
gando impetremꝰ vt facere
valeamꝰ Nam si fides liberi
est tm̄ arbitrii nō data² a deo
ꝑ quid pro eis qui nolunt
credere oramꝰ vt credant Quid
prorsus facerēꝰ inaniter nisi rectis-
sime crederemꝰ ꝯuertere
et fidei ꝯtrarias voluntates oī-
potentem deū ad credendū posse
ꝯuertere liberū quidē arbitriū
quod pulsat² Ubi dicit hodie

si vocem eius audieritis nolite
obdurare corda vestra. Sed nisi pos-
set deus etiam duritiam cordis aufer-
re non diceret per prophetam Auferam
ab eis cor lapideum et dabo
eis cor carneum. Quod de novo
testamento fuisse predictum satis a-
pertius ostendit ubi ait Epistola nostra
vos estis scripta non atramento
sed spiritu dei vivi Non in thabu-
lis lapideis sed in thabulis cor-
dis carnalibus quod non ideo di-
ctum putes ut carnaliter vivant
qui vivere debent spiritaliter Sed quia
lapis sine sensu est cui comparatum
est cor durum cui nisi carni
sentienti cor intelligens debuit
comparari. Sic enim dicit propheta
Ezechiel. Et dabo eis cor
aliud et spiritum novum dabo eis
et evellam cor lapideum de car-
ne eorum et dabo eis cor carne-
um ut in preceptis meis ambulent
et iustificationes meas observent
et faciant eas et erunt michi
in populum Et ego ero eis in deum
dicit dominus Numquid possumus nisi
absurdissime dicere bonum meritum
bone voluntatis in homine precessisse
ut evelleretur ab eo cor lapideum
Quando ipsum cor lapideum non
significat nisi durissimam volun-
tatem et adversus deum
omnino inflexibilem. Ubi enim precedit
bona voluntas iam non est
utique cor lapideum. Item et alio
loco per eundem prophetam deus ma-
nifestissime ostendit non propter eorum
aliqua bona merita sed propter no-
men suum ista facere ubi ait Non
propter vos ego facio domus Israel
sed propter nomen meum sanctum quod profa-
nastis in gentibus quo intrastis
illuc Et sanctificabo nomen meum
magnum quod profanatum
est in gentibus quod profanastis

in medio eorum Et scient gen-
tes quia ego sum dominus dicit
Adonay dominus Cum sanctificatus
fuero in vobis ante oculos eorum
Et accipiam vos de gentibus et
congregabo vos ex omnibus terris
et inducam vos in terram vestram
et aspergam vos aqua munda
et mundabimini ab omnibus im-
munditiis vestris et ab omnibus ydo-
lis mundabo vos et dabo vobis
cor novum et spiritum novum dabo
in vobis Et auferetur cor lapi-
deum de carne vestra et dabo
vobis cor carneum et spiritum meum
dabo in vobis Et faciam ut in
iustificationibus meis ambuletis
et iudicia mea observetis et fa-
ciatis Quis ita est cecus ut
non videat Quis ita lapideus
ut non sentiat istam gratiam non dari
secundum merita bone voluntatis dicen-
te domino atque testante Ego facio
domus Israel propter nomen meum sanctum Nisi
ne illi putarent ut sua bo-
na merita fieri Quod non erube-
scunt dicere pelagiani Non solum
autem bona merita eorum nulla
verum etiam mala merita precessis-
se demonstrat deus Sed propter nomen
meum sanctum quod profanastis in
gentibus Quis non videat
horrendum malum esse nomen
sanctum domini profanare Et tamen
propter ipsum nomen meum inquit
quod profanastis vos ego salvos
faciam non propter vos Et sancti-
ficabo nomen meum magnum
quod profanatum est in gentibus
quod profanatum est in medio eorum
Sanctificare se dicit nomen suum
quod superius dixit sanctum Hoc
est ergo quod oramus in oratione domini-
ca dicentes sanctificetur nomen tuum
ut sanctificetur in hominibus quod
per seipsum sine dubio semper est sanctum
Deinde sequitur Et scient omnes

In quibus deus sanctificatur

gentes. Quia ego sum dominus
dicit Adonai dominus, cum
sanctificatus fuero in vobis. Quid
ergo si ipse sit sanctus, sanctificatur
nisi in eis quibus largitur gratiam
suam auferendo ab eis cor lapi-
deum per quod nomen domini propha-
nabant. Ne autem pu-
tetur nichil ibi facere ipsos homi-
nes per liberum arbitrium, ideo
dicitur in psalmo: Nolite obdurare
cor vestrum. Et per ipsum Ezech.
Proicite a vobis omnes impi-
etates vestras quas impie
egistis in me et facite vobis
cor novum et spiritum novum et
facite omnia mandata mea. Ut
quid moriemini domus Israel dicit dominus,
quia nolo mortem morientis,
dicit Adonai dominus. Convertimini
et vivetis. Meminerimus eum
dicere: Et convertimini et vivetis,
cui dicitur: Converte nos deus.
Meminerimus dicere eum: Proicite
a vobis omnes iniquitates impi-
etates vestras, cum ipse iustifi-
cet impium. Meminerimus ipsum
dicere: Facite vobis cor novum et
spiritum novum, qui dicit: Dabo vobis
cor novum et spiritum novum dabo
vobis. Quid ergo, quod dicit: Facite
vobis, hoc dicit: Dabo vobis.
Quare iubet, si ipse daturus
est? Quare dat, si homo factu-
rus est? Nisi quia dat quod
iubet, cum adiuvat ut faciat
cui iubet. Semper est autem
in nobis voluntas libera, sed non
semper ad bona. Aut enim a iusti-
tia libera est quando servit iusticie
et tunc est bona. Gratia vero dei

Gratia dei semper est bona

semper est bona et per hanc fit
ut sit homo bone voluntatis
qui prius fuit voluntatis ma-
le. Per hanc etiam fit ut ipsa
bona voluntas que iam esse
cepit augeatur et tam magna

fiat ut possit implere divina man-
data que voluerit cum valde perfecte
quod voluerit. Ad hoc enim valet quod
scriptum est: Si volueris conservabis man-
data, ut homo qui voluerit et
non potuerit, nondum se plene velle
cognoscat et oret ut habeat
tantam voluntatem quanta sufficit
ad implenda mandata. Sic quip-
pe adiuvatur ut faciat quod iube-
tur. Tunc enim utile est velle cum pos-
sumus, et tunc utile est posse cum
volumus. Nam quid prodest si quod non
possumus volumus, aut quod possumus
nolumus? Agnoscimus aliquos sic sapere Pe-
lagiani putant quam dicunt non iu-
beret deus quod sciret non posse ab
homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo
iubet aliqua que non possumus
ut noverimus quid ab illo petere
debeamus. Ipsa est enim fides que
orando impetrat quod lex impe-
rat. Denique ipse qui dixit: Si vo-
lueris conservabis mandata, in eo-
dem libro ecclesiastico aliquanto post dicit: Quis
dabit in ore meo custodiam et
super labia mea signaculum astutum
ne forte cadam ab eo et lingwa
mea perdat me. Iam certe manda-
ta acceperat: Cohibe lingwam tu-
am a malo et lingwa tua ne lo-
quatur dolum. Cum ergo verum sit
quod dixit: Si volueris conservabis man-
data, quare querit ori suo dare
custodiam? Sicut et ille qui dicit in psalmo:
Pone domine custodiam ori meo. Non
enim sufficit mandatum dei et volun-
tas sua, quemadmodum si voluit conservabit
mandata. Quare multa dei mandata
sunt contra superbiam, iam noverat ea,
iam noverat ea, si voluit conservabit
ea. Quare ergo paulopost dicit: Do-
mine pater et deus vite mee, elationem oculo-
rum ne dederis mihi. Iam dixerat ei
lex: Non concupisces. Velit ergo et fa-
ciat quod iubetur, quia si voluit conserva-
bit mandata. Quare sequitur et
dicit: Concupiscentiam averte a me? Contra luxu-
riam deus quam multa mandavit.
Faciat ea, quia si voluerit

Mada[ta] d[e]i s[er]uabu[n]t s[anc]ti

consuabit madata. Secundu[m] est q[uo]d
clamat ad d[omi]n[u]m ventris appetitu[s]
et c[on]cupiscentie ne app[re]hendat me
si sit ei in p[ro]tu d[icitu]r rectissime
habitis respondet et dicet. Et ista
oratione mea qua sit a d[omi]no pe-
to, intelligite quo dixeru[n]t si vo-
lueris c[on]s[er]uabis mandata. Tertiu[m]
est enim nos madata s[er]uare si
volu[m]us. S[ed] quia p[re]parat[ur] voluntas
a d[omi]no, ab illo petendu[m] est ut
tantu[m] velim[us] quantu[m] sufficit ut vo-
lendo faciam[us]. Tertiu[m] est nos velle
cu[m] volu[m]us, sed ille facit ut velim[us]
bonu[m] de quo dictu[m] est q[uo]d paulo
ante posui q[uo]d p[re]parat[ur] voluntas
a d[omi]no. De quo dictu[m] est a d[omi]no
gressus ho[m]i[ni]s dirigu[n]t[ur] et via[m] eius
volet. De quo dictu[m] est Deus
est qui op[er]at[ur] in nobis et velle.
Certu[m] est nos facere cu[m] facim[us] sed
ille facit ut faciam[us] p[re]bendo vires
efficacissimas voluntati qui dicit
faciam ut in iustificationibus meis
ambuletis et iudicia mea ob-
s[er]uetis et faciatis. Cu[m] dicit faciam
ut faciatis quid aliud dicit nisi
auferam a vobis cor lapideu[m] vn-
de no[n] faciebatis et dabo vobis cor car-
neu[m] vnde faciatis. Et hoc quid
est nisi auferam cor duru[m] vnde
no[n] faciebatis et dabo cor obedi-
ens vnde faciatis. Ille facit
ut faciam[us] cui dicit h[om]o Pone
d[omi]ne custodiam ori meo, h[oc] est
enim dicere, fac ut ponam custodiam
ori meo, q[uo]d beneficiu[m] dei iam
fuerat c[on]secutus qui dixit. Po-
sui ori meo custodiam, qui ergo
volt facere dei mandatu[m] et no[n]
p[otes]t, iam quidem h[abe]t volunt[at]em
bonam sed adhuc p[ar]vam et invali-
dam. Poterit aut[em] cu[m] magnam ha-
buerit et robustam. Qu[ia] cu[m] mar-
tires magna illa madata fece-
runt, magna utiq[ue] volunt[at]e h[oc]
est magna caritate fecerunt. De

qua caritate ip[s]e d[omi]n[u]s ait Maio-
rem hanc caritatem nemo habet
quam ut a[n]i[m]am suam ponat pro
amicis suis. Vnde et ap[ostolu]s
dicit. Qui enim diligit p[ro]ximu[m]
legem implevit. Nam no[n]
adulterabis homicidiu[m] no[n]
facies, no[n] furaberis no[n] c[on]cu-
pisces. Et si q[uo]d est aliud ma-
datu[m] in hoc s[er]mone recapitula-
bit[ur]. Diliges p[ro]ximu[m] tuu[m] tamq[uam]
teipsum. Dilectio p[ro]ximi malu[m]
no[n] op[er]at[ur]. Plenitudo ergo legis
est dilectio. Ipsam caritatem
ap[ostol]us Petrus no[n]d[um] habuit
qu[ia]d[o] timore d[omi]n[u]m ter negavit.
Timor enim no[n] est in caritate
sicut ait Iohannes ev[angelis]ta in
ep[isto]la sua. S[ed] p[er]fecta caritas fo-
ras mittit timorem. Et tamen q[uam]vis
p[ar]va et imp[er]fecta no[n] ei de-
erat, qua dicebat d[omi]no. Anima[m]
meam p[ro] te ponam. Pu-
tabat enim se posse q[uo]d se vel-
le senciebat, et quis istam et
si p[ar]vam dare cepat caritatem
nisi ille qui p[re]parat voluntatem
et coop[er]ando p[er]ficit, q[uo]d op[er]ando
incipit, qui ip[s]e ut velimus
op[er]at[ur] incipiens qui volentib[us]
coop[er]at[ur] p[er]ficiens. P[ro]pter q[uo]d
ait ap[ostolu]s. Certus su[m] q[uonia]m qui
qui op[er]at[ur] in nobis opus bo-
nu[m] p[er]ficiet usq[ue] in diem Xp[ist]i Ih[es]u.
Ut ergo velim[us] s[ine] nobis op[er]at[ur]
cu[m] aut[em] volu[m]us et sic volu[m]us
ut faciam[us] n[obis]cu[m] s[ine] illo vel op[er]e-
rante ut velim[us] vel coop[er]ante
cu[m] volu[m]us ad bona pietatis
op[er]a nichil valem[us] nobiscu[m] co-
op[er]at[ur]. De op[er]ante illo ut velim[us]
dictu[m] est. Deus est qui op[er]at[ur]
in nobis et velle. De coop[er]ante
illo cu[m] iam volu[m]us et vole[n]do
facim[us]. Scim[us] q[uonia]m diligen-
tibus d[eu]m o[mn]ia coop[er]ant[ur] in bo-
nu[m]. Quid est o[mn]ia nisi et ter[r]i-
biles seuas q[uam] passiones

Sine deo an[te] ... op[er]ant[ur]

(Augustinus)

Sarcina quippe illa que in-
firmitati gravis est levis effi-
citur caritati. Talibus enim dominus
dicit esse suam sarcinam levem
qualis Petrus fuit qui passus
est pro Christo. Non qualis fuit
qui negavit Christum. Istam ca-
ritatem id est divino amore ardentis-
simam voluntatem commendans apo-
stolus dicit Quis nos separabit a
caritate Christi tribulacio an angu-
stia an persecucio an fames an
nuditas an periculum an gladius
sicut scriptum est quoniam propter te mor-
tificamur tota die deputati sumus
velud oves occisionis. Sed in
hiis omnibus superamus propter eum
qui dilexit nos. Certus sum
enim quia neque mors neque vita
neque angeli neque principatus neque
presencia neque futura neque altitudo
neque profunditas neque creatura
alia poterit nos separare a caritate
dei que est in Christo Ihesu domino
nostro. Et alio loco dicit Adhuc
super eminenciorem viam vobis de-
monstro. Si linguis hominum lo-
quar et angelorum caritatem autem
non habeam factus sum sicut era-
mentum sonans aut cymbalum
tinniens. Et si habuero prophe-
ciam et sciero omnia sacramenta
et si habuero omnem fidem ita
ut montes transferam caritatem
autem non habeam nichil sum.
Et distribuero omnia mea paupe-
ribus et si tradidero corpus meum
ut ardeam caritatem autem non
habeam nichil michi prodest. Ca-
ritas magna in via est. Beni-
gna est caritas non emulatur
non agit perperam non inflatur
non dehonestatur non querit que
sua sunt non irritatur non cogitat
malum non gaudet super iniquitate
congaudet autem veritati. Omnia tolerat
omnia credit omnia sperat omnia suf-
fert. Caritas numquam excidit. Et
paulo post Manent inquit

fides spes et caritas tria hec. ma-
ior autem horum est caritas. Sectamini cari-
tatem. Item dicit ad Galatas Vos
enim in libertate vocati estis fratres
tantum ne libertatem in occasionem carnis de-
tis sed per caritatem servite invicem.
Omnis enim lex in uno sermone
impletur in eo quod Diliges proximum tuum
tamquam te ipsum. Hinc est quod ad Ro-
manos dicit Qui diligit alium legem
implevit. Item dicit ad Colocenses
Super autem omnia hec caritatem que
vinculum perfectionis est. Et ad Thi-
motheum Finis mandati est
caritas. Et admonens qualis cari-
tas de corde mundo puro et consciencia
bona et fide non ficta. Ad Corin-
thios autem cum dicit Omnia vestra
in caritate fiant satis ostendit
etiam ipsas correpciones quasi asper-
sas et amaras senciunt qui
corripiuntur in caritate esse faci-
endas. Unde et alibi cum dixis-
set Corripite inquietos consola-
mini pusillanimes suscipite infir-
mos. Pacientes estote ad omnes
mox subiunxit Videte ne quis
malum pro malo alicui reddat.
Ergo et qui corripiunt inquietos
non malum pro malo sed potius
bonum reddunt. Hec autem omnia que
nisi caritas operatur. Et apostolus Petrus
Ante omnia inquit mutuam inter
vos caritatem perpetuo habentes quia
caritas operit multitudinem peccatorum. Dicit
etiam apostolus Iacobus Si tamen legem
perficitis regalem secundum scripturas Di-
liges proximum tuum tamquam te ipsum
bene facitis. Item Iohannes apostolus
Qui diligit [illegible] fratrem suum in lu-
mine manet. Et alio loco Omnis
non est iustus non est ex deo qui
non diligit fratrem suum quia hec
est annunciacio quam audivimus ab ini-
cio ut diligamus invicem. Item
et alibi Hoc est [illegible] manda-
tum illius ut credamus nomini filii eius
Ihesu Christi ut diligamus invicem. Et ite-
rum Hoc mandatum habemus
ab ipso ut qui diligit deum dili-

de dilectione

gat et fratrem suum. Et paulo post
In hoc inquit cognoscimus quia dili-
gimus filios dei, cum deum diligimus
et precepta eius faciamus. Hec est enim
dilectio dei ut precepta eius ser-
vemus et precepta illius gravia non
sunt. Et in epistola secunda scriptum
est Non quasi preceptum novum scribens
tibi sed quod habuimus ab initio ut di-
ligamus invicem. Et ipse dominus
ihesus in duobus preceptis dilectionis
dei et dilectionis proximi totam
legem prophetasque pendere. De quibus
duobus preceptis in ewangelio secundum
marcum scriptum est Et accessit
unus de scribis qui audierat
illos conquirentes et videns quoniam
bene illis responderit interrogavit
eum quod esset primum mandatum omnium
Et ihesus respondit ei Primum omnium
mandatum est Audi israel dominus
deus tuus unus est Et diliges
dominum deum tuum ex toto corde
tuo et tota anima tua et ex tota
mente tua. Hoc est primum manda-
tum. Secundum est autem simile illi Dili-
ges proximum tuum tamquam teipsum
Maius horum aliud mandatum
non est. Dicit etiam in ewangelio
secundum Iohannem Mandatum novum
do vobis ut diligatis invicem
sicut dilexi vos ut et vos dili-
gatis invicem. In hoc cognoscent
omnes quia discipuli mei estis
si dilectionem habueritis ad invicem
Hec omnia precepta dilectionis id est cari-
tatis que tanta et talia sunt
ut quicquid se putaverit se fa-
cere bene si fiat sine caritate nullo modo
fiat bene. Hec ergo precepta caritatis
inaniter darentur quibus non haberent
liberum voluntatis arbitrium. Sed quia per
legem dantur et veterem et novam
quamvis in nova venit gratia que pro-
mittebatur in veteri lex autem sine
gratia littera est occidens in gratia vero
vivificans. Unde est in hominibus ca-
ritas dei et proximi nisi ex ipso

deo. Nam si non ex deo sed ex homini-
bus vicerunt Pelagiani. Si
autem ex deo vicimus Pelagianos.
Sedeat ergo inter nos iudex apostolus
Iohannes et dicat nobis Ka-
rissimi diligamus invicem. Cum in
hoc verbis Iohannis se illi
extollere ceperint et dicere Ut
quid nobis hoc precipitur nisi quia
ex nobis habemus ut diligamus invi-
cem? Sequitur continuo idem Iohannes
et confundens eos et dicit quia di-
lectio ex deo est. Non itaque ex
nobis sed ex deo est. Cur ergo
dictum est Diligamus invicem
quia dilectio ex deo est nisi quia
precepto admonitum est liberum
arbitrium ut quereret dei donum
quod sine suo fructu prorsus ad-
moneretur nisi prius acciperet ali-
quid dilectionis ut addi sibi quereret unde
quod iubebatur impleret. Cum dicit
Diligamus invicem lex est. Cum
dicit quia dilectio ex deo est
gratia est. Sapientia quippe dei
legem et misericordiam in lingua portat
ut scriptum est in psalmo Etenim be-
nedictionem dabit qui legem dedit.
Nemo ergo vos fallat fratres
mei quia non diligeremus deum nisi nos
prior ipse diligeret. Idem Ioha-
nes apertissime hoc ostendit et dicit
Nos diligimus quia ipse prior di-
lexit nos. Gratia nos facit legis
dilectores. Lex vero ipsa sine gratia
nonnisi prevaricatores facit. Et quod
discipulis suis dicit dominus Non
vos me elegistis sed ego
vos elegi nil aliud indicat
Si enim prius nos dileximus
ut hoc merito ipse nos diligeret
prius illum nos elegimus et ab illo
eligi mereremur. Sed ipse qui veri-
tas est aliud dicit et huic
vanitati hominum apertissime
contradicit Non vos me elegistis
inquit. Si ergo non elegistis
sine dubio nec dilexistis
Quomodo enim eum eligerent

que non eligerent, sed ego inquit
vos elegi mundo non et ipsi postea
elegerunt eum et omnibus
bonis huius seculi pretulerunt. Sed
quia electi sunt elegerunt,
non quia elegerunt electi sunt.
Eligentium hominum meritum nullum
esset, nisi eos eligentis dei gratia
preveniret. Unde et apostolus Pau-
lus benedicens Thessalonicenses:
Vos inquit dominus multiplicet et ha-
bundare faciat in caritate invicem
et in omnes. Hanc benedictionem dedit ut
nos invicem diligeremus, qui legem
dederat ut invicem diligamus.
Denique alio loco ad eosdem, que
sine dubio in quibusdam eorum
iam erat quod eis ut esset op-
taverat: Gratias inquit agere debemus
deo semper pro vobis fratres, sicut
dignum est, quoniam supercrescit
fides vestra et habundat caritas
uniuscuiusque vestrum in invicem. Hoc dixit
ne forte de tanto bono quod esse
habebat tamquam ex seipsis id ha-
bentes extollerentur. Quia ergo super-
crescit fides vestra inquit et
habundat caritas uniuscuiusque vestrum
invicem, gratias agere debemus deo
de vobis. Non ita nos laudare
tamquam hic habeat ex vobis. Et
ad Thymotheum: Non enim dedit
nobis deus spiritum timoris sed virtutis
et caritatis et continentie. In quo sane
apostoli testimonio cavere debemus
ne nos arbitremur accepisse spiritum
timoris dei, quod sine dubio
magnum est dei donum. De quo
et propheta Ysayas: Requiescit
super eum spiritus sapientie et pietatis
et intellectus, spiritus consilii et
fortitudinis, spiritus scientie et pietatis et ti-
moris domini. De quo timore
Petrus Christum negavit. Sed
illius timoris spiritum accepit
de quo ipse dicit dominus: Illum
timete qui habet potestatem
et corpus et animam perdere in ge-
hennam. Ita dico vobis
hunc timete. Hoc autem dixit
ne illo timore negaremus eum
quo turbatus est Petrus. Quem
cum auferri voluit a nobis, cum
prius dixit: Nolite timere eos
qui corpus occidunt et post ea non
habent quod faciant. Huius timo-
ris non accepimus spiritum sed virtutis
et caritatis et continentie. De quo
spiritu idem ipse ad Romanos
ait: Gloriamur in tribulationibus sci-
entes quod tribulatio patientiam operatur,
patientia probationem, probatio spem. Spes
autem non confundit, quia caritas
Ro. v° dei diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est no-
bis. Ipsa caritate fit quod donum
dei esse manifestat, ut tribula-
tio non auferat sed potius operetur
patientiam. Ad Ephesios et: Pax inquit
fratribus et caritas cum fide. Magna
bona sed dicit unde. Addit in-
quit: a patre et domino Ihesu Christo. Pro-
inde hec magna dona non sunt nisi
dona dei. Sed non mirum si lux
lucet in tenebris et tenebre
eam non comprehenderunt. In Io-
hanne lux dicit: Ecce qualem di-
lectionem dedit nobis pater ut filii dei
vocemur et simus. In Pelagianis
tenebre dicunt: Dilectio nobis ex
nobis est. Quam si veram, id est christia-
nam dilectionem haberent, scirent et
unde haberent, sicut sciebat apostolus
qui dicebat: Nos autem non spiritum
huius mundi accepimus sed spiritum qui
ex deo est, ut sciamus que ex deo
est, ut sciamus que a deo donata
sunt nobis. Iohannes eciam dicit:
Deus dilectio est. Ut Pelagiani
ipsum deum non ex deo sed ex semet-
ipsis habere se dicunt, et tamen sci-
enciam legis ex deo nobis esse
fateantur, caritatem ex nobis ipsis volunt.
Nec audiunt apostolum dicentem: Sciencia
inflat, caritas edificat. Quid
est ineptius, immo quid est
amencius, ab ipsa scientia caritatem

Scientia ex deo est

alienimus quam confitemur ex deo esse per scientiam que sine caritate inflat et ex nobis esse caritatem que facit ut scientia inflare non possit. Item cum dicat apostolus supereminentem scientie caritatem Christi, quid est insanius quam putare ex deo esse scientiam que subdenda est caritati et ex hominibus caritatem que supereminet scientie. Fides autem vera et doctrina sana clamat utrumque esse ex deo quia scriptum est A facie eius scientia et intellectus procedit. Et scriptum est Caritas autem ex deo est. Et legitur spiritus scientie et pietatis, legimus spiritum virtutis et caritatis et continentie. Sed maius est donum caritas quam scientia. Nam scientia cum est in homine caritas est necessaria ne infletur. Caritas autem non emulatur, non agit perperam, non inflatur. Satis me disputasse arbitror adversus eos qui gratiam dei vehementer oppugnant qua voluntas humana non tollitur sed ex mala mutatur in bonam et cum bona fuerit adiuvatur. Et ita disputasse ut non magis ego quam divina ipsa nobiscum scriptura locuta sit et veritatis evidentissimis testimoniis que scriptura divina si diligenter inspiciatur ostendit non solum bonas hominum voluntates quas ipse facit ex malis et a se factas bonas in actus bonos et in eternam dirigit vitam. Verumetiam illas que conservant seculi creaturam ita esse in dei potestate ut ea quo voluerit quando voluerit faciat inclinari et ad beneficia quibusdam prestanda et ad penas quibusdam ingerendas sicut ipse iudicat occultissimo quidem iudicio sed sine dubitatione iustissimo. Nam invenimus aliqua peccata etiam penas esse aliorum peccatorum sicut sunt vasa ire que perfecta dicit apostolus

in perditionem sicut est induratio Pharaonis cuius et causa dicitur ad ostendendam in illo virtutem dei sicut est fuga Israhelitarum a facie hostium de civitate Hay. In animo enim factus est timor ut fugerent et hoc factum est ut vindicaretur peccatum eo modo quo fuerat vindicandum. Unde et dominus ad Ihesum Nave Non poterunt filii Israel subsistere a facie inimicorum suorum. Quid est non poterant subsistere quia non subsistebant per liberum arbitrium sed per timorem turbata voluntate fugiebant nisi quia dominatur et voluntatibus hominum et quos vult in formidinem convertit iratus. Numquid non hostes Israhelitarum adversus populum dei quem ducebat Ihesus Nave sua voluntate pugnaverunt. Et tamen dicit scriptura quia per dominum factum est confortari cor eorum ut obviam irent ad Israel ad bellum ut exterminarentur. Numquid non sua voluntate homo impius filius Gemini maledicebat regi David. Et tamen quid ait David plenus vera et alta et pia sapientia. Quid ait illi qui maledicentem percutere voluit. Quid inquit michi et vobis filii Sarvie. Dimittite eum ut maledicat quia dominus dixit illi maledicere David et quis dicet quare fecisti sic. Deinde scriptura divina plenam sententiam regis velut ab alio initio repetendo commendans et dixit inquit David ad Abysai et ad omnes pueros eius. Ecce filius meus qui exivit de ventre meo querit animam meam. Et adhuc modo filius Gemini. Dimittite illum ut maledicat quia dixit illi dominus ut videat humilitatem meam et retribuat michi bona pro maledicto eius in die isto. Qua

Dixit dns huic homini maledi
cere david. Quis sapiens et intel
ligens. Non enim iubendo dixit
ubi obediencia laudaretur, sed quod
eius voluntatem pro vicio suo
malam in hoc peccato proprio iudicio
suo iusto et occulto inclinavit
Ideo dictum est. Dixit ei dns
Nam si iubenti obtemperasset deo
laudandus potius quam puni
endus esset, sicut ex hoc peccato
postea novimus esse punitum, nec
causa tacita est. Cur ei dns
isto modo dixerit maledicere da
vid. hoc est in cor eius malum
miserit vel immiserit dimiserit
Ut videat inquit dns humilita
tem meam et retribuat michi bona
pro maledicto eius in die isto
Ecce quomodo probatur deus uti cordi
bus etiam malorum ad laudem atque
adiumentum bonorum. Sic usus
est iuda tradente christum. Sic
usus est iudeis crucifigentibus
christum et quanta inde bona
prestitit populis credituris. qui et
ipso dyabolo utitur pessimo, sed
optime ad exercendam et proban
dam fidem et pietatem bonorum
non sibi qui omnia scit antequam
fiant, sed nobis. quibus erat
necessarium ut eo modo ageretur nobis
cum. Nunquid non sua voluntate
Absalon elegit consilium quod sibi
oberat. et tamen ideo fecit quia
exaudierat dns eius patrem
orantem ut hoc fieret. Unde quod ait
scriptura Et dns mandavit dissi
pare consilium Achitophel bonum
ut induceret dns super Absalon
omnia mala. bonum consilium dixit
quod ad tempus proderat cause
quia pro ipso erat contra patrem
eius contra quem rebellaverat
ut posset eum opprimere nisi dns
consilium dissipasset quod dederat
Achitophel agendo in corde
Absalon ut tale consilium re
pudiaret et aliud quod ei non

expediebat eligeret. Quis non ista
divina iudicia contremiscat quibus
agit deus in cordibus etiam malorum
hominum quicquid vult reddens tamen
eis secundum merita eorum. Roboam
filius Salomonis respuit consilium
salubre seniorum quod ei dederant
ne ad populum dure ageret. et ver
bis coetaneorum suorum potius adqui
evit respondendo minaciter. Hoc
nisi propria voluntate. Sed hinc ab
eo recesserunt decem tribus israel
et aliud regem sibi constituerunt
Ieroboam ut irati dei voluntas
fieret fiet quod et futurum esse pre
dixerat. Quid enim scriptura dicit. Et non
audivit rex plebem. quoniam erat conver
sio a domino ut statueret verbum suum
quod locutus est in manu Achie Si
lonite de Ieroboam filio Na
bath. Nempe hoc factum est. et
illud per hominis voluntatem ut
tamen conversio esset a dno. Legite
libros Paralipomenon et inve
nietis in secundo libro scriptum. Et susci
tavit dns spiritum super Ioram
spiritum Philistiim et arabum
qui finitimi erant ethiopibus
et ascenderunt in terram iuda et dis
sipaverunt eam et ceperunt omnem
substantiam que in domo regis inven
ta est. hic ostenditur dnm susci
tare hostes eius terras vastando
quas tali pena iudicat esse
dignas. Nunquid tamen philistiim
et arabes in terram iudee dis
pandam sine sua voluntate vene
runt aut sic venerunt sua volun
tate ut mendaciter scriptum sit
quod dns ad hoc faciendum eorum
spiritum suscitavit. Immo utrumque ve
rum est. quia et sua voluntate
venerunt et tamen spiritum eorum dominus
suscitavit. Quod etiam sic dici potest
et eorum spiritum dns suscitavit
et tamen sua voluntate venerunt. Agit
enim omnipotens in cordibus hominum
etiam motum voluntatis eorum

ut per eos agat quod per eos ipse
agere voluerit qui omnino iniuste
aliquid velle non novit Quid est
quod homo dei dixit ad amasiam
regem non veniat tecum exercitus
israel Non est enim dominus cum omnibus
filiis effraim Quoniam si putaveris
obtinere in illis In fugam convertet
te deus ante inimicos Quoniam est
cum deo vel adiuvare vel in
fugam convertere Quomodo virtus dei alios
iuvat in bello dando eis fidu-
ciam alios immisso timore vertit in
fugam Nisi quia ille qui in
celo et in terra omnia quecumque 6
voluit fecit etiam in cordibus hominum
operatur legimus quid dixerit Jo-
as rex israel mittens nuncium
ad amasiam regem volentem
pugnare cum illo Nam post alia
dixit Nunc sede in domo tua
quid provocas in te malum ut ca-
das tu et iuda tecum Deinde
scriptura subiungit Et non audivit
amasias quia a domino erat ut tra-
deretur in manus eius quia quesierunt
deos edom Ecce deus ydolatrie
peccatum volens vindicare hoc opera-
tus est in eius corde cui et utique
iuste irascebatur ut admonicionem
salubrem non audiret sed ea
contempta iret in bellum ubi cum
suo exercitu caderet Per Ezechie-
lem prophetam dicit deus Et propheta
si erraverit et locutus fuerit
Ego dominus seduxi prophetam illum
et extendam manum meam super
eum et exterminabo eum de medio
populi mei israel In libro hester
scriptum est Que mulier ex populo
israel in terra captivitatis facta est
uxor alienigene Regis asswe-
ri Ergo in cuius libro scriptum est
cum haberet necessitatem interveniendi pro
populo suo quem rex in regno
eius esset iusserat trucidari

Oravit ad dominum Cogebat enim
eam magna necessitas Ut preter
iussum regis et preter ordinem
suum ad illum audet intrare
Et videte quid scriptura dicat Et in-
tuitus est eam tamquam thau- Asswerus
rus impetu indignacionis thaurus
sue et timuit regina et con-
versus est color eius per disso-
lucionem et inclinat se super
caput delicate sue que pre-
cedebat eam Et convertit deus et
transtulit indignacionem eius in
lenitatem Scriptum est et in pro-
verbiis Salomonis Sicut impe-
tus aque sicut cor regis in
manu dei quocumque voluit decli-
nabit illud Et in psalmo centesi-
mo quarto legitur dictum de egipti-
is Quod eis fecit deus Et con-
vertit cor eorum ut odissent
populum eius ut dolum facerent in
servos eius In litteris etiam aposto-
licis Videte que scripta sunt
in epistola pauli apostoli ad Ro-
manos Propterea tradidit illos
deus in desideria cordis et immun-
ditiam Item paulo post Propterea
tradidit illos deus in passi-
ones ignominie Item pau-
lo post Sicut non probaverunt deum
habere in noticiam tradidit illos
deus in reprobam mentem ut
faciant que non conveniunt
Et ad Thessalonicenses in epistola
secunda ait de quibusdam pro eo quod
dilectionem veritatis non receperunt
ut salvi fierent ideo mittet illis
deus operacionem erroris ut cre-
dant mendacio ut iudicentur
omnes qui non crediderunt veritati sed
consenserunt iniquitati His et talibus
testimoniis divinorum eloquiorum
que omnia commemorare nimis lon-
gum est satis quantum existimo
manifestatur operari deum in cor-
dibus hominum ad inclinandas
eorum voluntates quocumque voluit

siue ad bona per sua misericor
dia siue ad mala p merit9 eoꝝ
Iudicio vtrobiqȝ suo aliud aperte
aliud occulto sed aut iusto sicud
eum dz esse et imobile in cor
de vero qm̄ nō est iniqtas
aput deum Et per hoc qd le
gitur in libris vitatis adeo se
dui hoies aut obtundi vel
obdurari corda eoꝝ nolite du
bitare precessisse mala merita eoꝝ
vt iuste ita paciant̄ ne incurrat
in illud prouerbium salomonis In
sipiencia viri violat vias
eius Deum aut causatur in cor
de suo. gra vero non mul merita ho
minum datur Alioquin gra iam
nō est gra qr̄ oīno gra vocat̄
quia gratis dat̄ Si aut potens
est siue per angelos vel ma
los vel bonos siue quocumqȝ
aliomodo operari et in cordibus
maloꝝ pro merito eoꝝ quoꝝ
maliciam nō ipse fecit sed q̄
originalit̄ tracta est ab adam
aut creauit per propriam voluntatem
Quid mirum est si per spiritum
sanctum opatur in cordibus electoꝝ
suoꝝ bona. qui opatus est vt
ipa corda essent ex malis bo
Sed suspicent̄ hoies quelibet
merita bona que putant precede
ut iustificent̄ per dei graciam
nō intelligentes cum hoc dicunt
michil aliud quam negare
se graciam Sed ut dixi qd volunt
de maioribus graciam suspicent̄
De paruulis aut Pelagiani qd
respondeant nō inueniunt. quoꝝ
nec voluntas vlla est in accipi
enda gracia. cuius volunt merito
precessisse dicant Et insup eos
etiam cum fletu reluctari videmus
qn baptizant̄ vt diuina sa
cramenta percipiunt Quod eis
ad magnam impietatem potius
imputaretur si iam libero vterent̄
arbitrio Et tamen heret eis in relu

ctantibus gra a papisse nullo bo
no merito precedente. alioquin gra
iam nō esset gra Et aliquorum filiis
infidelium prestatur hec gra. cum
occulta dei prouidencia in manibus
pioꝝ quibusdam perueniunt. aliquorum
filii fidelium nō eam consequunt̄
aliquo impedimento existente ne
possit piculitatibus subueniri
Sunt vero ista per occultam
dei prouidentiam cuius inscrutabilia
sunt iudicia et inuestigabiles
vie Quod vt apostolus dicit. quid
precedit intueamini Agebat enim
de Iudeis et gentibus cum scriberet
ad Romanos i. ad gentes et
ait Sicut enim aliquando vos nō
credidistis deo, nunc aut misericor
diam consecuti estis in illoꝝ incre
dulitate Ita et hii nunc nō cre
diderunt in vestra misericordia vt et ipsi
misericordiam consequantur. conclusit enim
deus omnes in infidelitate vt omnium
misereatur et nō attendit qd
dixit admirans scriptura sue terci
am quidem veritatem sed magnam
profunditatem qua conclusit deus omnes
in infidelitate vt omnium misereatur
qs facerent mala vt venirent bona
statim exclamauit et ait O altitu
do diuiciarum sapiencie et sciencie dei qm
inscrutabilia sunt iudicia eius et
inuestigabiles vie eius. hec enim
iudicia inscrutabilia et inuestigabi
les vias peruersi hoies nō cogita
tes et pronis ad reprehendendum
nō ydonei ad intelligendum puta
bant et iactabant apostolum dicere faciamus
mala vt eueniant bona Quod ab
sit vt apostolus dixerit Sed homines
nō intelligentes putabant dici
qn audiebant qd apostolus dixit
apostolus lex aut subintrauit vt a
bundaret delictum Ubi aut habun
dauit delictum. superhabundauit
gra. Sed vtrumqȝ gra id agit
vt iam fiant bona ab eis que

fecimus mala non ut perveniret in
malis et reddi sibi existiment
bona. Illa utique dicere faciamus
mala ut veniant bona, sed fecimus
mala et venit bona. Nam faci-
mus bona ut in futuro seculo reci-
piamus pro bonis bona qui in
hoc seculo recipimus pro malis bona.
Propter quod scriptum est in ps. Miseri-
cordiam et iudicium cantabo tibi
domine. Primo itaque non ideo venit
filius hominis in mundum ut iudi-
cet mundum, sed ut salvetur mundus
per ipsum. Hoc propter misericordiam. Postea
vero propter iudicium venturus est iudi-
care vivos et mortuos. Quamvis
et in hoc tempore ipsa salvacio non fiat
sine iudicio sed occulto. Ideo ait
in iudicium veni in hunc mundum
ut qui non vident videant et qui
vident ceci fiant. Ad occulta ergo
dei iudicia revocate cum videtis
in una causa quam certe habent
omnes parvuli hereditarium malum tra-
hentes ex Adam huic subve-
niri ut baptizetur, illi non subve-
niri ut in ipsa obligacione moria-
tur. Illum baptizatum relinqui in hac
vita quem prescivit deus impium
futurum. Istum vero baptizatum rapi
ex hac vita ne malicia mutet
intellectum eius. Et nolite in istis da-
re iniusticiam vel insipienciam
deo apud quem iusticie fons est
et sapiencie. Sed sicut vos exhor-
tatus sum ab inicio sermonis huius
in quod pervenistis in eo ambulate.
Et hoc quoque vobis deus revelabit, et si
non in hac vita certe in alia. Nichil
est enim occultum quod non revelabitur.
Cum ergo auditis dicentem dominum Ego
dominus seduxi prophetam illum. Et quod ait
apostolus cuius vult miseretur et quem
vult obdurat. In eo quod seduci per-
mittit vel obdurari mala eius
merita credite. In eo vero cui mi-
seretur graciam dei non reddentis mala
pro malis sed bona pro bonis mal

fideliter et indubitanter agnoscite.
Non ideo auferatur a Pharaone
liberum arbitrium quia multis locis
dicat deus Ego induravi Phara-
onem vel induravi aut indu-
rabo cor Pharaonis. Non enim
propterea ipse Pharao non indu-
ravit cor suum. Nam et hoc de illo
legitur cum ablata est ab Egip-
tiis cinomia, dicente scriptura
et ingravavit Pharao cor suum et
in isto tempore et noluit dimittere
populum. Ut per hoc et deus induraret
per iustum iudicium et ipse Pharao
per liberum arbitrium. Certi ergo
estote quia non erit inanis labor
vester si in bono proposito perficientes
perseveretis usque in finem. Deus enim
qui modo illis quos liberat
non reddit secundum opera eorum, tunc
reddet unicuique secundum opera eius. Red-
det omnino deus et mala pro ma-
lis quia iustus est et bona pro
malis quia bonus est et bona
pro bonis quia bonus et iustus est.
Tantummodo mala pro bonis non
reddet quia iniustus non est. Reddet
ergo mala pro malis penam pro
iniusticia et reddet bona pro
malis graciam pro iniusticia et red-
det bona pro bonis graciam pro
gracia. Repetite assidue librum istum
et si intelligitis deo gracias agite.
Ubi autem non intelligitis orate
ut intelligatis. Dabit enim vobis
deus intellectum. Mementote scriptum
esse: Si quis vestrum indiget sapiencia
postulet a deo qui dat omnibus afflu-
enter et non improperat et dabitur
ei. Ipsa est sapiencia desursum descen-
dens sicut ipse apostolus dicit. Illam
vero sapienciam repellite a vobis et ora-
te ut non sit in vobis quam detes-
tatus est ubi ait: Quod si zelum
amarum habetis, et contenciones
in vobis sunt, non est ista sapiencia
desursum descendens sed terrena anima-
lis diabolica. Ubi enim zelus et
contencio est, ibi inconstancia et

omne opus prauum. Que autem
desursum est sapientia. Primum qui-
dem pudica est. Deinde paci-
fica modesta suadibilis plena
misericordia et fructibus bonis. Inesti-
mabiles sine simulatione. Quis
boni ergo non habebit qui hanc
sapientiam postulauit et impetra-
uit a domino. Et hanc intelli-
gite gratiam. Nam si ex vobis esset
ista sapientia desursum non esset. Nisi
ab ipso qui nos creauit deo
postulanda esset. Fratres ora-
te et pro nobis ut sobrie et
pie et iuste viuamus in hoc
seculo expectantes et illam beatam
spem et manifestationem domini
et saluatoris nostri ihesu xpi cui
est honor et gloria et regnum
cum patre et spiritu sancto in secula
seculorum Amen. Et de. vlt.

Incipit liber Cur deus homo
liber beati Anshelmi Cantu-
ariensis Archiepiscopi sequitur

Saepe et studiosissime ro-
gatus sum et verbis
et litteris quatenus cuiusdam de
fide nostra questionis
rationes quas soleo re-
spondere querentibus memorie
scribendo commendem. Dicunt enim
sibi eas placere et arbitrantur su-
fficere. Quod petunt non per rationem
ad fidem accedant sed ut eorum que
credunt intellectu et contemplatione de-
lectentur et ut sint quantum possunt
parati semper ad satisfactionem omni po-
scenti se rationem de ea que in no-
bis est spe. Quam quidem que-
stionem solent et infideles nobis
simplicitatem christianam quasi fatu-
am deridentes obicere et fide-
les multi in corde versare. Qua
scilicet ratione vel necessitate deus homo
factus sit et morte sua sicut credi-
mus et confitemur mundo vitam red-
diderit. Cum hoc aut per aliam perso-
nam siue angelicam siue humanam
aut sola voluntate facere potuit.
De qua questione non solum litterati
sed etiam illitterati multi querunt
et rationem eius desiderant. Quoniam
ergo multi de hac tractari postu-
lant et licet in querendo valde
videatur difficilis in soluendo ta-
men omnibus est intelligibilis
et propter utilitatem et rationis pulchri-
tudinem amabilis. Quamvis a sanctis
patribus inde quod sufficere debeat
dictum sit. Tamen de illa cura-
bo quod deus michi dignabitur
aperire petentibus ostendere. Et
quoniam ea que per interrogationem
et responsionem investigantur
multis et maxime tardioribus inge-
niis magis patent et ideo plus
placent. Unum ex illis qui hoc
flagitant qui inter alios insta-
ntius ad hoc me sollicitant acci-
piam mecum disputantem. Ut
Boso querat et Anshelmus

Respondeat. Quomodo Boso Sicut
rectus ordo exigit ut profunda
christiane fidei prius credamus quam ea
presumamus ratione discutere ita negli-
gencia michi videtur si postquam confir-
mati sumus in fide non studemus
quod credimus intelligere. Et nam
quia gracia dei preveniente fidem
nostre redempcionis sic puto me
tenere ut etiam si nulla possim
quod credo ratione comprehendere nichil
sit quod ab eius firmitate
me valeat evellere. Tunc pe-
to michi aperiri quod ut scis plures me-
cum petunt qua scilicet ratione deus
cum sit omnipotens humilitatem et infir-
mitatem humane nature pro eius
restauracione assumpserit. Anshel-
mus Quod queris a me supra
me est et ideo altiora me tra-
ctare timeo ne forte cum putaverit
aut etiam viderit aliquis
me non sibi satisfacere plus existi-
met rei veritatem plus deviasse
quam intellectum meum ad eam capi-
endam non sufficere. Boso Non
hoc tantum timere debes quantum
est reminisci quia sepe contingit
in colloquio de aliqua questione ut
deus aperiat quod prius latebat et
sperare de gracia dei quia si ea que
gratis accepisti libenter impertire
altiora que nondum attigisti
merebis accipere. Est et aliud
propter quod video vix aut nulla-
tenus posse ad plenum inter nos de
hac re tractare quoniam ad hoc est
necessaria noticia potestatis et necessitatis
et voluntatis et quarundam aliarum
rerum que sic se habent ut earum
nulla possit plene sine aliis
considerari et ideo tractatus earum
suum postulat opus quod nullum reputo
facile nec omnino inutile. Nam
earum ignorancia quedam facit
difficilia que per earum noticiam

fiunt facilia. Boso Sic breviter
de hiis suis locis dicere potes
ut quod sufficiat ad presens opus
habeamus et quod plus dicendum
est in aliud tempus differamus.
Anshelmus Hoc quoque multum me
retrahit a peticione tua quia pe-
ticio non solum preciosa sed sicut
est de preciosa speciosa
forma sic et hominum deus et
est speciosa ratione super intellectum
hominum. Unde timeo ne quem-
admodum ego soleo indignari
pravis pictoribus cum ipsum dominum
informi figura pingi video ita
michi contingat si tam decoram
materiam incompto et contemptibili
dictamine exarare presumo. Boso
Nec te hoc debet retrahere
quia sicut tu permittis ut qui-
libet melius dicat si potest ita nulli preclu-
dis ut cui dictamen tuum non
placet pulchrius non scribat.
Sed ut omnes excusaciones tuas ex-
cludam quod postulo non facies do-
ctis sed michi et hoc mecum pe-
tentibus. Anshelmus Quoniam
video importunitatem tuam et illorum
qui tecum ex caritate
et religioso studio pe-
tunt temptabo pro
mea possibilitate deo adiuvante
et vestris oracionibus quas hoc po-
stulantes sepe michi petenti
ad hoc ipsum promisistis quod queritis
non tam ostendere quam tecum
querere sed eo pacto quo cuncta
que dico volo accipi videlicet
ut si quid dixero quod maior
non confirmet auctoritas quamvis illud
ratione probare videar non
alia certitudine accipiatur nisi
quia interim michi ita videtur donec
deus michi melius aliquo modo revelet. Quod
si aliquatenus questioni tue satis-
facere potero certum esse debebit

quia et sapientie et ... me plenius sic facere potest. Primo sciendum est quicquid inde homo dicere possit altiores tante rei adhuc latere rationes.

Obiectiones infidelium et responsiones fidelium. Capitulum iii

Fatere igitur ut verbis utar infidelium. Equum enim est ut cum nostre fidei rationem studemus inquirere ponam eorum obiectiones qui nullatenus ad fidem eandem sine ratione volunt accedere. Requirunt enim illi rationem quia non credunt. Nos vero quia credimus unum idemque est quod querimus. Et si quid responderis cui auctoritas sacra obsistere videatur, liceat illam michi ostendere quatenus quomodo non obsistat aperias. Anshelmus. Dic quod tibi videtur. Boso. Obiciunt nobis deridentes simplicitatem nostram infideles quia deo facimus iniuriam et contumeliam cum eum asserimus in uterum mulieris descendisse, natum esse de femina et lacte et alimentis humanis nutritum crevisse, et ut multa alia taceam que deo non videntur competere, lassitudinem, famem, sitim, verbera et inter latrones crucem mortemque sustinuisse. Anshelmus. Nos non facimus deo iniuriam nullam aut contumeliam, sed toto corde gratias agentes laudamus et predicamus ineffabilem altitudinem misericordie eius, quia quanto nos mirabilius et preter opinionem de tantis et tam debitis malis quibus eramus ad tanta et tam indebita bona que perdideramus restituit, tanto maiorem dilectionem et pietatem erga nos monstravit. Si enim diligenter considerarent quam convenienter hoc modo procurata sit humana restauratio, non deriderent nostram simplicitatem, sed dei laudarent nobiscum sapientem benignitatem. Oportebat namque ut sicut per hominis inobedienciam mors in humanum genus intraverat, ita per hominis obedienciam vita restitueretur. Et quemadmodum peccatum quod fuit causa nostre dampnationis initium habuit a femina, sic nostre iustitie et salutis auctor nasceretur de femina. Et ut dyabolus, qui per gustum ligni quem persuasit hominem vicerat, per passionem ligni quam intulit ab homine vinceretur. Sunt et multa alia que studiose considerata inenarrabilem quandam nostre redemptionis hoc modo procurate pulchritudinem ostendunt.

Quod rationes hec et infidelibus non necessarie videantur, sed quasi quedam picture. Capitulum iiii

Omnia hec pulchra et quasi quedam picture suscipienda sunt. Sed si non est aliquid solidum super quod sedeant, non videntur infidelibus sufficere cur deum ea que dicimus pati voluisse credere debeamus. Nam qui picturam vult facere eligit aliquid solidum super quod pingat ut maneat quod pingit. Nemo enim pingit in aqua vel in aere, quia ibi nulla manent picture vestigia. Quapropter cum has convenientias quas dicis infidelibus quasi quasdam picturas rei geste obtendimus, quoniam non rem gestam sed figmentum arbitrantur esse quod credimus, quasi super nubem pingere nos existimant. Ostendenda est ergo prius veritatis soliditas racionalis, id est necessitas que probat deum ad ea que predicamus debuisse aut potuisse humiliari.

Deinde ut ipsum quasi corpus veritatis plenius niteat iste convenientie quasi picture corporis sunt exponende. Anshelmus. Nonne satis necessaria ratio videtur cur deus ea que diximus facere debuit quia genus humanum tam scilicet preciosum opus eius omnino perierat. Nec decebat ut quod deus de homine proposuerat penitus annichilaretur nec eius idem propositum ad effectum duci poterat nisi genus hominum ab ipso creatore suo liberaretur.

Quod redemptio hominis non potuit fieri per aliam quam per dei personam. Capitulum sequens

Hec ipsa liberatio si per aliam quam per dei personam sive per angelum sive per hominem esse facta quolibet modo diceretur mens humana multo tollerabilius acciperet. Poterat enim hominem deus aliquem facere sine peccato non de massa peccatrice nec de alio homine sed sicut fecit adam per quem hoc ipsum opus fieri potuisse videretur. Anshelmus. An non intelligis quia quecumque alia persona hominem a morte eterna redimeret eius servus idem homo recte iudicaretur. Quod si esset nullatenus restauratus esset in illam dignitatem quam habiturus erat si non peccasset cum ipse qui non nisi dei servus est equalis angelis bonis per omnia venturus futurus erat servus esset eius qui deus non esset et cuius angeli servi non erant.

Qualiter reprehendant infideles quod dicimus deum morte sua nos redemisse et sic dilectionem suam erga nos ostendisse et pro nobis expugnare dyabolum venisse

Hoc est quod valde mirantur quia liberationem hanc redemptionem vocamus. In qua namque aiunt nobis captione aut in quo carcere aut in cuius potestate tenebamini unde nos deus non potuit liberare nisi nobis tot laboribus et ad ultimum sanguine suo nos redimeret. Quibus cum dicimus redemit nos a peccatis et ab ira sua et de inferno et de potestate dyaboli quem quia nos non poteramus ipse pro nobis venit expugnare et redemit nobis regnum celorum. Et quia hec omnia hoc modo fecit ostendit quantum nos diligeret. Respondent. Si dicitis quia facere deus hec omnia non potuit solo iussu quem cuncta creasse iubendo dicitis repugnatis vobis metipsis qui impotentem illum facitis. Aut si fatemini quia potuit sed non voluit nisi hoc modo quomodo sapientem illum potestis ostendere quem sine ulla ratione tam indecentia velle pati asseritis. Omnia enim hec que obtenditis in eius voluntate consistunt. Ira namque dei non est aliud quam voluntas puniendi. Si ergo non vult punire peccata hominum liber est homo, liber est homo a peccatis et ab ira dei et ab inferno et a potestate dyaboli que omnia propter peccata patitur et recipit ea quibus propter eadem peccata privatur. Nam in cuius potestate est infernus aut dyabolus. Aut cuius est regnum celorum nisi eius qui fecit omnia. Quecumque namque timetis aut desideratis eius voluntati subiacent cui nichil potest resistere. Quare ergo si humanum genus salvare noluit nisi quo dicitis cum sola voluntate

s. Anshelmus

potuit, ut iniustus diceretur. Vide quid eius sapientiae repugnaret. Nam si homo quod facile posset cum gravi labore sine ratione faceret, nullo modo sapiens ab illo iudicaretur. Nempe quem dicitis deum quantum nos diligat nulla ratione ostendere, si nullatenus aliter hominem potuisse salvare non monstratur. Nam si aliter non potuisset, tunc forsitan necesse esset ut hoc modo dilectionem suam ostenderet. Nunc vero cum aliter possit salvare hominem, que causa est ut propter ostendendam suam bonitatem ea que dicitis faciat et sustineat? Annon enim ostendit bonis angelis quantum eos diligit, pro quibus talia non sustinet? Quod vero dicitis eum venisse expugnare pro nobis dyabolum, quo sensu audetis proferre? Nonne dei potentia omnia regnat ubique? Quo ergo indigebat deus, ut ad vincendum dyabolum de celo descenderet? Hec nobis infideles obicere posse videntur. Sequitur

Quod nullam dyabolus iusticiam adversus homines quare videatur habere tunc deus hoc modo hominem liberaret. Capitulum

Sed et illud quod dicere solemus, deum scilicet debuisse prius per iustitiam contra dyabolum agere ut liberaret hominem quam per fortitudinem, ut cum dyabolus eum in quo nulla mortis erat causa et qui deus erat occideret, iuste potestatem quam super peccatores habebat amitteret, alioquin iniustam violentiam fecisset illi, quia iuste possidebat hominem, quem non ipse violenter attraxerat, sed idem homo ad illum se sponte contulerat, non video quam vim habeat. Nam quod si dyabolus aut homo suus esset aut alterius quam dei, aut in alia quam dei potestate maneret, forsitan hoc recte diceretur. Cum autem dyabolus aut homo nisi dei non sit et neuter extra potestatem dei consistat, quam causam debuit agere deus cum suo, in suo, de suo, nisi ut servum suum puniret, qui conservo suo communem dominum deserere et ad se transire persuasit, ac traditor fugitivum fur furem cum furto domini sui suscepisset? Uterque namque fur erat, cum alter alterum persuadente se ipsum domino suo furabatur. Quid enim iustius fieri posset, si hoc deus faceret? Aut si iudex omnium deus hominem sic possessum de potestate tam iniuste possidentis vel ad puniendum illum aliter quam per dyabolum vel ad parcendum illi eriperet, que hec iniusticia esset? Quamvis enim homo iuste a dyabolo torqueretur, ipse tamen illum iniuste torquebat. Homo namque meruerat ut puniretur, nec ab ullo convenientius quam ab illo cui consenserat ut peccaret. Dyabolo vero nullum meritum erat ut puniret; immo tanto hoc faciebat iniustius quanto non ad hoc amore iustitie trahebatur sed instinctu malitie impellebatur. Nam hoc non faciebat deo iubente, sed incomprehensibili sapientia sua, qua et iam mala ordinat, bene permittente. Et puto illos qui dyabolum aliquam opinantur habere in possidendo hominem iustitiam ad hoc inde adduci, quia vident hominem dyaboli vexationi iuste subiacere et deum hoc iuste permittere, et ideo putant dyabolum illam iuste inferre.

Contigit idem enim aliquid diver-
sis consideracionibus esse iustum
et iniustum iudicari. Evenit enim
ut aliquis innocentem iniuste
percutiat unde ipse iuste percuti merea-
tur. Si tamen percussus se vindi-
care non debet et percutit impa-
cienter se, iniuste hic facit.
Hec igitur percussio et ex parte per-
cucientis est iniusta quia non
debuit se vindicare, et ex parte per-
cussi iusta quia iniuste percuciens
iuste percuti meruit. Diversis i-
intuitibus iusta et iniusta est
eadem actio quam contingere potest ab
illo iudicari iustam tantum, ab illo in-
iustam. Hoc itaque modo dyabolus
dicitur iuste vexare hominem quia
deus hoc iuste permittit et ho-
mo iuste patitur. Sed et quod ho-
mo iuste dicitur pati non sua iusticia
pati iuste dicitur sed quia iusto dei
iudicio dei punitur. Quod si obtenditur
cyrographum illud decreti
quod adversum nos dicit apostolus
fuisse et per mortem Christi dele-
tum fuisse, et putat aliquis per
illud significari quia dyabolus
quasi sub cirographo pacti cirographo
ab homine iuste ante Christi pas-
sionem peccatum velud usuram primi
peccati quod persuasit homini et pe-
nam peccati exigeret ut per hoc iu-
sticiam suam super hominem probare
videretur, nequaquam ita intelligen-
dum puto. Quippe cyrogra-
phum non est dyaboli quia dici-
tur cyrographum decreti. Decretum
enim illud non erat dyaboli sed dei.
Iusto namque dei iudicio
decretum erat et quasi cirographo
confirmatum ut homo qui sponte
peccaverat nec peccatum nec penam
peccati vitare per se posset. Est
enim spiritus vadens et non rediens. Et qui
facit peccatum servus est peccati nec
qui peccat impunitus debet dimit-
ti nisi misericordia peccatori parcat
et eum liberet et reducat. Qua-
mobrem per hoc cyrographum
possumus nullam invenire dya-
boli iusticiam aut in vexacione
hominis credere debemus. Denique sicut
in bono angelo nulla omnino est
iniusticia, ita in malo nulla
penitus est iusticia. Non igitur
erat in dyabolo cur deus contra
illum ad liberandum sua uti forti-
tudine non deberet. Capitulum

Quod licet humilia que dicimus
de Christo non conveniant ad di-
vinitatem, tamen inconve-
niencia videatur ea de illo
dici, secundum tamen illius videatur idem
homo non sponte mortuus
esse. Capitulum sequitur.

Sufficere nobis debet
voluntas dei ad rationem
cum aliquid facit, licet
non videamus cur ve-
lit. Voluntas namque
dei numquam est irrationalis. Boso:
Verum est si constat deum illud
velle. Unde agitur nequaquam.
Tamen argumentant multi deum
aliquid si ratio repugnare
videatur. Anshelmus: Quid
tibi repugnare videtur cum
tu deum ea voluisse fatemur
que de eius incarnatione
credimus? Boso: Hoc ut breviter
dicam, altissimum ad tam humilia
inclinari, omnipotentem aliquid
facere cum tanto labore. Anshelmus:
Qui hoc dicunt non intelligunt
quod credimus. Nam nos
absque dubio asserimus impassi-
bilem nec ullatenus posse a sua
celsitudine humiliari nec in
eo quod facere vult laborare. Sed
dominum Ihesum Christum dicimus deum
verum et verum hominem unam
personam in duabus naturis
et duas naturas in una persona

Vnde cum dicimus Deum aliquid
humile aut infirmum pati, Non
hoc intelligimus secundum sublimitatem
impassibilis nature sed secundum
infirmitatem humane substancie quam
gerebat Et fidei nostre nulla racio obvi-
are cognoscitur Sicut enim nul-
lam divine substancie significamus humili-
tatem sed unam dei et hominis
monstramus esse personam. Non
ergo in incarnacione dei ulla
eius humilitas intelligitur
facta sed natura hominis creditur ex-
altari. Boso Ita sit nichil
imputetur divine nature quod secundum
infirmitatem hominis de Christo di-
citur quomodo iustum aut racionale pro-
bari potest quia deus hominem illum
quem pater filium suum dilectum in-
quo sibi bene complacuit vocat
Et quem filius seipsum facit sic
tractavit aut tractari permisit
Que autem iusticia est hominem
omnium iustissimum morti tradere pro
peccatore Quis homo si innocentem
dampnaret et nocentem liberaret
Dampnandus non iudicaretur
ad idem enim res redire videtur
inconveniens quod supra dictum est
Nam si aliter peccatores non potuit
salvare quam iustum dampna-
do ubi est eius omnipotencia
Si vero potuit et non voluit
quomodo defendimus sapienciam eius
atque iusticiam Anshelmus Deus
pater non quemadmodum videris
intelligere hominem illum tractavit
aut innocentem pro nocentem
morti tradidit. Non enim
invitum ad mortem ille coegit
aut occidi permisit sed idem ipse
sponte sua morte sustinuit ut
homines salvaret Boso Etiam
si non invitum quod voluntati
patris consensit quodam tamen modo
illum coegisse videtur precipiendo

Dicitur enim quia Christus humiliavit
semetipsum factus obediens patri
usque ad mortem mortem autem crucis
propter quod et deus exaltavit illum Et
quia didicit obedienciam ex his
que passus est Et quia proprio filio suo
non pepercit pater sed pro nobis omni-
bus tradidit illum Et idem filius
dicit Non veni voluntatem meam
facere sed voluntatem eius qui mi-
sit me Et iturus ad passionem
dicit Sicut mandatum dedit
michi pater sic facio Item calicem
quem dedit michi pater non bibam
illum Et alibi pater si possibile est tran-
seat a me calix iste Verumtamen
non sicut ego volo sed sicut tu
pater si non potest hic calix transire nisi
bibam illum fiat voluntas tua
In his omnibus plus videtur Christus
obediencia cogente quam spon-
tanea voluntate disponente
mortem sustinuisse Contra de-
eo quod sponte mortuus sit et quod
sit obediens factus usque ad mor-
tem et propter quod deus illum exaltat
Et non veni voluntatem meam
facere Et proprio filio suo non pe-
percit deus Et non sicut ego vo-
lo sed sicut tu Capitulum nonum

Et michi videtur non bene
discernis inter hoc quod fecit
exigente obediencia
et quod fecit quia serva-
vit obedienciam sustinuit
non exigente obediencia Boso Necesse
ab eo est ut hoc apertius expo-
nas Anshel. Cur persecuti sunt
eum Iudei usque ad mortem
Boso Non ob aliud nisi quia
veritatem et iusticiam vivendo et
loquendo indeclinabiliter tenebat
Anshel. Hoc puto quia deus
ab omni racionabili creatura exigit
Et hec illa per obedienciam debet
Boso Hoc statim nos oportet An-
shelmus Hanc igitur obedienciam

debebat, hoc ille deo patri et huma-
nitas diuinitati et hanc ab illo exi-
gebat pater. Boso. Hoc nullum dubium.
Anshelmus. Ecce habes quomodo fecit exi-
gente obediencia. Boso. Verum est et
iam video quomodo sponte illatam ab iniquis
obediencia perseuerans sustinuit.
Nam illata est illa mors quia
perstitit in obediencia. Et hanc su-
stinuit. Sed quomodo hoc obediencia non exi-
git non intelligo. Anshelmus.
Si homo nunquam peccasset deberet
pati mortem aut deus ab illo hoc
debet exigere. Boso. Quemadmodum
credimus, ut homo moreretur nec
ab illo exigetur, sed ab homine vel
a te audire racionem volo. Anshel[mus].
Racionalem creaturam iustam esse fa-
ctam et ad hoc ut deo fruendo beata
esset non negas. Boso. Non.
Anshel[mus]. Deo autem nequaquam exi-
stimabis conuenire ut quam fecit
iustam et ad beatitudinem miseram
esse sine culpa cogat. Mortem
enim inuitum pati miserum est. Bo-
so. Patet quia si non peccasset
non debet ab eo deus mortem
exigere. Anshelmus. Non ergo
deus coegit christum mori in quo
nullum fuit peccatum sed ipse sponte
sustinuit mortem non per obedi-
enciam deserendi vitam, sed propter
obedienciam seruandi iusticiam, in
qua tam fortiter perseuerauit
ut inde mortem incurrerit. Potest etiam dici
quia illi precepit pater ut moreretur cum hoc
precepit unde incurrit mortem.
Ita ergo sicut mandatum dedit
illi pater sic fecit et calicem
quem dedit bibit. Et factus est obe-
diens usque ad mortem. Et sic didi-
cit ex his que passus est obedienciam.
Idest quantum seruanda sit obediencia.
Verbum autem quod positum est didi-
cit duobus modis intelligi potest.
Aut enim dictum est quia per ali-
os fecit discere aut quia per scienciam
non ignorabat experimento didicit.

Quod autem apostolus cum dixisset humi-
liauit semetipsum factus obedi-
ens usque ad mortem, mortem autem
crucis, subdidit propter quod et deus
exaltauit illum. Et donauit
illi nomen quod est super omne nomen.
Huic simile est quod dauid dicit:
De torrente in via bibet propterea
exaltauit caput. Non
ita dictum est quasi nullatenus
potuisset peruenire ad hanc
exaltacionem nisi per hanc mortis
obedienciam. Et hec exaltacio
non nisi in retribucionem huius
obediencie collata sit. Prius enim
quam pateretur ipse dixit omnia
sibi esse a patre tradita et omnia
patris esse sua. Sed quia ipse
cum patre et spiritu sancto disposue-
rat se non aliter quam per mortem
celsitudinem omnipotencie sue
mundo ostensurus. Nempe quod
non nisi per illam mortem fieri
dispositum est. Cum per illam
fit non incongrue dicitur propter illam
fieri. Si enim intendimus facere
aliquid sed proponimus non prius
quod illud fiat aliud, cum iam factum
est quod volumus precedere, si fit quod
intendimus, recte dicitur propterea
fieri quia factum est propter quod dif-
ferebatur quia non nisi post illud
fieri dispositum erat. Exempli gratia si
fluuium quem equo et naui
pertransire possum propono non
me nisi nauim pertransiturus et
ideo differo transmeare quoniam
nauis abest cum presto est nauis
si transeo recte de me dicitur nauis
parata fuit propterea transiuit.
Et non tantum ita loquimur quando per
illud quod precedere volumus
sed et quando non per illud sed
tantum post illud facere aliquid
aliud facimus. Siquis enim cibum

sumere differt pr̄ea quia
nō debet eo die tm̄ ipse cele
bracōni. Affuit pacto qđ ipus
facē nolebat nō ingrue illi
dr̄ Jam sume tibi pr̄ea
quia iam fecisti pr̄ quod sumē
differbat. Multo igit̄ minus
indispensata est locucio illa exp̄
dicit̄ exaltatus pr̄ea qr̄ mor
tem sustinuit per quam et p̄
quam exaltacōm facē decre
uit. Post hec et eo modo in
telligi quia idem dn̄s legit̄
p̄fecisse sapia et grā apud
deum nō quia ita erat. Sz
quia ille sic se habebat. ac
si ita esset. Nam si p̄ mor
tem ita exaltatus est quasi
p̄t illam hoc fiet erd̄ aut ipe
dicit Non veni voluntatem me
am facē. sed eius qui misit
me Tale est quale est il
lud mea doctrina nō est mea
sed eius qui misit me pa
tris. Nam qđ q̄s nō habet
a se. sed a deo hec nō tam
suū est quam dei dicē debet
Nullus vero homo a se hab
uit tem quam docet aut iustam
voluntatem sed a deo. Non ergo
venit quod sup voluntatem su
am facē sed patris quia ista
voluntas quam habebat nō
erat ex humanitate sed ex diui
nitate. Proprio vero filio suo nō
pepercit deus. sed pro nobis
tradidit illum. nō est aliud
quam nō liberauit eum. Man
dēta in sacra scriptura quam
inuenitur. Ubi autem dicit pater
si possibile est transeat a me
calix iste. Verumptamen nō si
cut ego volo sed sicut tu.
Et si nō p̄t transire hic ca
lix nisi bibam illum fiat vo
luntas tua. Naturalem

vltus

salutis per voluntatem significat
appetitum quo humana caro do
lorem mortis fugiebat. Voluntatem
vero patris dicit. nō quia ma
luit p̄r filij mortem quam vitam
sed quia humanum genus restau
rare valebat. Placere nisi facet
homo aliquid tam magnum sicut
erat mors illa. Quia nō poste
bat id qđ alius. facē nō pote
rat Ideo dicit filius se
velle mortem suam quam ipe vult
pati quam ut genus humanum
nō saluetur. Ac si diceret Tu nō
vis alia reconciliacōm mundi fi
eri [illegible] hoc modo mortem velle
meam. Fiat igit̄ hec volun
tas tua .i. fiat mors mea vt
mundus tibi reconcilietur. Nam
sepe aliquem velle dicimus ali
quid quia nō vult aliud qđ
si vellet nō fiet illud qđ dr̄
velle Ut cum dicimus illum vel
le lucernam extinguere qui nō
vult claudere fenestram per quam
ventus intrat qui lucernam
extinguit. Sic igit̄ voluit
p̄r mortem filij quia nō aliter
voluit mundum saluari nisi ho
mo tam magnum aliquid facet vt
dixi qr̄ filio suo volenti salu
tem hominum [illegible] valuit quam
alius hec facē nō valebat. Ex
tunc si illi mori pro paupere vn
ille dixit Sicut mandatum dedit
illi p̄r sic fecit Et calicem quem
dedit ei pater bibit obediens
usque ad mortem

Item de eysdem quod aliter re
cte intelligi potest Capitulum

Potest etiam recte intel
ligi quia per illam piam
voluntatem qua voluit
filius pro salute mundi
mori [illegible]. illi p̄r. nō tam
cogendo mandatum et talicem

passionis et non pepercit illi sed
pro nobis tradidit illum et mor
tem illius voluit. et quia ipse
filius obediens fuit usque ad mor
tem. et didicit ex hiis que pas
sus est obedienciam. Quemadmo
dum enim secundum humanitatem non habe
bat a se voluntatem iuste viuen
di sed a patre. Ita et voluntatem
illam qua ut tam bonum faceret
modi voluit non potuit habere
nisi a patre luminum a quo est
omne datum optimum et omne donum
perfectum. et sicut pater trahere
dando voluntatem dicitur. Ita
non incongrue sibi impellere
asseritur. Sicut enim filius dicit
de patre. Nemo venit ad me
nisi pater traxerit eum. Ita dicere
potuit nisi impulerit eum.
Ille que preferre debuit velut
nemo tendit ad mortem propter
nomen meum nisi pater impulerit
aut traxerit eum. Trahitur namque
voluntate quisque ad quod indecli
nabiliter vult. trahi vel impel
litur non inconvenienter trahere aut
impellere deus eum tenus dat
voluntatem affirmatur. In quo trac
tu vel impulsu nulla intel
ligitur violencie necessitas. sed acce
pte bone voluntatis spontane
a et amara tenacitas. Si er
go hoc modo negare nequit
patrem voluntatem illam dando
ad mortem filium traxisse filium
vel impulisse. quis non vi
deat eadem ratione mandatum
illi ut mortem sponte sustineret
et talem calicem non invitus
bibere dedisse. Et si filius sibi
non pepercisse. sed pro nobis spon
tanea voluntate seipsum tradi
disse recte dicitur. Quis neget
recte dici. Quia pater a quo tenemus

voluntatem habuit illi non pe
percit sed pro nobis tradidit
illum et mortem eius voluit
hoc etiam modo intimabitur
et sponte suando acceptam
a patre voluntatem. Filius fa
ctus est obediens illi usque ad
mortem et didicit ex hiis
que passus obedienciam. Idest
quam magna res facienda
sit per obedienciam. Nam tunc
est simplex et vera obediencia
cum rationalis natura non necessitate
sed sponte suam voluntatem
a deo acceptam. Alio quoque mo
do recte passum patrem voluisse
se filii mortem intelligere quis
libet, isti puto sufficere. Nam
sicut velle dicimus eum qui
facit ut alius velit, ita dici
mus illum ita velle qui non
facit ut alius velit sed appro
bat quia vult. Ut cum videmus
aliquem fortiter pati velle mo
lestiam ut perficiat quod bene
vult quamvis fateamur nos velle
ut illam penam sustineat non
tamen volumus aut amamus
penam eius sed voluntatem.
Illum quoque qui prohibere potest
et non prohibet solemus dicere
quia vult quod non prohibet.
Quoniam ergo patri filii voluntas
placuit nec prohibuit eum
velle aut implere quod volebat
recte voluisse ut filius mor
tem tam pie tam utiliter susti
neret quamvis penam eius
non amaret affirmatur. Non
autem potuisse taliter sustinere
nisi biberet illum dicit. Non
quia non posset mortem vitare
si vellet. sed quia sicut dictum
est mundum erat aliter impossibile
salvari et ipse indeclinabiliter
valeat potius mortem pati

quam ut inductus non salvaret.
Ideo quod illa verba dixit ut do-
ceret quod nullum genus aliud saluti
non posse quam per mortem su-
am. Vel ut ostenderet se mor-
tem nequaquam voluisse vitare
tam quod tunc de illo dicitur.
Hys que dicta sunt similia
sunt sic exponenda ut nul-
la necessitate sed libera voluntate
mortuus credatur. Erat namque
[illegible] ut de illo dicitur: Oblatus est
quia ipse voluit. Et ipse
dicit: Ego pono animam meam
et iterum sumam eam. Nemo
tollet eam a me, sed ego po-
nam eam a meipso. Potestatem
habeo ponendi eam et potesta-
tem habeo iterum sumendi eam.
Quod ergo idem ipse sua potestate
facit nullatenus cogi recte di-
citur. Bos. Hoc plenum quia permittit
deus illum sic tractari etiamsi
volentem non videtur tali patri
de tali filio convenire. Ans.
Immo maxime debet talem
patrem tali filio consentire si quod
vult laudabiliter ad honorem dei
et utiliter ad salutem hominum quod
aliter fieri non potuit. Bos. In
hoc adhuc versamur qualiter mors
illa rationabilis et necessaria mon-
strari possit. Aliter namque nec
ipse filius eam velle nec pa-
ter cogere aut permittere de-
buisse videtur. Queritur enim cur
deus aliter hominem salvare non
potuit aut si potuit cur hoc
modo voluit. Nam et incon-
veniens videtur esse deo hominem
hoc modo voluisse. Nam et
inconveniens videtur esse deo hominem
hoc modo salvasse, nec apparet
quid mors ista valeat ad
salvandum hominem. Mirum enim
est si deus sic delectatur

aut eget sanguine innocentis
necatio nisi nisi eo interfecto parce-
re quoniam velit aut possit inno-
centi. Ans. Quoniam accipis in
hac questione personam eorum
qui credere nichil volunt nisi pre-
monstrata ratione, volo tecum paci-
sci ut nullum vel minimum incon-
veniens in deo a nobis accipiatur
et nulla minima ratio si maiori
non repugnat reiciatur. Sicut enim
in deo quamlibet parvum inconveniens
sequitur impossibilitas, ita quamlibet
parvam rationem si maiori non vin-
citur comitatur necessitas. Bos.
Nichil in hac re accipio liben-
tius quam ut hoc pactum communiter
inter nos fiat. Ans. De incar-
natione tantum dei et de hys que
de illo assumpto homine credi-
mus questio est. Bos. Ista est. Ponamus
ergo dei incarnationem et que de
illo dicimus homine numquam fuisse et
constet inter nos hominem esse factum
ad beatitudinem que in hac vita
haberi non potest nec ad illam pos-
se pervenire quemquam nisi di-
missis peccatis nec ullum hominem
hanc vitam transire sine peccato
et ~~illa quorum~~ alia quorum fides
ad salutem eternam necessaria est. Bos.
Ita fiat quia nichil in
hys impossibile aut inconveniens
deo videtur. Ans. Necessaria est igitur
hominum peccatorum remissio ut beatitudinem
ut beatitudinem perveniat. Bos.
Sic omnes tenemus. Sequitur

Quomodo sit peccare et pro peccato
satisfacere. Capitulum

Querendum ergo est qua
ratione deus dimittat
peccata hominibus et ut
hoc faciamus apertius
prius videamus quomodo sit peccare

et quid sit pro peccato satisfacere. Boso: Tuum est respondere et meum est intendere. Anshelmus: Si angelus et homo semper redderent deo quod debent numquam peccarent. Boso: Non possum contradicere. Anshelmus: Non est itaque aliud peccare quam non reddere deo debitum. Boso: Quod est debitum quod deo debemus. Anshelmus: Omnis voluntas racionalis creature subiecta debet esse dei voluntati. Boso: Nichil verius. Anshelmus: Hoc est debitum quod debet angelus et homo deo quod solvendo nullus peccat et quod omnis qui non solvit peccat. Hec est iusticia sive rectitudo voluntatis que iustos facit sive rectos corde id est voluntate. Hic est solus et totus honor quem debemus deo et a nobis exigit deus. Sola namque talis voluntas opera facit placita deo cum potest operari et cum non potest ipsa sola per se placet quia nullum opus sine illa placet. Hunc honorem debitum qui deo non reddit aufert deo quod suum est et deum exhonorat et hoc est peccare. Quamdiu autem non solvit quod rapuit manet in culpa. Nec solummodo sufficit reddere quod ablatum est sed pro contumelia illata plus debet reddere quam abstulit. Sicut enim qui ledit salutem alterius non sufficit si salutem restituat nisi pro illata doloris iniuria recompenset aliquid ita qui honorem alicuius violat non sufficit honorem reddere si non secundum exhonorationis factam molestiam aliquid quod placeat illi quem exhonoravit restituat. Hoc quoque attendendum quia cum aliquis quod iniuste abstulit solvit hoc debet dare quod ab illo non posset exigi si alienum non rapuisset. Sic ergo omnes qui peccant honorem deo quem rapuit solvere et hec est satisfactio quam omnis peccator deo debet facere. Boso: In hys omnibus qui racionem sequi proposuimus quamvis aliquantulum me terreas nichil habeo quod dicere possim contra.

Utrum sola misericordia sine omni solucione debiti debeat deus peccatum dimittere. Capitulum

Videamus igitur utrum sola misericordia sine omni solucione ablati sibi honoris deceat deum peccatum dimittere. Boso: Non video cur non deceat. Anshelmus: Sic dimittere peccatum non est aliud quam non punire. Et quoniam recte ordinare peccatum sine satisfactione non est nisi punire si non punitur inordinatum dimittitur. Boso: Racionale est quod dicis. Anshelmus: Deum vero non decet aliquid inordinatum in suo regno dimittere. Boso: Si aliud volo dicere timeo peccare. Anshelmus: Non ergo decet deum peccatum sic impunitum dimittere. Boso: Ita sequitur. Anshelmus: Est et aliud quod sequitur si peccatum sic impunitum dimittitur quia similiter erit apud deum peccanti et non peccanti quod deo non convenit. Boso: Hoc non possum negare. Anshelmus: Vide et hoc. Iusticiam hominum nemo nescit esse sub lege ut secundum eius quantitatem mensura retribucionis a deo recompensetur. Boso: Ita credimus. Anshelmus

Si autem peccatum non resolvitur nec punitur, nulli legi subiacet. Boso. Non possum aliter intelligere. Anshelmus. Liberior est igitur iniusticia, si sola misericordia dimittitur, quam iusticia, quod valde inconveniens videtur. Ad hoc etiam extenditur hec inconveniencia, ut iniusticiam deo similem faciat. Quia sicut deus nullius legi subiacet, ita et iniusticia. Boso. Resistere nequeo. Cum autem deus nobis praecipiat omnino peccantibus dimittere, videtur repugnare quod hic nobis praecipiat quod ipsum facere non decet. Anshelmus. Nulla in hoc est repugnancia, quia deus hoc nobis praecipit ut non presumamus quod solius dei est. Nulli enim pertinet vindictam facere nisi illi qui dominus est omnium. Nam cum terrene potestates hoc recte faciunt, ipse facit a quo ad hoc ipsum sunt ordinate. Boso. Abstulisti repugnanciam quam putabam inesse. Sed est aliud ad quod tuum volo habere responsum. Nam cum deus sic sit liber ut nulli legi, nullius subiaceat iudicio, et ita sit benignus ut nichil benignius cogitari queat, et nichil sit rectum aut decens nisi quod ipse velit, mirum videtur cur dicimus quia nullatenus vult aut non ei licet suam iniuriam dimittere, a quo etiam de hijs que alijs facimus solemus indulgenciam petere. Anshelmus. Verum est quod dicis de libertate et voluntate et benignitate eius, sed sic eas debemus racionabiliter intelligere, ut dignitati eius non videantur repugnare. Libertas enim non est nisi ad hoc quod expedit aut quod decet,

nec benignitas dicenda est que aliquid deo indecens operatur. Quod autem dicitur quia quod vult iustum est et quod non vult non iustum est, non ita intelligendum est, ut si deus velit quodlibet inconveniens, iustum sit quia ipse vult. Non enim sequitur: si deus vult mentiri, iustum esse mentiri, sed potius deum illum non esse. Nam nequaquam potest velle mentiri voluntas nisi in qua corrupta est veritas, ymmo que deserendo veritatem corrupta est. Cum ergo dicitur: si deus vult mentiri, non est aliud quam: si deus est talis natura que velit mentiri; et idcirco non sequitur iustum esse mendacium. Nisi ita intelligatur sicut cum de duobus impossibilibus dicimus: si hoc est, illud est, quia nec hoc nec illud est. Ut si quis dicat: si aqua est sicca, ignis est humidus; neutrum enim eorum verum est. Ergo de illis tantum verum est dicere: si deus hoc vult, iustum est, que deum velle non est inconveniens. Si enim deus vult ut pluat, iustum est ut pluat. Et si vult ut homo aliquis occidatur, iustum est ut occidatur. Quapropter si non decet deum aliquid iniuste aut inordinate facere, non pertinet ad eius libertatem aut benignitatem aut voluntatem peccantem qui non solvit deo quod abstulit impunitum dimittere. Boso. Omnia mihi aufers que putabam me obici posse.

Quod nichil minus sit tolerandum in rerum ordine quam creatura creatori debitum honorem auferat et non solvat quod aufert

Anshelmus. Vide adhuc cur deo hoc facere non deceat. Boso. Libenter ausculto quicquid dicis. Anshelmus. Nichil minus tolerandum in rerum ordine quam ut creatura

creator debitum ordinem et honorem auferat et non solvat quod aufert. Boso Sic nichil iniustius. Anshelmus Nichil autem iniustius tolleratur quam quo nichil est iniustius tollerari. Boso Nec hoc est obscurum. Anshelmus Puto quod quia non dices deum debere tollerare quo nichil tollerare iniustius ut creatura non reddat quod aufert. Boso Ymo penitus negandum video. Anshelmus Si deo nichil maius nichil melius, nichil iustius quam honorem illius servat in rerum dispositione nulla summa iusticia que non est aliud quam ipse deus. Boso Sic nichil est apertius. Anshelmus Nichil ergo deus servat iustius quam sue dignitatis honorem. Boso Concedere me oportet. Anshelmus Videtur tibi quod eum integre servet si sic auferri sibi permittit ut nec solvatur nec ipse auferentem puniat. Boso Non audeo dicere. Anshelmus Necesse est ergo ut aut ablatus honor solvatur aut pena sequatur. Alioquin aut sibi deus ipsi iustus non erit aut ad utrumque impotens erit quod nephas est vel cogitare. Boso Nichil rationabilius dici posse intelligo. Altera quod sequitur.

Quomodo honor sit dei pena peccantis Capitulum xiiii

Sed volo audire a te si pena peccantis sit illi honor aut cuiusmodi honor sit. Si enim pena peccatoris non est eius honor cum peccator non solvit quod abstulit sed punitur, sic perdit deus honorem suum ut non recipiat quod hoc que dicta sunt repugnare videtur. Anshelmus Deum impossibile est honorem suum perdere. Aut enim peccator sponte solvit quod debet aut deus ab invito accipit. Nam aut homo ultronea subiectione deo sive non peccando sive quod peccat solvendo voluntate spontanea exhibet, aut deus eum invitum sibi torquendo subicit et sic se dominum eius esse ostendit quod ipse homo voluntate fateri refugit. In quo considerandum quia sicut homo peccando rapit quod dei est, ita deus puniendo aufert quod hominis est. Quippe non solum id alicuius esse dicitur quod iam possidet, sed quod in eius potestate est ut habeat. Quoniam igitur ita homo factus est ut beatitudinem habere posset si non peccaret, cum propter peccatum beatitudine et omni bono privatur, de suo quamvis invitus solvit quod rapuit. Quia licet deus non transferat ad usum sui commodi quod aufert, sicut homo pecuniam quam alii sic aufert in suam convertit utilitatem, hoc tamen quod aufert utitur ad suum honorem per hoc quia aufert. Auferendo enim peccatorem et que illius sunt sibi subiecta esse probat. Capitulum xv. Placet quod dixisti.

Si deus vel ad modicum patiatur honorem suum violari

Sed et aliud ad quod tuam responsionem postulo. Nam si deus ita sicut probas suum debet honorem servare, cur vel ad modicum peccari permittit? Quod enim aliquo modo ledi sinitur non integre nec perfecte custoditur. Anshelmus Dei honori nequit aliquid quantum ad illum pertinet addi vel minui. Idem namque ipse sibi est honor incorruptibilis et nullo

Immutabiliter verum quod unaquaeque natura suum vel quasi sibi preceptum ordinem sive naturaliter sive rationabiliter servat deo obedire et eum honorare dicitur et hoc maxime rationalis natura cui datum est intelligere quid debeat. Que cum vult quod debet deum honorat. Non quia illi aliquid confert, sed quia sponte. Sed quia sponte se eius voluntati et dispensationi subdit et in rerum universitate ordinem suum et eiusdem universitatis pulcritudinem quantum in se est perturbat licet potestatem aut dignitatem dei nullatenus ledat aut decoloret. Si enim ea que celi ambitu continentur vellent non esse sub celo aut elongari a celo nullatenus possent nisi sub celo esse nec fugere celum nisi appropinquando celo. Nam unde et quo et qua irent sub celo essent et quanto magis a qualibet eius parte elongarentur tanto magis opposite parti appropinquarent. Ita quamvis homo vel malus angelus divine voluntati et ordinationi subiacere noluit non tamen eam fugere valet quia si vult fugere de sub voluntate iubente currit sub voluntatem punientem. Et si queris qua transit non nisi de sub voluntate permittente et hoc ipsum quod perverse vult aut agit in eiusdem universitatis ordinem et pulcritudinem summa sapientia convertit. Ipsa namque perversitatis spontanea satisfactio vel a non satisfaciente pene exactio excepto hoc quod deus de malis multis modis bona facit in eadem universitate suum tenent locum et ordinis pulcritudinem. Quia si divina sapientia ubi perversitas rectum ordinem perturbare nititur non adderet fieret in ipsa universitate quam deus debet ordinare quedam ex violata ordinis pulcritudine deformitas et deus in sua dispositione videretur deficere. Que duo sicut sunt inconvenientia ita sunt impossibilia. Necesse est ut omne peccatum satisfactio aut pena sequatur. Boso: Satisfecisti obiectioni mee. Anshelmus: Palam igitur est quia deum nullus potest honorare vel exhonorare quantum in ipso est sed quantum in se est. Hoc in se aliquis facere videtur cum voluntatem suam eius voluntati subicit aut subtrahit. Boso: Nescio quid contra queam dicere. Sequitur.

Ratio quod numerus angelorum qui ceciderunt restituendus sit de hominibus

Adgit addam aliquid. Boso: tam diu deus de homine tractat tardat audire. Anshelmus: Deum constat proposuisse ut de humana natura quam fecit sine peccato numerum angelorum qui ceciderunt restitueret. Boso: Hoc credimus sed vellem aliquam huius rei rationem habere. Anshelmus: Fallis me. Non enim proposuimus tractare nisi de sola incarnatione dei et tu mihi interseris alias questiones. Boso: Ne irascaris. Hilarem enim datorem diligit deus. Nam nemo magis probat se hilariter dare quod promittit quam qui plus dat quam promittit. Dic ergo libenter quod quero. Anshelmus: Rationalem naturam que dei contemplatione beata vel est vel futura est in quodam rationali et perfecto numero prescitam esse a deo ita ut nec maiorem nec minorem

illum esse debeat. Non est dubitandum. Aut enim nesciat Deus in quo numero eam debeat melius constitui quod falsum est. Aut si scit, in eo numero illam constituet quem ad hoc decentiorem intelliget. Quapropter aut angeli illi qui ceciderunt facti erant ad hoc ut essent intra illum numerum, aut quia extra illum numerum erant permanere non potuerunt et ex necessitate ceciderunt, quod absurdum est opinari. Boso. Veritas est aperta quae dicis. Anselmus. Quoniam ergo de illo numero esse debuerunt, aut restaurandus est ex necessitate numerus eorum, aut in imperfecto remanebit numero rationalis natura quae in numero perfecto praescita est, quod esse non potest. Boso. Restaurandi procul dubio sunt. Anselmus. Necesse est ergo eos de humana, quoniam non est alia de qua possint, natura restaurari. De quibus

Quod alii angeli pro ipsis non possunt restitui. Capitulum

Cur non aut ipsi aut alii angeli pro ipsis pro illis non possunt restitui. Anselmus. Cum videbis nostrae restaurationis difficultatem, intelliges eorum reconciliationis impossibilitatem. Alii autem angeli pro illis restitui non possunt. Ideo ut taceam quomodo hoc repugnare videatur primae creationis perfectioni, quia non debent nisi tales esse quales illi fuissent si non peccassent, cum illi nulla visa vindicta peccati perseverassent, quod post illorum casum aliis qui pro illis restituendi essent impossibile. Non enim pariter laudabiles sunt qui si stant in veritate et qui nullam novit poenam, et qui eam semper aspicit aeternam. Nam nequaquam putandum est bonos angelos esse confirmatos casu malorum, sed suo merito. Sicut namque si boni cum malis peccassent, simul damnati essent, ita iniusti si cum iustis stetissent, pariter confirmati essent. Quippe si aliqui bonorum non nisi aliorum casu confirmandi erant, aut nullus umquam confirmaretur, aut necesse erat aliquem casurum qui ad alios confirmandos puniretur, quae utraque absurda sunt. Illo itaque modo confirmati sunt illi qui steterunt, quo confirmati essent omnes si stetissent. Quem modum ostendi sicut potui, ubi tractavi cur Deus diabolo perseverantiam non dedit. Boso. Probasti malos angelos de natura humana restaurandos. Et patet ex hac ratione quia non in minori numero erunt homines electi quam sunt angeli reprobi. Sed utrum plures futuri sint, si potes ostende. Anselmus.

Utrum plures sint sancti homines quam sunt angeli mali

Si angeli antequam quidam illorum ~~cecide~~~~rant~~ caderent erant in illo perfecto de quo diximus numero, non sunt homines facti nisi per restaurationem angelorum perditorum, et palam est quia non erunt plures illis. Si autem ille numerus non erit in illis omnibus angelis, complendum est de hominibus et quod periit et quod prius deerat, et erunt electi homines plures reprobis angelis. Et sic dicemus quia non fuerunt

homines facti sint ad restaurandum numerum imminutum eorum an ad perficiendum non dum completum et perfectum. Boso. Quid magis tenendum est: angeli prius facti sunt in numero perfecto an non. Ansh. Quid mihi videtur dicam. Boso. Non possum a te plus exigere. Ansh. Si homo factus est post casum malorum sicut quidam intelligunt in Genesi, non video me posse per hoc probare alterum horum determinate. Possibile enim puto esse quod angeli prius sunt in numero perfecto et post ea factus est homo propter restaurandum imminutum eorum numerum. Et possibile esse quod non sunt in numero perfecto quia differebat deus sicut adhuc differt illum implere numerum, facturus quandam naturam suo tempore vel aut perficiendo numerum non dum integrum perficeret aut etiam si minueretur restitueret. Si autem tota creatura simul facta est et dies illi in quibus Moyses istum mundum non simul factum videtur dicere aliter sunt intelligendi quam sicut videmus istos dies in quibus vivimus, intelligere nequeo quomodo facti sunt angeli in illo integro numero. Quippe si ita est, videtur mihi quia et nunc aut aliqui angeli vel homines casuri erant aut plures essent in illa celesti civitate quam illius numeri convenientia exigeret. Si ergo omnia simul facta sunt, videntur angeli et illi duo primi homines in numero imperfecto fuisse, ut et de hominibus si nullus angelus caderet quod de eis perierat restitueretur, et si aliquis periret restitueretur cadens. Et humana natura que infirmior erat quasi deum excusaret et dyabolum confunderet si ille suum casum infirmitati sue imputaret, cum ipsa infirmior staret. Et si et ipsa caderet, multo magis deum defenderet contra dyabolum et contra se ipsam, cum ipsa facta valde infirmior et mortalis in electis de tanta infirmitate tanto altius ascenderet quam unde dyabolus cecidisset, quanto boni angeli quorum equalitas ei debetur provecti sunt post ruinam malorum quia perseveraverunt. Ex his rationibus potius mihi videtur quia in angelis non fuit perfectus ille numerus quo illa civitas superna perficietur, quoniam si homo simul cum angelis factus non est, hoc possibile est esse, et si simul facti sunt, quod magis putant multi quia legitur: Qui vivit in eternum creavit omnia simul, videtur necesse esse. Et si perfectio mundane creature non tam est intelligenda in numero individuorum quam in numero naturarum, necesse est humanam naturam aut ad complementum eiusdem perfectionis esse factam aut illi superhabundare, quod de minimi vermiculi natura dicere non audemus. Quare pro se ipsa ibi facta est et non solum pro restaurandis individuis alterius nature. Unde palam est quia etiam si nullus angelus perisset, homines tamen in celesti civitate suum

eum habuissent. Sequitur itaque quia in angelis, antequam quidam illorum caderet, non erat perfectus numerus. Alioquin necesse erat ut aut homines aut angeli aliqui caderent, quoniam extra numerum perfectum ibi nullus manere poterat. Boso. Non michi effecisti. Anshelmus. Est et alia racio que michi videtur non parum suffragatur sentencie que angelos non esse factos in perfecto numero existimat. Boso. Dic illam. Anshelmus. Si angeli in illo numero perfecto sunt facti et nullatenus facti sunt homines nisi pro restauracione perditorum angelorum, palam est quia nisi angeli ab illa beatitudine cecidissent, homines ad illam non ascenderent. Boso. Hoc constat. Anshelmus. Siquis ergo dixerit quia tam letabuntur electi homines de angelorum perditorum perdicione quam gaudebunt de sua assumpcione, cum absque dubio hec non esset nisi illa fuisset, quid poterunt ab hac perversa gratulacione defendi? Aut quomodo dicemus angelos qui ceciderunt in hominibus restauratos, si illi sine hoc vicio permansuri erant si non cecidissent, id est sine gratulacione de casu aliorum, isti vero sine illo esse non poterunt? Immo qualiter cum hoc vicio beati esse debebunt? Deinde qua audacia dicimus Deum velle aut non posse hanc restauracionem sine hoc vicio facere? Boso. Nonne simile in gentibus qui ad fidem vocati sunt, quia illam Iudei repulerunt? Anshelmus. Non. Nam si Iudei omnes credidissent, gentes tamen vocarentur, quia in omni gente qui timet Deum et operatur iusticiam acceptus est Deo. Sed quia Iudei apostolos contempserunt, tunc fuit occasio ut ad gentes illi converterentur. Boso. Nullomodo video quid contra hoc dicere possim. Anshelmus. Unde tibi videtur accidere singulis illa leticia de alieno casu? Boso. Unde nisi quia certus erit unusquisque quod ibi veniens erit nullatenus esset nisi alius inde cecidisset? Anshelmus. Si ergo nullus hanc certitudinem habet, non est cur de alieno dampno gaudeat. Boso. Itaque videtur. Anshelmus. Putasne illorum aliquem habiturum hanc certitudinem, si multo plures erunt quam qui ceciderunt? Boso. Nequaquam possum opinari eum habere aut habere debeat. Quomodo namque poterit quis scire utrum pro restaurando quod imminutum erat, aut pro complendo quod nondum perfectum erat de illo numero constituende civitatis sit factus? Sed omnes certi erunt se factos esse ad perficiendum illam civitatem. Anshelmus. Ergo si plures erunt quam reprobi angeli, nullus poterit scire se non esse ibi assumptum nisi pro alieno casu. Boso. Verum est. Anshelmus. Non igitur aliquis habebit cur gaudere debeat de alicuius perdicione. Boso. Non ita sequitur. Anshelmus. Cum itaque videas quia si plures erunt homines electi quam sunt reprobi angeli, illa inde sequantur inconveniencia que sequi necesse est si plures illo erunt. Et cum possibile sit nullum in illa civitate futurum

moriemur Videtur mihi esse
ut angeli non sint facti in il-
lo perfecto numero Et perversos futuri
sint boni homines quam sint
miseri angeli Boso Non
video qua ratione hoc negari
posset Anshel. Aliam adhuc
eiusdem sententie posse dici puto
rationem Boso Hanc quoque
proferre debes Anshel. Cre-
dimus hanc mundi molem cor-
poream in melius renovandam
nec hoc futurum esse donec
impleatur numerus electorum hominum
et illa beata perficiatur civitas
nec post eius perfectionem differen-
dum esse Unde potest colligi deum
ab initio proposuisse Ut utraque
simul perficeretur quatenus et minor
que non sentiret natura deum
maiorem que deo frui debet
nequaquam perficeret et in maio-
ris perfectione mutata in me-
lius suo quodammodo congra-
tularetur immo omnis creatura
tam de gloriosa et tam admi-
rabili sui consummatione ipsi
creatori et sibi invicem quoque
suo modo etiam congaudendo
iocundaretur semper Quod voluntas
in rationabili natura sponte
facit hoc etiam Nam insen-
sibilis creatura per dei dispo-
sitionem naturaliter exhibet Solemus
namque in maiorum virorum exal-
tatione congaudere ut cum in na-
talitiis sanctorum festiva exulta-
tione iocundamur de gloria
illorum letantes quam sententiam
illud adiuvare videtur quia
Adam non peccasset differret tamen
deus illam civitatem perficere donec
completo ex omnibus quem
expectabat numero Ipsi quoque
homines in corpore ut ita di-

cam immortalem immortalitatem
transmutarent Habebat enim in
paradiso quandam immortalitatem
id est potestatem non moriendi sed non erat
immortalitas quia immortalis quia potesta-
tem quia poterat mori ut ipsi
sed non peccassent possent non mori
Quod si ita est ut videlicet ra-
tionalem illam et beatam civitatem
et hanc mundanam insensibilem
quam nam deus ab initio propo-
suit simul perficere videtur quia aut
illa civitas non erat comple-
ta in numero angelorum ante ma-
lorum ruinam sed expectabat
deus ut eam de hominibus
compleret quando corpoream mundi
naturam in melius mutaret Aut
si perfecta erat in numero non erat
imperfecta perfecta in confirmatione
et differenda erat erat eius confir-
matio et iam si nullus in ea
peccasset usque ad eandem mundi
quam expectamus renovationem aut si
non diutius illa confirmatio
erat differenda Acceleranda
erit mundana renovatio renova-
tio Non dum eadem confirmatione
fieret sed quod mundum noviter
factum statim deus renovaret
et eas res que renovationem
post illam non erit in ipso initio
antequam appareret cur facte fuerint es-
sent destrueret nisi sit ut omni
careret ratione Sequitur igitur quia
angeli non ita fuerunt in numero
perfecto ut eorum confirmatio diu
non differretur Ex ea quia mundi
novi renovationem mox oportet
fieri quod non convenit quod autem
eandem confirmationem usque ad mundi
futuram renovationem differret deus
noluit minus videtur perfectum

tum illa quod in aliquibus tamen ita
perficiat. Et tamen intelligi possit quia
in primis hominibus quando peccave-
runt illam semper si non peccas-
sent sicut fecit impersonaliter
angelis: quius etiam non omnino
perderent non illam equaliter
angelorum ad quam perventurus erat
homines cum perfectus esset numerus
de illis assumendus. In illa
tamen iusticia in qua erat videtur
quod vicissent ut temptati non
peccarent ita confirmarentur cum
omni propagine sua ut ultra pec-
care non possent quemadmodum
quia victi peccaverunt sic infir-
mati sunt ut quantum in ipsis
est sine peccato esse non possunt.
Quis enim audet dicere plus
valere iniusticiam ad alligandum
in servitutem hominem in prima sugge-
stione sibi consencientem quam
valeret iusticia ad confirmandum
eum in libertate sibi in eadem
prima temptatione adherentem.
Nam quemadmodum quia huma-
na natura tota erat in primis
parentibus tota in illis victa
est ut peccaret excepto illo
solo homine quem deus sic
~~semine viri~~ semine viri de vir-
gine facere sic scivit a peccato dis-
cernere. Ita in ipsis tota
vicissent si non peccassent.
Restat ergo ut non completa in
illo primo angelorum numero superna
civitas sed de hominibus com-
plenda fuisse dicatur. Que si ra-
ta sunt plures erunt electi ho-
mines quam sunt angeli reprobi.
Boso. Rationabilia michi valde
videntur que dicis. Sed quid
dicemus quia legitur de deo: Sta-

tuit terminos populorum iuxta
numerum filiorum israel. Quod quidam
quod pro filiorum israel inveniunt
angelorum dei sic exponunt ut
per numerum angelorum bonorum as-
sumendus intelligatur numerus
hominum electorum. Anshelmus. Hoc
non repugnat prefate sentencie si
certum non est quod totidem angeli ce-
cidissent quod remanserunt.
Nam si plures sunt electi an-
geli quam reprobi necesse est
ut reprobos electi homines
restaurent. Et ut ipsi non beatorum
numero equentur. Et sic plures
erunt homines iusti quam angeli
iniusti. Sed memento quo pa-
cto incepi videre questio-
nem videlicet ut si quid dixero quod
maior non confirmat auctoritas
quamvis illud ratione probare videar
non alia certitudine accipi-
atur nisi quia interim ita mihi
videtur donec deus melius michi
aliquo modo revelet. Certus enim
sum si quid dico quod sacre
scripture absque dubio contradicat
quod falsum est nec illud tenere
volo si cognovero. Sed si in
illis rebus de quibus diversa
sentiri possunt sine periculo sicut
est istud. Unde nunc agimus
si enim nescimus utrum plures
homines eligendi sunt quam
sunt angeli perditi an non
et alterum horum magis estima-
mus quam alterum nullum
puto esse anime periculum. Si in
huiusmodi rebus sic expo-
nimus divina dicta ut diversis
sensibus faveant. Et ne-
cubi invenitur ubi quid indu-
bitanter tenendum sit ~~estimant~~
estimient non debere repre-
hendi debere. Illud autem

quod dixisti Constituit termi
nos populorum seu gencium iuxta
numerum angelorum dei quod in alia
translacione legitur iuxta numerum
filiorum israel cum ambe translaciones
aut idem significant aut diuersa
sine repugnancia ita intelli
gendum est ut et per angelos
et per filios israel significen
tur angeli boni Cum non
aut soli homines electi aut
simul homines et angeli electi
tota sint illa ciuitas superna
aut per angelos dei sancti
angeli tantum et per filios israel
soli iusti homines aut soli an
geli per filios israel Et iusti
homines per angelos dei Si bo
ni angeli tantum designentur per
utrumque idem quod si solum per
angelos dei Si vero tota cele
stis ciuitas hic est consensus
quia tamdiu assumuntur
populi i. in altitudines electorum
hominum aut tam diu erunt in
hoc seculo populi donec ex hominibus
predestinatus numerus illius ciui
tatis nondum perfectus comple
atur Sed non video nisi quo
soli angeli aut simul et ho
mines et angeli sancti per fili
os israel intelligantur Sanctos autem
homines filios israel sicut filios
abrahe vocari non est
alienum quia angeli quoque
dei per hoc recte possunt vocari
quia vitam angelicam imitan
tur similitudo et equalitas
illis angelorum promittitur in celo
Et quia omnes iuste viuentes
angeli sunt dei Unde vel
confessores aut martires dicuntur
qui eam confitentur et testantur
veritatem dei nuncius i. angelus
eius est Et si in aliis hominibus

dicitur dyabolus sicut de Iuda dicit
dominus propter similitudinem malicie cur
non est bonus homo dicitur angelus
propter imitacionem iusticie quapropter possu
mus puto dicere Deum constituisse
terminos populorum iuxta numerum ele
ctorum hominum quia tamdiu erunt
populi et erit hominum in hoc mundo
procreacio donec numerus eorundem ele
ctorum compleatur et eo comple
to cessabit esse hominum generacio
que fit in hac vita Si vero per
angelos dei intelligimus sanctos
angelos tantum et per filios israel
solummodo iustos homines duobus
modis intelligi potest Quia consti
tuit deus terminos populorum iux
ta numerum angelorum dei Aut quia
tantus populus idest tot homines
assumentur quot sunt angeli dei
Aut quia tamdiu erunt populi
donec numerus angelorum dei compleatur
ex hominibus et nullo alio modo
exponi posse video Constituit
terminos populorum iuxta numerum filiorum
israel idest quia ut supra diximus
est tamdiu erunt populi in hoc
seculo donec numerus hominum sanctorum
assumatur et colligetur ex utraque
translacione quia tot assumentur
homines quot remanserunt angeli
Non tamen inde sequitur quod ubi
perditi angeli de hominibus resta
urandi sunt tot angelos ce
cidisse quot remanserunt quod
si dicitur necessario erit
quod tamen non sunt supposite
rationes que videntur ostendere
non fuisse in angelis prius
quam quidam illorum caderent illam per
fectionem quam supra dixi et
propter homines electos futuros quod
sunt angeli mali B.
Non me penitet quia coegi
te ut de angelis hec diceres

Nam non frustra factum est nunc
redire ad id unde digressi sumus
Anshelmus. Et quod sequitur

**Quod homo non potest saluari sine
satisfactione peccati Capitulum**

Constat autem deum pro
posuisse ut de hominibus
angelos qui ceciderunt
restauraret. Boso Cer
tum est. Anshelmus
Tales ergo oportet esse homines
in illa ciuitate superna qui pro
angelis in illam assumuntur quales
illi futuri erant illi pro qui
bus ibi erunt, id est quales nunc
sunt boni angeli, alioquin non
erunt restaurati qui ceciderunt
et sequitur quia deus aut non po
terit perficere bonum quod incepit aut
penitebit eum tantum bonum incepis
se quae duo absurda sunt. Boso
Vere oportet ut equales sint
homines bonis angelis. Angeli
boni numquam peccauerunt. Boso
Non. Anshelmus Potes ne cogi
tare quod homo qui aliquando
peccauit nec umquam deo pro peccato
satisfecit sed tantum impunitus
dimittitur equalis sit angelus
qui numquam peccauit. Boso Verba
ista cogitare et dicere possum, sed
sensum eorum ita cogitare nequeo
nec sicut falsitatem non possum
intelligere veritatem esse. Anshelmus
Non ergo decet hominem peccantem sine
satisfactione ad restaurationem ange
lorum sumere perditorum quoniam veritas
non patitur eum leuari ad altitu
dinem bonorum. Boso Sic ostendit
ratio. Anshelmus Considera iam
in solo homine sine hoc quia
angelis equari debet utrum enim
deus eum ad beatitudinem illam vel
talem qualem habebat antequam

peccaret debebat prouehere. Boso
Dic tu quid cogitas et ego
considerabo prout potero. Anshelmus
Ponamus diuitem aliquem manu
tenentem margaritam preciosam quam
numquam ulla pollutio tetigit
et quam nullus possit amouere
de manu eius nisi ipso permit
tente et eam disponat recon
dere in thezauro suo ubi
sunt carissima et preciosissima
que possidet. Boso Cogito
hoc esse ut ante nos sit
Anshelmus Quid si ipse permittat
eandem margaritam ab aliquo inuido
excuti de manu sua in cenum
cum prohibere possit et postea
eam de ceno sumens pollutam
et non lotam in aliquem suum
mundum et carum locum deinceps
illam sic seruaturus recondat. Pu
tasne illum sapientem. Boso
Quomodo hoc possumus. Nam non
ne melius esset satis ut mar
garitam suam mundam teneret et
seruaret quam pollutam. Anshelmus
Nonne similiter faceret
deus qui hominem angelis
sociandum sine peccato quasi in
manu sua tenebat in paradiso
et permisit ut accensus in
uidia diabolus eum in lutum
peccati huius consencientem deie
ceret, si enim prohibere vellet
diabolus non posset temptare
hominem. Nonne inquam
similiter faceret si hominem peccati sor
de maculatum sine omni laua
cro id est absque omni satisfactione
semper sic mansurum saltem in
paradisum de quo electus fu
erat reduceret. Boso Similitu
dinem si deus hoc faceret nega
re non audeo et ideo non eum
hoc facere posse non animo
concedetur. Sic autem quod proposito

fuerat peragere non potuisse aut bonum propositi eum penituisse que in deum cadere nequeunt. Anshel. Tene igitur certissime quia sine satisfactione id est sine debiti solutione spontanea nec deus potest peccatum impunitum dimittere nec peccator ad beatitudinem vel talem qualem habebat antequam peccaret pervenire. Non enim hoc modo repararetur homo vel talis qualis fuerat ante peccatum. Boso. Omnibus tuis dictis contradicere non possum, sed quid est quod dicimus deo: Dimitte nobis debita nostra. Et omnis gens orat deum quem credit ut dimittat sibi peccata. Si enim solvimus quod debemus, cur oramus ut dimittat? Nunquid deus iniustus est ut iterum exigat quod solutum est? Si autem non solvimus, cur frustra oramus ut faciat quod quia non convenit facere non potest? Anshel. Qui non solvit frustra dicit Dimitte. Qui autem solvit supplicat, quia hoc ipsum pertinet ad solutionem ut supplicet. Nam deus nulli quicquam debet, sed omnis creatura illi debet, et ideo non expedit homini ut agat cum deo quemadmodum par cum pari. Sed de hoc non est opus tibi nunc respondere. Cum enim cognosces cur christus est mortuus, forsitan per te videbis quid queris. Boso. Sufficit ergo mihi interim quod de hac questione respondes. Quod autem nullus homo ad beatitudinem pervenire queat cum peccato aut solvi a peccato nisi solvat quod rapuit peccando, sic aperte monstrasti ut etiam si vellem non possim dubitare. Ultra de c.

Quod secundum mensuram peccati oportet esse satisfactionem nec homo eam facere per se possit.

Hoc quoque non dubitabis ut puto quia secundum mensuram peccati oportet satisfactionem esse. Boso. Alioquin aliquatenus inordinatum maneret peccatum, quod esse non potest, si deus nihil relinquit inordinatum in regno suo. Sed hoc est prestitutum, quia quamlibet parvum inconveniens impossibile est in deo. Anshel. Dic ergo quid solves deo pro peccato tuo. Boso. Penitentiam, cor contritum et humiliatum, abstinentias et multimodos labores corporis et misericordiam dandi et dimittendi et obedientiam. Anshelmus. Quid in omnibus his das deo? Boso. Nonne honoro deum cum propter timorem eius et amorem in cordis contritione letitiam temporalem abicio, in abstinentiis et laboribus delectationes et quietem huius vite calco, in dando et dimittendo que mea sunt largior, in obedientia me illi subicio? Anselmus. Cum reddis aliquid quod debes deo etiam si non peccasti, non debes hoc pro peccato. Omnia autem ista debes deo etiam si non peccasti; non debes hoc computare pro debito quod debes pro peccato. Omnia autem ista debes deo que dicis. Tantus namque debet esse in hac mortali vita amor et ad quod pertinet oratio desiderium perveniendi ad id ad quod es, et dolor quia nondum ibi es, et timor ne non pervenias, ut nullam letitiam sentire debeas nisi de his que tibi aut auxilium aut spem dant perveniendi. Non enim mereris habere quod non secundum quod est amas et desideras

et de quo, quia non deum habes, et ad aeternum habiturus sis? An non in tantum es pietas? non solum ad quid etiam pertinet qui etiam et delectationes mundanas, quae animum ab illa inquietate et delectatione revocant, fugere in quantum adiuvet illud praemium cognoscis sufficere. Datum ita considerare non debes te facere ex debito, sicut intelligis, quia quod das non a te habes, sed ab illo cuius servus es tu et ille cui das tu. Et natura docet te ut conservo tuo, id est homo homini, facias quod tibi ab illo fieri vis. Et quia qui non vult dare quod habet, non debet accipere quod non habet. De dimissione breviter dicam vero, quod nullatenus pertinet ad te vindicta, sicut supra diximus, quoniam nec tu tuus es, nec ille tuus est aut suus qui tibi facit iniuriam, sed unius domini servi facti ab illo de nihilo estis. Et si de conservo tuo te vindicas, in dominum ut potestatem domini ad iudicium, quod domini est, super illum superbe praesumis. In oboedientia vero quid das deo quod non debes, cui iubenti totum quod es et quod habes et quod potes debes? **Boso.** Nihil iam audeo in omnibus his dicere me dare deo quod non debeo. **Anselmus.** Quid ergo solvis deo pro peccato tuo? **Boso.** Si memetipsum et quicquid possum etiam quando non pecco illi debeo ut peccem, nihil habeo quod pro peccato reddam. **Anselmus.** Quid ergo erit de te? quomodo poteris esse salvus? Si rationes tuas considero. Non video quomodo. Si autem ad fidem meam recurro, in fide christiana quae per dilectionem operatur spero me salvari posse. Et quia legimus: si iniustus conversus fuerit ab iniustitia et fecerit iustitiam, omnes iniustitiae eius traditae sunt oblivioni. **Anselmus.** Hoc non dicitur nisi illis qui aut exspectaverunt Christum antequam veniret aut credunt in eum postquam venit. Sed Christum et christianam fidem quasi numquam fuisset posuimus, quando sola ratione utrum adventus eius ad salvationem hominum sit necessarius quaerere proposuimus. **Boso.** Ita fecimus. **Anselmus.** Sola igitur ratione procedamus. **Boso.** Quamvis me in angustias quasdam ducas, desidero tamen multum ut, sicut incepisti, progrediaris. Boso.

Quanti ponderis sit peccatum. Capitulum xx. quod ultra de

Ponamus omnia illa quae modo posuisti te pro peccato posse solvere te non debere, et videamus si possint sufficere ad satisfactionem unius tam parvi peccati sicut est aspectus contra voluntatem dei. **Boso.** Nisi quia audio te hoc ponere in quaestione, putarem me hoc peccatum una sola compunctione delere. **Anselmus.** Nondum considerasti quanti ponderis sit peccatum. **Boso.** Nunc ostende mihi. **Anselmus.** Si videres te in conspectu dei, et aliquis tibi diceret: Aspice illuc; et deus e contra: Nullatenus volo ut aspicias; quaere tu ipse in corde tuo quid sit in omnibus quae sunt pro quo contra voluntatem dei debeas illum aspectum facere. **Boso.** Nihil invenio pro quo hoc debeam, nisi forte sim in ea necessitate positus ut sic necesse me aut hoc aut maius facere peccatum. **Anselmus.**

Nemone hanc necessitatem et ex hoc pono ut si possem illud facere considera pro tempore me dimittendo. Boso. Aperte video quia non possum. Anshelmus. Nec te diutius protraham. Quid si necesse esset aut totum mundum et quicquid deus non est perire et in nichilum redigi aut te facere tam parvam rem contra voluntatem dei. Boso. Cum considero actionem ipsam, levissimum quiddam video esse, sed cum intueor quid sit contra voluntatem dei gravissimum et nullo dampno comparabile intelligo. Sed plerumque aliquid facere contra voluntatem alicuius non est reprehensibile ut res eius conserventur quod postea illi placet contra cuius voluntatem facimus. Anshelmus. Hoc fit homini qui aliquando non intelligit quid sibi sit utile aut non potest quod perdit restaurare, sed deus nullo indiget et omnia si perirent posset sicut ea fecit restituere. Boso. Fateri me necesse est quia pro conservanda tota creatura nichil deberem facere contra voluntatem dei. Anshelmus. Quid si plures essent mundi pleni creaturis sicut iste est. Boso. Si infinito multiplicarentur mundi et similiter michi ostenderentur idipsum responderem. Anshelmus. Nichil rectius potes. Sed considera etiam si contingeret ut contra voluntatem dei illum aspectum faceres quid posses pro hoc peccato solvere. Boso. Non habeo aliquid maius quam quod supra dixi. Anshelmus. Sic graviter peccamus quotienscumque scienter aliquid quod est parvum contra voluntatem dei facimus, quia semper sumus in conspectu eius et ipse semper precipit nobis ne peccemus. Boso. Ut audio nimis periculose vivimus. Anshelmus. Patet quia secundum quantitatem peccati exigit deus satisfactionem. Boso. Non possum negare. Anshelmus. Non ergo satisfacias si non reddis aliquid maius quam sit id pro quo peccatum facere non debueras. Boso. Et rationem video sic exigere et omnino esse impossibile. Anshelmus. Nec deus illud obligatum aliquo debito peccati assumere potest ad beatitudinem quia non debet. Boso. Nimis gravis hec est sententia.

Quantam contumeliam fecit homo deo cum se permisit vinci a dyabolo pro qua satisfacere non potest deo. Capitulum XXII.

Audi adhuc aliud cur non minus sit difficile hominem reconciliari deo. Boso. Nisi fides me consolaretur, hoc solum me cogeret desperare. Anshelmus. Audi tamen. Boso. Dic. Anshelmus. Homo in paradiso sine peccato factus quasi positus est pro deo inter deum et dyabolum, ut vinceret dyabolum non consenciendo suadenti peccatum, ad excusationem et honorem dei et confusionem dyaboli, cum ille infirmior in terra non peccaret eodem dyabolo suadente. Et cum hoc facile posset efficere, nulla vi coactus sola sua sponte vinci permisit ad voluntatem dyaboli contra voluntatem et honorem dei. Boso. Ad quid vis attendere. Anshelmus. Iudica tu ipse si

non est contra honorem dei ut reconciliaret illi eum cum hac contumelia deo irrogata, nisi prius honoraret deum vincendo dyabolum sicut illum inhonoravit victus a dyabolo. Victoria vero talis debet esse ut sicut fortis et potestate inmortalis consensit facile dyabolo ut peccaret, unde iuste incurrit penam mortalitatis: ita infirmus et mortalis qualem ipse se fecit per mortis difficultatem vincat dyabolum ut nullo modo peccet. Quod facere non potest quamdiu ex vulnere primi peccati conceptus et nascitur in peccato. Boso. Iterum dico quia et ratio probat quod dicis et impossibile est. Anshelmus.

Quid abstulit deo cum peccavit et reddere nequit

Adhuc accipe unde sine quo iuste non reconciliatur homo non minus impossibile. Boso. Iam tot posuisti nobis que facere debemus ut quicquid superaddas non magis terrere possis. Anshelmus. Audi tamen. Boso. Audio. Anshelmus. Quid abstulit homo deo cum vinci se permisit a dyabolo. Boso. Dic tu ut incepisti quia ego nescio quid super hec mala que ostendisti potuit addere. Anshelmus. Nonne abstulit deo quicquid de humana natura facere proposuerat. Boso. Non potest negari. Anshelmus. Intende in districtam iusticiam et iudica secundum illam utrum ad equalitatem peccati homo satisfaciat deo, nisi id ipsum quod permittendo se vinci a dyabolo deo abstulit, dyabolum vincendo restituat, ut quemadmodum per hoc quod victus est rapuit dyabolus quod dei erat et deus perdidit: ita per hoc quod vincat perdat dyabolus et deus recuperet. Boso. Nec districtius nec iustius aliquid cogitari potest. Anshelmus. Putasne summam iusticiam hanc iusticiam violare posse. Boso. Non audeo cogitare. Anshelmus. Nullatenus ergo debet aut potest accipere homo a deo quod deus illi dare proposuit, si non reddit deo totum quod illi abstulit, ut sicut per illum deus perdidit ita per illum recuperet. Quod non aliter fieri valet nisi ut quemadmodum per victum tota humana natura corrupta et quasi fermentata est peccato, cum nullum deus assumit ad perficiendam illam civitatem celestem: ita per vincentem iustificentur a peccato tot homines quot illum numerum completuri erant ad quem complendum factus est homo. Quod facere nullatenus potest peccator homo, quia peccator peccatorem iustificare nequit. Boso. Nichil iustius et nichil impossibilius. Sed ex hiis omnibus videtur misericordia dei et spes hominis perire quantum ad beatitudinem spectat ad quam factus est homo. Anshelmus.

Quod quamdiu non reddit deo quod debet non possit esse beatus nec excusatur impotentia

Expecta adhuc parum. Boso. Quid habes amplius. Anshelmus. Si homo dicitur iniustus qui homini non reddit quod debet, multo magis iniustus est

qui deo quod debet non reddit. Boso Si potest et non reddit vere iniustus est. Anshelmus Si peccati si nulla est in illo culpa impotencie aliquatenus excusari potest. Sed si in ipsa impotencia culpa est sicut non levigat peccatum ita non excusat non reddentem debitum. Nam si quis iniungat opus aliquod servo suo et precipiat illi ne se deiciat in foveam quam illi monstrat unde nullatenus exire possit. Et servus ille contempnens mandatum et monitionem domini sui sponte in monstratam mittat foveam ut nullatenus possit opus iniunctum efficere putas ne illi aliquatenus impotentiam istam ad excusationem valere cur opus iniunctum non facit. Boso Nullo modo sed potius ad augmentum culpe quoniam ipse impotentiam illam fecit. Et quod preceptum est ne faceret fecit. Anshelmus Ita homo qui se sponte obligavit illo debito quod solvere non potest et sua culpa deiecit se in hanc impotenciam ut nec ut nec illud possit solvere quod debebat ante peccatum idest ne peccaret nec quod debet quia peccavit inexcusabilis. Nam ipsa impotencia culpa quia non debet eam habere. Immo debet eam non habere. Nam sicut culpa est non habere quod debet non habere. Sicut igitur culpa est homini non habere potestatem illam quam accepit ut posset cavere peccatum. Sic culpa est illi habere impotenciam qua nec iusticiam tenere et peccatum cavere potest nec quod pro peccato debet reddere potest. Sponte namque fecit. Unde perdidit illam potestatem et devenit in hanc impotenciam. Idem enim est non habere potestatem quam debet habere et habere impotenciam quam debet non habere. Quapropter impotencia non reddendi deo quod habet que facit ut non reddit non excusat hominem si non reddit quia effectus peccati non excusat peccatum quod facit. Boso Et gravis nimis et necesse est ita esse. Anshelmus Iniustus est ergo homo qui non reddit et iniustus qui reddere nequit. Anshelmus Nullus autem iniustus admittetur ad beatitudinem quia quemadmodum beatitudo est sufficiencia in qua nulla est indigencia sic nulli convenit nisi in quo ita pura est iusticia ut nulla in eo sit iniusticia. Boso Non audeo aliter credere. Anshelmus Quod ergo non solvit deo quod debet non poterit esse beatus. Boso Nec hoc consequi negare possum. Anshelmus Quod si vis dicere misericors deus dimittit supplicanti quod debet ideo quia reddere nequit non potest dici dimittere ~~Anshelmus aut hoc~~ Nisi aut hoc quod homo sponte reddere debet nec potest idest quod recompensari posset pro peccato quod fieri non debet pro conservatione omnis rei que deus non est aut hoc quod ~~est~~ puniendo ablaturus erat invito sicut supra dixi idest beatitudinem. Sed si dimittit quod sponte reddere debet homo idest quia

quia redde no pt sed derisio
est vt talis mia deo attribuat
Atsi dimittit qd in vito erat abla
turus p impotenciam reddendi
qd sponte redde debet relaxat
deus penam et facit btm hore
pt pccm qua habet qd debet
no habere nam ipam impote
ciam debet no habe Et ideo
quam diu illam habet sine
satisfactione pccm est illi Veru
hmoi mia dei nimis est contra
ria iusticie que no nisi
penam pmittit reddi p pccm
Quapropter quemadmodum deum c
esse contrarium Ita hc modo
illu esse misericordem impossibile
est Boso Aliam miam dei vi
deo querendam quam isti Anshel.
mus esto dimittit ei qd no sol.
uit qd debet Ideo quia no pt
Boso Ita vellem Anshelmus
Aut quia dum no reddit aut nol.
let redde aut no nollet Sed
si volet qd poterit indigens erit
Si vero no volet iniustus erit
Boso hoc nichil clarius Anshel.
mus Siue aut indigens aut
iniustus sit btus no erit Boso
Et hoc est apertum Anshelmus
Quamdiu ergo no reddet btus
esse no poterit Boso Si rom
sequitur iusticie Illa est qua
euadet miser homuncio et mi
sericordia dei perire videtur Ans
helmus Racionem postulasti
racionem accipe Misericordem deum
esse no nego qui homines
et iumenta saluat quemadmodum
multiplicauit miam suam Nos aut
loquimur de illa vltima mia
qua post hanc vitam btum facit
hominem Hanc btitudinem nulli
dari debere nisi illi cui penitus
dimissa sunt pccta nec hanc
dimissionem fieri nisi debite

reddite qd debetur pro pcto
scdm magnitudinem pcti sup
positis racionibus puto me
sufficienter ostendisse quibus
signum tibi racionibus obici vi
detur dicere debes Boso Ego vtique
nullam racionum tuarum
alignatam infirmam video
Anshel. neque si bene consi
deratur existimo veritatem
si vel vna de omnibus
quas posui inexpugnabili
veritate roboretur sufficit ei
Siue namque vno siue pluri
bus argumentis veritas in
expugnabiliter monstretur equa
liter ab omni dubitacione defendi
tur Boso Certe ita est

Qz ex necessitate per xpm
saluatur homo Cap.m

Quomodo ex necessitate
ergo saluus erit
ho si ipse no soluet
qd debet aut qua
fronte asserimus dum in mia
diuitem supra intellectum
humanum hanc miam fatere
no posse Anshelmus
Hoc debes ab illis no
exigere qui xpm no esse
credunt necessarium ad illam
salutem hominis quorum vice
~~hominis vt dicat~~ loquimur
vt dicat qualiter ho saluari
posset sine xpo Quod si no
possunt vllomodo desinant
nos irridere Et accedant et
coniungat se nobis qui no
dubitamus hominem per xpm
posse saluari aut desperent
hoc nullomodo fieri posse
Quod si horrent credant
nobiscum in xpm vt sal.
uari possint Boso Ite
querendum sicut incepi vt oste
das michi qua racione saluetur

homo per Christum. **Anshelmus:** Nonne sufficienter probatur per Christum homines posse salvari, cum iam infideles non negent hominem nullomodo posse fieri beatum, et satis ostensum sit quia si ponimus Christum non esse nullomodo potest homo salvus esse. Quapropter si falsum est quia nullo aut alio aliquo modo nemo potest hoc esse, necesse esse est ut per eum. **Boso:** Si quis intelligens rationem aliquid quia non potest esse et non intelligens qua ratione per Christum esse valeat, asserere velit quia nec per Christum nec ullo modo queat esse, quid illi respondebimus? **Anshelmus:** Quid respondendum est illi qui ideo asserit esse impossibile quod necesse est esse quia nescit quomodo sit? **Boso:** Quia insipiens est. **Anshelmus:** Ergo contemnendum est quod dicit. **Boso:** Verum est, sed hoc ipsum est illi ostendendum qua ratione sit quod putat impossibile. **Anshelmus:** An non intelligis ex hiis que supra diximus, quia necesse est aliquos homines ad beatitudinem pervenire? Nam si deo inconveniens est hominem cum aliqua macula perducere ad hoc ad quod illum sine omni macula fecit, ne aut boni incepti penitere aut propositum implere non posse videatur, multo magis propter eandem inconvenientiam impossibile est nullum hominem ad hoc provehi ad quod factus est. Quapropter aut extra fidem christianam invenienda est peccati satisfactio qualem supra esse debere ostendimus, quod ratio nulla ostendere potest, aut indubitanter in illa credenda est. Quod enim necessaria ratione veraciter esse colligitur, id in nullam deduci debet dubitationem, etiam si ratio quomodo sit non percipitur. **Boso:** Verum est quod dicis. **Anshelmus:** Quid ergo queris amplius? **Boso:** Non ad hoc veni ut auferas michi fidei dubitationem, sed ut ostendas michi certitudinis mee rationem. Quapropter sicut me rationabiliter deduxisti ad hoc ut videam peccatorem hominem hoc debere deo pro peccato quod et reddere nequit, et nisi reddiderit salvari non valeat, ita me volo perducas illuc ut rationabili necessitate intelligam esse oportere omnia illa que nobis fides catholica de Christo precipit credere si volumus salvari, et quomodo valeant ad salutem hominis, et qualiter deus per misericordiam salvet hominem cum peccatum non dimittat illi nisi reddiderit quod pro eo debet. Et ut certiores sint argumentationes tue, sic a longe incipias ut eas super firmum fundamentum constituas. **Anshelmus:** Adiuvet nunc me deus, quia tu nullatenus michi parcis, nec consideras imbecillitatem scientie mee, cum tam magnum opus michi iniungis. Temptabo tamen, quoniam quidem incepi, non in me sed in deo confidens, et faciam quod ipso adiuvante potero. Sed ne fastidium hic volenti legere nimis longa continuatione generetur, ad dicenda alio exordio distinguamus et cetera.

Explicit primus liber beati Anshelmi episcopi Cur deus homo.

Incipit liber secundus eiusdem Anshelmi Cur deus homo. Hominem factum esse iustum ut beatus esset.

Rationalem naturam
a deo factam esse
iustam ut illo
fruendo beata esset
dubitari non debet.
Ideo namque ra-
tionalis est ut di-
scernat inter iustum et iniustum
inter magis bonum et minus
bonum et inter bonum et malum.
Alioquin frustra facta est racio-
nalis. Sed deus non fecit eam
rationalem frustra. Quare ad
hoc eam factam esse rationalem
dubium non est. Simili ratione
probatur quia ad hoc accepit potestatem
discernendi ut odisset et vi-
taret malum et amaret et
eligeret bonum, atque magis bona
magis amaret et eligeret.
Aliter namque frustra illi deus de-
disset potestatem istam discernendi
quia nequaquam discerneret. Et
rem discretionem non amaret et
vitaret. Sed deum non convenit ut
deus tantam potestatem frustra de-
dit. Quod hoc itaque factam rationalem
naturam certum est ut summum bonum
super omnia amaret et eligeret
non propter aliud sed propter ipsum.
Si enim aliud non ipsum sed aliud
amat. At hoc nisi iusta facere
nequit. Ut igitur frustra non sit
rationalis simul ad hoc rationalis et
iusta facta est. Quod si ad bonum
eligendum et amandum iusta facta
est, ut tenderet ad hoc facta ut aliquando
assequeretur quod amaret et eligeret,
aut non? Sed si ad hoc iusta non
est facta ut quod amat et eligit
et assequatur, frustra sunt facta
est talis ut sic illud amet et eli-
gat, nec ulla erit ratio cur
illud assequi debeat. Aliquando
quamdiu ergo amando et eligen-
do summum bonum iuste faciat
ad quod facta est, misera erit

quia indigens erit contra volun-
tatem non habendo quod desiderat,
quod nimis absurdum est. Quapropter
propter rationalis natura facta
est in summo bono, id est deo,
fruendo beatus esset. ver

ez non moreretur si non pe-
ccasset. Capitulum secundum

Quod autem talis factus
sit ut necessitate non mo-
reretur, hinc facile probatur,
quia ut iam diximus
sapientie et iustitie dei repu-
gnat ut cogeret mortem
pati sine culpa quam iustam
ad eternam fecit beatitudinem.
Sequitur ergo quod si numquam peccasset numquam moreretur.

Ut cum in corpore in quo
vivit in hac vita resurget

Unde aperte quoque fu-
tura resurrectio mor-
tuorum probatur. Quippe
si homo restauran-
dus est perfecte, talis
debet restitui qualis futurus
erat si non peccasset. Boso:
Aliter esse non potest. Anselmus:
Quemadmodum igitur si non
peccasset homo, cum eodem
quod gerebat corpore in incorru-
ptibilitatem transmutandus erat,
ita oportet ut cum restaurabitur
cum suo in quo vivit in hac
vita corpore restauretur.
Boso: Quid respondebimus si quis
dicat quod hoc fieri oportet de
illis in quibus humanum ge-
nus restaurabitur, de repro-
bis non est necesse? Anselmus: Nihil in-
stius aut convenientius in-
telligitur quam ut sic homo
si perseverasset in iustitia totus,
id est ex anima et corpore, eternaliter beatus
esset, ita si perseverat in
iniustitia totus similiter eternaliter
miser est. Boso: Breviter
mihi de his satisfecisti

Ex quibus hoc necesse sit si tamen non erit faciet cogente necessitate et quod sit necessitas que aufert graciam aut minuit et sit necessitas que auget. Capitulum quartum

Ex hoc est facile cognoscere quoniam aut nichil de humana perficiat deus nature que incepit aut incipiendi fecit tam sublimem naturam ad tantum bonum. Certe si intelligitur deus fecisse quam racionalem naturam ad gaudendum de se valde alienum est ab eo ut nullam racionalem naturam penitus perire sinat. Boso. Non potest aliter putari racionabile. Anshelmus. Necesse est ergo ut de humana natura quod incepit perficiat. Hoc autem sicut diximus fieri nequit nisi per integram peccati satisfactionem quam nullus peccator facere potest. Boso. Intelligo iam necesse esse ut deus faciat quod incepit ne aliter quam deceat videatur a suo incepto deficere. Ultra hoc sequitur

Quod de humana natura perficiet deus quod incepit. Capitulum

Sed si ita est videtur quasi cogi deus necessitate vitandi indecenciam ut salutem procuret humanam. Quomodo ergo negari poterit plus hoc propter se facere quam propter nos. Aut si ita est quam graciam illi debemus pro eo quod facit propter se. Quomodo etiam imputabimus illi nostram salutem gracie si nos salvet necessitate. Anshelmus. Est necessitas que benefacienti graciam aufert aut minuit et est necessitas qua maior beneficio gracia debetur. Cum vero ipse sponte se necessitati benefaciendi subdit nec invitus eam sustinet tunc utique maiorem beneficii graciam meretur. Non enim hec est dicenda necessitas sed gracia quia nulla cogente illam suscepit aut servat sed gratis. Nam si quid hodie sponte promittis cras te daturum, cras eadem voluntate das, quamvis necesse sit te cras reddere promissum si potes aut mentiri, non tamen tibi minus debet ille pro impensione beneficii tui dati quam si non promisisses, cum non te debitorem ante tempus dacionis illi facere non es cunctatus. Tale est cum quis sponte vovet sancte conversacionis propositum. Namque quamvis illud ex necessitate post votum servare debeat ne apostate dampnacionem incurrat, et licet cogi possit servare si non velit, si tamen non invitus servat quod vovit, non minus sed magis gratus est deo quam si non vovisset, quoniam non solum vitam communem sed etiam libertatem suam propter deum abnegavit. Nec sancte vivere dicendus est necessitate sed eadem qua vovit libertate. Quare multo magis si deus bonum facit homini quod incepit, licet non deceat eum a bono incepto deficere, totum gracie eius debemus imputare, quia hoc propter nos non propter se nullius egens incepit. Non enim illum latuit quid homo facturus erat cum illum fecit, et tamen bonitate sua illum creando sponte se ut perficeret inceptum bonum quasi obligavit

Denique deus nichil facit necessi-
tate quia nullo modo cogitur aut pro-
hybetur facere aliquid. et cum
dicimus deum aliquid facere quasi
necessitate vitandi inhonestatem quam
utique non timet. potius intel-
ligendum est quia hoc facit
necessitate seruande honestatis
que scilicet necessitas non est aliud
quam inmutabilitas honestatis
eius quam a seipso et non ab
alio habet. Et ideo improprie
dicitur necessitas. Dicamus tamen quia
necesse est ut bonitas dei propter
inmutabilitatem suam perficiat de ho-
mine quod incepit quamuis totum
sit gratia bonum quod facit Boso
Concedo Anselmus Capitulum
de satisfactione per quam sal-
uator homo non possit fa-
cere nisi deus homo Hec

Hoc autem fieri nequit
nisi sit qui soluit
deo pro peccato hominis
aliquid maius quam
omne quod preter deum
est Boso Ita constat An-
shelmus Illum quoque qui de suo
poterit deo dare aliquid quod
superet omne quod sub deo est
maiorem esse necesse est quam
omne quod deus non est Boso
Nequeo negare Anshelmus
Nichil autem est super omne quod
deus non est nisi deus Boso
Verum est Anshel. Non ergo
potest hanc satisfactionem facere
nisi deus Boso Sic sequitur
Anshel. Sed nec facere illam
debet nisi homo alioquin non
satisfaciat homo Boso Non
videtur aliquid iustius Anshel.
Si ergo constat necesse est ut de
hominibus perficiatur illa superna
ciuitas nec hoc esse valet
nisi fiat predicta satisfactio

quam non potest facere nisi deus
nec debet nisi homo necesse
est ut eam faciat deus ho-
mo Boso Benedictus deus iam
magnum quid inuenimus iam quod
querimus perseque ergo ut
incepisti spero enim quod deus
nos adiuuabit Et quod sequitur
ex necessitate sit eundem ipsum es-
se perfectum deum et perfectum hominem

Inuestigandum nunc est
quo esse possit deus
homo diuina enim natura
et humana non possunt
inuicem mutari ut
diuina fiat humana. aut huma-
na diuina nec ita misceri ut
quedam tercia fit ex duabus
que nec diuina sit omnino nec
humana Denique si fieri posset
ut altera in alteram conuerteretur
aut esset tamen deus et non
homo. aut solum homo et
non deus Aut si miscerentur
Ita non fieret ex duabus corru-
ptis quedam tercia quemadmodum
in duabus indiuiduis animalibus
diuersarum specierum masculo et fe-
mina nascitur tercium quod nec pa-
tris integram nec matris
seruat naturam. sed ex utraque per-
mixtam tertiam. nec homo
esset nisi deus Non igitur
potest fieri homo deus. quem querimus
ex diuina et humana
natura aut conuersione alterius
in alteram aut corruptiua com-
mixtione utriusque in tertiam
que hec fieri nequeunt aut
si fieri valent nisi ad hoc
quod querimus valent Si ita autem
quodem modo iungi dicuntur
hee due nature integre
ut tamen alius sit homo alius
deus et non idem sit deus
qui et homo impossibile
est ut ambo faciant quod fieri

necesse est. Nam deus non faciet quia non debebit et homo non faciet quia non poterit. Ut ergo hoc faciat deus homo necesse est eundem ipsum esse perfectum deum et perfectum hominem qui hanc satisfactionem facturus est quam eam facere non potest nisi verus deus nec debet nisi verus homo. Quoniam ergo servata integritate utriusque nature necesse est inveniri deum hominem non minus necesse esse has duas naturas integras convenire in unam personam quemadmodum corpus et anima rationalis conveniunt in unum hominem quia aliter fieri nequit ut idem ipse sit perfectus deus et perfectus homo. Boso. Totum michi placet quod dicis. Anshelmus.

Ut ex genere ade et de virgine femina deum oportebat assumere humanitatem

Restat nunc querere unde et quomodo deus assumet naturam. Aut enim eam assumet de Adam aut faciet novum hominem quemadmodum fecit Adam de nullo alio homine. Sed si non novum hominem faciat non de ade genere non pertinebit ad genus humanum quod natum est ex Adam quare non debebit satisfacere pro eo quia non erit de illo. Sicut enim rectum est ut pro culpa hominis homo satisfaciat ita necesse est ut satisfaciens idem sit qui peccator aut eiusdem generis. Aliter namque nec Adam nec genus eius satisfaciat pro se. Ergo sicut de Adam et Eva peccatum in omnes homines propagatum est ita nullus nisi vel ipsi vel quod de illis nascitur pro peccato hominum satisfacere debet. Quoniam ergo illi nequeunt necesse est ut de illis sit qui hoc faciat. Amplius sicut Adam et totum genus eius per se stetisset sine sustentatione alterius creature si non peccasset, ita oportet ut si idem genus resurgat per seipsum resurgat et relevetur. Nam per quemcumque in statum suum restituatur per illum utique stabit per quem statum suum recuperabit. Deus etiam quando naturam humanam primitus fecit in solo Adam nec feminam ut de utroque multiplicaret homines facere voluit nisi de ipso aperte monstravit se non nisi de Adam voluisse facere quod de natura humana facturus erat. Quapropter si genus Ade per aliquem relevatur hominem qui non sit de eodem genere non in illam dignitatem quam habiturus erat si non peccasset Adam ideo non integre restaurabitur. Et deus propositum defecisse videbitur que duo inconvenientia sunt. Ergo necesse est ut de Adam assumatur homo per quem restaurandum est genus Ade. Boso. Si rationem sequimur sicut proposuimus hoc inevitabiliter oportet esse. Anshelmus. Investigemus nunc utrum assumenda sit natura hominis de patre et matre sicut alii sunt homines aut de viro sine femina aut de femina sine viro. Nam quocumque modo ex hiis tribus modis sit de Adam et Eva erit de quibus est omnis homo utriusque sexus. Nec aliquis modus ex hiis tribus facilior est deo quam alii ut eo modo potius debeat assumi. Boso. Bene procedis. Anshelmus.

Verum non est opus multo labore ut ostendatur quia mundius et honestius procreabitur homo de solo viro vel femina quam de commixtione utriusque sicut omnes alii filii hominum. Boso. Sufficit ergo de solo viro vel femina sola. Sicut assiduus monstrat usus aut nec de viro nec de femina sicut fecit Adam aut de viro sine femina sicut fecit Evam, aut de femina sine viro quod nondum fecit. Ut igitur hunc quoque modum probet sue subiacere potestati et ad hoc ipsum opus dilatatum esse nil convenientius quam de femina sine viro assumat illum hominem quem querimus. Utrum autem de virgine an de non virgine dignius hoc fiat non est opus disputare sed sine omni disputatione asserendum est quia de virgine deum hominem nasci oportet. Boso. Secundum placitum cordis mei loqueris. Anshelmus. Estne hoc solidum quod diximus aut vanum aliquid sicut nubes quod dixisti nobis infideles obicere. Boso. Nichil solidius. Anshelmus. Pinge igitur non super fictam vanitatem sed supra solidam veritatem. Et dic quia valde convenit ut quemadmodum hominis peccatum et causa nostre dampnationis principium sumpsit a femina Ita medicina peccati et causa salvationis nostre nascetur de femina. Et ne mulieres desperent se pertinere ad sortem beatorum quoniam de femina tantum malum processit oportet ut ad reformandam spem earum de muliere tantum bonum procedat. Pinge et hoc. Si virgo erat que causa fuit humano generi totius mali multo magis decet ut virgo sit que causa erit totius boni. Hoc quoque pinge. Si mulier quam fecit deus de viro sine femina facta est de virgine. Convenit valde ut et vir quoque qui fiet de femina sine viro fiet de virgine. Sed picturis que pinguntur super hoc quia deus homo de virgine matre nasci debet Ista nunc sufficiant. Boso. Valde pulcre et racionabiles sunt iste picture. Anshelmus.

Quod necesse sit verbum solum et hominem in unam convenire personam Capitulum sequitur

Nunc quoque querendum est in qua persona deus qui est tres persone hominem assumat. Plures enim persone nequeunt unum eundemque hominem assumere in unitatem persone. Quare in una tantum persona hoc fieri necesse est. Sed de hac unitate persone dei et hominis In qua persona dei hoc fieri magis oporteat in epistola de incarnatione verbi ad dominum papam Urbanum directam quantum ad presentem investigationem puto sufficere locutus sum. Boso. Breviter tamen hic tangere cur potius filii persona debeat incarnari quam patris aut spiritus sancti. Anshelmus. Si quelibet alia persona incarnetur erunt duo filii in trinitate filius scilicet dei qui et ante incarnationem filius est. Et ille qui per incarnationem filius erit virginis erit et in personis que semper equales esse debent Inequalitas secundum dignitatem nativitatum dignioremque namque nativitatem habebit natus ex deo quam natus ex virgine. Item si pater fuerit incarnatus erunt duo nepotes in trinitate quia pater erit nepos

pertinet virginis per hominem
assumptum et verbum tamen
nichil habeat de homine
nepos erit tamen virginis quia
filius eius erit filius. Cumque
omnia inconvenientia sint
licet in incarnatione verbi
contingunt. Est et aliud cur
magis conveniat incarnari
filio quam aliis personis. Etenim
ma convenientius sonat filium
supplicare patri quam aliam
personam alii. Item homo pro
quo erat oraturus et dya-
bolus quem erat expugna-
turus ambo falsam similitu-
dinem dei per propriam voluntatem
presumpserat. Unde quasi specialius
iniuria convenientius attribu-
itur culpe vindicta aut
indulgentia specialius ad ipsam
personam per se filii spectavit
qui vera patris similitudo
creditur illi. Itaque cum ra-
tio tamen nos ad mentalis per-
duxit ad hoc ut necesse sit divi-
nam et humanam naturam in
unam convenire personam nec hoc
fieri posse in pluribus personis
dei. Et hoc convenientius conve-
nire pateat in persona verbi
quam in aliis necesse est deum
verbum et hominem in unam conveni-
re personam. Boso. Via est illa qua
me ducis undique munita
ratione ut neque ad dextram
neque ad sinistram videam ab
illa me posse declinare.
Anshelmus. Non ego te du-
co sed ille de quo loquimur
sine quo nichil possumus
nos ducit ubicumque viam ve-
ritatis tenemus. Sequitur
Quare enim homo non ex meri-
to moriatur et quod possit
vel non possit peccare et
tamen ille et angelus de sua
iustitia laudandus sit tamen pe-
ccare non possit capitulum

Utrum autem ille moritu-
rus sit ex debito sicut
omnes alii homines ex de-
bito moriuntur non. Inve-
stigare debemus. Sed si Adam
moriturus non erat si non pec-
casset multo magis iste mor-
tem pati debebat in quo peccatum
esse non poterit quia deus erit.
Boso. In hoc volo te aliquantu-
lum immorari. Sive enim dicatur
posse sive non posse in utroque
mihi non parva quaestio nascitur. Nam
si peccare non posse dicitur diffi-
cile credi debere videtur. Ut
enim aliquantulum loquar non
quasi de illo qui numquam fuit
ut hactenus fecimus. Sed velut de
eo quem et cuius facta novi-
mus quis neget illum multa potuis-
se potuisse facere quae peccata
dicimus. Et ut alia tace-
am quid dicemus eum non po-
tuisse mentiri quod semper peccatum
est. Cum enim dicat Iudeis
de patre si dixero quia non
scio eum ero similis vobis mendax
et inter haec verba dicat non
scio eum quis dicet eum eas-
dem tres nequisse proferre di-
ctiones sine aliis verbis ut
sic diceret non scio eum. Quod si
faceret ut ipse ait esset mendax
quod est esse peccatorem. Quare
quia hoc potuit potuit peccare.
Anshelmus. Et hoc dicere potuit
idest peccare non potuit. Boso.
Hoc ostende. Anshelmus. Omnis po-
testas sequitur voluntatem. Cum
enim dico quia possum loqui
vel ambulare subauditur si volo.
Si enim non subintelligitur volun-
tas non est potestas sed necessitas.
Nam tamen dico quia volens tra-
hi possum aut vinci. Non est

Non est haec mea potestas sed necessitas et potestas alterius. Quippe non est aliud possum trahi velut invitus quam alius me trahere vel invite pati possum. Itaque dicimus de Christo quia potuit mentiri volens, nec potuit velle mentiri, nec nunquam dici potest nequivisse mentiri. Sic itaque potuit et non potuit mentiri. Boso. Nunc redeamus ad investigandum de illo quasi nondum sit, sicut incepimus. Dico igitur: si peccare non poterit, quia sicut dicis non poterit velle, ex necessitate servabit iustitiam. Servare non ex libertate arbitrii iustus erit. Quae igitur illi gratia pro iustitia sua debebitur? Solemus namque dicere deum ideo fecisse angelum et hominem tales qui peccare possent, quatenus cum possent deserere iustitiam et eam ex libertate servarent arbitrii, gratiam et laudem mererentur quae illis, si ex necessitate iusti essent, non deberentur. Anselmus. Nonne angeli qui modo peccare nequeunt laudandi sunt? Boso. Sunt utique, quoniam hoc quod modo non possunt meruerunt per hoc quod potuerunt et noluerunt. Anselmus. Quid dicis de deo qui non potest peccare nec hoc meruit per potestatem peccandi quia non peccavit: nonne laudandus est pro iustitia sua? Boso. Hoc volo ut respondeas pro me. Nam si dico eum non esse laudandum, scio me mentiri; si autem dico laudandum, timeo infirmare rationem quam dixi de angelis. Anselmus. Angeli non sunt laudandi de iustitia sua quia peccare potuerunt, sed quia per hoc quodammodo a se habent quod peccare nequeunt. In quo aliquatenus similes sunt deo qui a se habet quidquid habet. Dat enim aliquid qui non aufert quod potest, et facere aliquid qui non potest ad hoc facere ne sit non facit. Cum itaque angelus potuit auferre sibi iustitiam et non abstulit, et facere se non esse iustum et non fecit, recte asseritur ipse sibi dedisse iustitiam et se ipsum iustum fecisse. Hoc igitur modo habet a se iustitiam, quoniam creatura eam aliunde a se habere nequit, et ideo laudandus est de sua iustitia, nec necessitate sed libertate iustus est. Deus vero, cui nulla est necessitas nec prohibitio, quia quidquid habet a se perfecte habet, ille maxime laudandus est de bonis quae habet et servat non ulla necessitate, sed sicut supra dixi propria et aeterna immutabilitate. Sic homo ille qui idem ipse deus erit, quoniam omne bonum quod ipse habebit a se habebit, non necessitate sed libertate et a se ipso iustus, ideo laudandus erit. Quamvis enim natura humana a divina habebit quod habebit, idem tamen ipse erit a se ipso, quia duae naturae una persona erit. Boso. Satisfecisti mihi et in hoc a parte videlicet deo quia et peccare non potest et tamen laudandus est de iustitia sua. Sed nunc quaero, cum deus talem facturus sit hominem, cur non tales fecit angelos et illum ut peccare non possent et de iustitia sua laudandi essent. Anselmus. Intelligis quid dicas? Boso. Videor mihi intelligere, et ideo quaero cur non tales non fecit. Anselmus. Quia nec debuit nec potuit fieri ut

unius persone illorum essent. Ideo ipse qui deus sicut de homine iusto dicitur, ut si queras quere, dixi non vel de toto qui sunt persone dei vel ipse de uno hoc petit. Audeo quia ad tunc fieri nullatenus hic exigebat. Boso: Credo quia hoc quesivi ut hec que dicitis erant. Anshelmus: Dicamus igitur quia non debebit cum non erit peccator. Boso: Concedere me oportet. Anshelmus:

Quod moriatur ex sua potestate et quod mortalitas non pertinet ad puram hominis naturam.

Nunc autem restat inquirere utrum possit mori secundum humanam naturam, nam secundum divinam incorruptibilis erit. Boso: De hoc cur dubitare debemus, cum ipse verus homo sit futurus et omnis homo naturaliter mortalis. Anshelmus: Non puto mortalitatem ad puram sed ad corruptam hominis pertinere naturam. Quippe si numquam peccasset homo et immortalitas eius immutabiliter firmata esset, non tamen minus homo esset verus; et quando mortales in incorruptibilitatem resurgent, non minus erunt veri homines. Nam si pertineret ad veritatem humane nature corruptibilitas sive incorruptibilitas, quia neutra facit aut destruit hominem, sed altera valet ad eius miseriam, altera ad beatitudinem. Sed quia nullus est homo qui non moriatur, ideo mortale ponitur in hominis diffinitione a philosophis qui non crediderunt totum hominem aliquando potuisse aut posse esse immortalem. Quare non sufficit ad monstrandum illum hominem debere esse mortalem, quia verus homo erit. Boso: Quere tu ergo aliam rationem, quia ego illam nescio, si tu nescis qua ille probetur mori posse. Anshelmus: Dubium non est quia sicut deus erit, ita omnipotens erit. Boso: Verum est. Anshelmus: Si ergo velit, poterit animam suam ponere et iterum sumere. Boso: Si hoc non potest, non videtur quod sit omnipotens. Anshelmus: Poterit igitur numquam mori si velit, et poterit mori et resurgere. Sive autem animam suam ponat nullo alio faciente, sive alius hoc faciat ut eam ponat ipso permittente, quantum ad potestatem nichil differt. Boso: Non est dubium. Anshelmus: Si igitur voluerit permittere, poterit occidi. Boso: Ad hoc nos inevitabiliter perducit ratio. Anshelmus: Ratio quoque nos docuit quia maius aliquid quam quod sub deo est habere debet, quod sponte det et non ex debito deo. Boso: Ita est. Anshelmus: Hoc autem sub illo nec extra illum inveniri potest. Boso: Verum est. Anshelmus: In ipso igitur inveniendum est. Boso: Ita sequitur. Anshelmus: Aut igitur se ipsum aut aliquid de se dabit. Boso: Non possum aliter intelligere. Anshelmus: Videndum est nunc qualis debet esse hec datio. Quare nam se non poterit deo aut aliquid de se quasi non habenti ut suus sit; omnis enim creatura dei est. Boso: Sic est. Anshelmus: Sic ergo intelligenda est hec datio, quia aliquo modo ponat se ad honorem dei aut aliquid de se quo debitor non erit. Boso: Ita sequitur ex predictis. Anshelmus:

Si dicimus quia dabit se ipsum ad
obediendum deo, ut perseveranter servan-
do iustitiam subdat se voluntati
eius non erit hoc dare quod deus
ab illo non exigat ex debito. Omnis
enim racionalis creatura debet hanc
obedienciam deo. Boso. Hoc nega-
re nequit. Anshelmus. Alio itaque
modo oportet ut det seipsum deo
aut aliquid de se. Boso. Ad
hoc nos impellit racio. Anshelmus.
Videamus si forte hoc sit dare
vitam suam sive animam suam
sive tradere seipsum morti ad
honorem dei. Hoc enim ex debito
non exiget deus ab illo. Quoniam
namque non erit peccatum in illo non
debebit mori sicut diximus. Boso.
Aliter nequeo intelligere. Anshelmus.
Consideremus adhuc utrum si ro-
nabiliter conveniat. Boso. Dic tu
et ego libenter audiam. Anshelmus.
Si homo per suavitatem peccavit
an non convenit ut per asperita-
tem satisfaciat. Et si tam facile
victus est a dyabolo ut deum
peccando exhonoraret ut facili-
us non posset. Nonne iustum est
ut homo satisfaciens pro peccato
tanta difficultate vincat dyabolum
ad honorem dei ut maiore non
posset. An non est dignum quod
qui se sic abstulit deo peccando
ut se plus auferre non posset
sic se det deo satisfaciendo ut
magis se non posset dare. Boso.
Nichil est aliud racionabilius. Anshelmus.
Nichil autem asperius
est aut difficilius quod homo ad
honorem dei sponte et non ex de-
bito pati quam mortem. Et nulla-
tenus seipsum potest homo dare ma-
gis deo quam cum se morti tradit
ad honorem illius. Boso. Vera
sunt omnia hec. Anshelmus. Talem

igitur oportet eum esse qui pro
peccato hominis satisfacere velit
ut possit mori si velit. Boso.
Video plane illum hominem quem
querimus talem esse oportere qui
nec ex necessitate moriatur quia omni-
potens erit, nec ex debito
quia numquam peccator erit et non
mori possit ex libera volun-
tate quia necessarium erit. Anshel-
mus. Sunt et alia multa cur
eum valde conveniat hominum
similitudinem et conversationem absque
peccato habere que facilius et
clarius per se patent in eius
vita et operibus quam velut
ante experimentum sola racione
monstrari possint. Quis enim explicet
quam necessarie quam sapienter
factum est, ut ille qui homines
erat redempturus de via
mortis et perdicionis ad viam
vite et beatitudinis eterne docendo
reducturus cum hominibus conversa-
retur et in ipsa conversatione cum
eos doceret verbo qualiter vivere
deberent seipsum preberet exem-
plum. Aut seipsum quomodo daret
infirmis et mortalibus ut
pro iniurias aut contumelias
aut dolores aut mortem a
iusticia non recederent si ipsum
omnia hec sentire non agnosce-
rent. Boso. Quod sequitur.

Ut quamvis mortalis sit particeps
tamen non sit. Capitulum xii.

Omnia hec patenter
ostendunt eum morta-
lem et incommodorum
nostrorum esse participem
oportere. Que hec omnia
miserie nostre sunt. Numquid
ergo miser erit. Anshelmus.
Nequaquam. Nam sicut ad felici-
tatem non pertinet commodum quod
habet quis contra voluntatem, ita
non est miseria apprehendere

sapienc nulla naturaliter aliqd
incomodu nisi volendo Boso
Qr cu aliis infirmitatibus
nris ignorantiam no habeat
Utrum in hac simili-
tudine quam habere
debet cu hominibus
sicut alias infirmitates
ita et ignorantiam
habiturus sit Anshelmus
Cur dubitas de deo utrum
omnia sit sciens Boso quia
quamvis sit immortalis futurus
secundum divinam naturam mortalis tamen erit
secundum humanam Cur ergo non
non poterit homo ille esse vere
ignorans sicut vere mortalis
erit Anshelmus Illa hominis
assumptio in unitatem personae
dei non nisi sapienter a summa
sapientia fiet Et ideo non
assumet in homine qd nullo
modo utile sed valde noxium
est ad opus qd idem homo
facturus est Ignorantia
namque ad nichil utilis est
illi sed ad multa noxia. quomodo
enim tot et tanta opera que
facturus est faciet sine immen-
sa sapientia aut quomodo illi credent
homines si eum scient nescium
Si autem nescient ad quid erit
illi utilis. illa ignorantia
Deinde si nichil amatur nisi
erit boni qd non amet Ita
nullum bonum erit qd ignoret.
Bonum autem nemo perfecte no-
nit nisi qui illud a malo scit
discernere hanc autem discretionem
nullus scit facere qui ma-
lum ignoret Sicut igitur de
quo loquimur Omne perfectum
sciet bonum Ita nullum igno-
rabit malum Omnem igitur ha-
bebit sciam quamvis eam publi-
ce in hominum conversatione non ostende

dat Boso In maiori etate
ita videtur sicut dicis sed in
infantia sicut non erit tempus
congruum ut in illo appareat sapientia
Ita non erit opus et ideo nec
congruum nec illam habeat An-
shelmus Nonne dixi quod sa-
pienter fiat illa incarnatio
sapienter assumet nam deus mor-
talitatem qua sapienter, quia
valde utiliter utetur Ignoran-
tiam vero non poterit assumere
sapienter quia nunquam est uti-
lis sed semper noxia nisi forte cum
per eam mala voluntas que
nunquam in illo erit ab effectu re-
stringitur Nam si aliquid ab
aliud non noceret hoc solo tamen
noceret quia sciencie bonum au-
ferret et ut breviter absolvam
qd queris ex quo ille homo
erit plenus deo semper se ipso
erit sine eius potentia et for-
titudine et sapientia Boso
Quamvis hoc in christo semper fuisse non
dubitarem Ita tamen quesi-
vi ut de hoc quoque racionem
audirem. sepe namque aliquid
esse certi sumus et tamen hoc proba-
re ratione nescimus Quod

Quod mors praevaleat numero
et magnitudini peccatorum omnium

Nunc ergo ut doceas me
quomodo mors eius prva-
leat numero et magnitu-
dini peccatorum omnium cum unum
qd putamus levissimum
peccatum tam infinitum monstres
ut si numerus infinitus
mundorum qui sic pleni sint cre-
aturis sicut est iste nec per se
subsistere possint sed redigantur in nichilum
nisi faciat aliquis aspectum unum
contra voluntatem non tamen fieri debeat
Anshel. Si esset presens homo ille
et scires quis esset et diceretur
tibi nisi occideris hominem hunc

peribit mundus iste totus et quic-
quid deus non est faceres hoc
pro conservanda omni alia creatura
Boso Non facerem etiam si infini-
tus michi mundorum numerus ostende-
retur Anshelmus Quid si iterum
tibi diceretur Aut eum occides
aut omnia peccata mundi venient
super te Boso Responderem
me potius omnia alia peccata
velle suscipere non solum huius mundi
que fuerunt et que futura sunt
sed quecumque super hoc cogita-
ri possunt quam istud solum quia
non solum de occisione eius
sed et de minima lesione que
illum tangeret Respondere
me existimo deberem Anshel.
Recte existimas Sed dic michi
cur ita cor tuum iudicat unum
plus horreat unum peccatum in
lesione unius hominis quam omnia
alia que excogitari possunt
cum omnia quecumque peccata
contra illum sunt Boso Quia
peccatum quod in persona eius fit
incomparabiliter super omnia illa que
extra personam illius cogitari
possunt Anshel. Quid dices ad
hoc quia sepe libenter aliquis
patitur quasdam in sua persona
molestias ne maiora patiatur
in rebus suis Boso Quia
deus non eget hanc patientiam cum
potestati cuncta subiacent sicut tu
supra cuidam mee interrogationi
respondisti Anshelmus Bene
dixisti Video ergo quia viola-
cioni vite corporalis huius hominis
nulla immensitas vel multitudo
peccatorum extra personam dei compara-
ri valet Boso Apertissimum
est Anshel. Quantum bonum
tibi videtur cuius interemptio tam
mala est Boso Si omne bonum
tam bonum est quam mala
est eius destructio Plus est
bonum incomparabiliter quam sint
ea peccata mala que sine esti-
macione superat eius interemptio
Anshel. Verum dicis Cogita
etiam quia peccata tam odibilia
sunt quantum mala et vita
ista tam amabilis quantum
est bona Unde sequitur quia
vita hec plus est amabi-
lis quam sint peccata odibilia
Boso Non possum hoc non intel-
ligere Anshelmus Putas
etiam bonum tam amabile
posse sufficere ad solvendum quod
debetur pro peccatis totius mundi
Boso Immo plus potest in infinitum
Anshelmus Vides igitur quomodo
vita hec vincat omnia peccata
si pro illis detur Boso Aper-
te Anshelmus Si ergo da-
re vitam est mortem accipere
sicut datio huius vite prevalet
omnibus hominum peccatis Ita
et acceptio mortis Boso Ita
esse de omnibus peccatis que
personam dei non tangunt

Quod mors etiam deleat
peccata eum perimentium Capitulum

Sed nunc video aliud
querendum Nam si tam
est malum eum
occidere quam bona est
vita eius quomodo potest
mors eius superare et delere
peccata eorum qui eum occiderunt
Aut si alicuius eorum peccatum
delet quomodo potest et aliorum hominum
aliquid delere Credimus
enim quia multi ex illis sal-
vati sunt et innumerabiles
alii salvantur Anshelmus
Hanc questionem solvit apostolus

qui dixit: Quia si cognovissent, numquam dominum glorie crucifixissent. Tantum namque differunt scienter factum peccatum et quod per ignorantiam fit, ut malum quod numquam facere possent pro immanitate sua si cognoscerent, veniale sit quia ignoranter factum est. Nullus enim hominum occidere velle saltem scienter deum umquam posset. Et ideo qui illum occiderunt ignoranter, non in illud infinitum peccatum cui nulla alia comparari possunt peccata proruerunt. Etiam non consideravimus eius magnitudinem ad videndum quam bona esset vita illa, secundum hoc quod non ignoranter factum est, sed quasi scienter fieret, quod nec umquam fecit aliquis nec facere potuit.

Boso. Rationabiliter interfectores Christi ad veniam peccati sui pervenire potuisse monstrasti.

Anshelmus. Quid iam queris amplius? Ecce vides quomodo rationabilis necessitas ostendit ex omnibus perficiendam esse supernam civitatem. Hoc est posse fieri nisi per remissionem peccatorum, quam homo nullatenus habere potest nisi per hominem qui idem ipse sit deus atque morte sua homines peccatores deo reconciliet. Aperte igitur invenimus Christum, quem deum et hominem confitemur et mortuum propter nos. Hoc autem absque omni dubio cognito, cuncta que ipse dicit certa esse, quia deus mentiri nequit, et sapienter esse facta que fecit dubitandum est [quamvis non eorum ratio intelligatur a nobis].

Boso. Verum est quod dicis, nec aliquatenus quod dixit esse verum aut quod fecit rationabiliter esse factum dubito. Sed hoc postulo ut quod quasi non debere aut non posse fieri videtur infidelibus in fide christiana, hoc michi qua ratione fieri debeat aut possit aperias, non ut me in fide confirmes, sed ut confirmatum veritatis ipsius intellectu letifices.

Qualiter deus de massa peccatrice assumpsit hominem sine peccato et de salvatione Ade et Eve. Capitulum XVI. [Incipit]

Quapropter sicut eorum que supra dicta sunt rationem aperuisti, sic peto ut eorum que nunc quesiturus sum ostendas. Primum scilicet qualiter de massa peccatrice, id est de humano genere quod totum infectum erat peccato, hominem sine peccato quasi azimum de fermentato deus assumpsit. Nam licet ipsa hominis conceptio munda sit et absque carnalis delectationis peccato, virgo tamen ipsa unde assumptus est in iniquitatibus concepta est, et in peccatis concepit eam mater eius, et cum originali peccato nata est, quoniam et ipsa in Adam peccavit, in quo omnes peccaverunt.

Anshelmus. Postquam constat hominem illum deum et peccatorum esse reconciliatorem, dubium non est eum omnino sine peccato esse. Hoc autem esse non valet nisi absque peccato de massa peccatrice sit assumptus. Si vero ratione sapientia dei hoc fecit, si non possumus intelligere non debemus mirari sed cum veneratione tolerare

aliquid esse in secreto tantae
rei quod ignoraremus. Quippe mira-
bilius deus restauravit huma-
nam naturam quam instituit. Aequali-
ter utrumque deo facile est. Sed
homo antequam esset non peccavit
ut fieri non deberet. Postquam vero
factus erat ut esset qui puni-
retur aut cui deus misereretur
peccavit, quod non perdidit. Utrumque
quod factus. Neutrum enim horum
fieri posset si in nihilum re-
dactus esset. Tanto ergo mira-
bilius deus illum restituit quam
instituit, quanto hoc de peccatore con-
tra meritum fecit, illud nec de
peccatore nec contra meritum fecit.
Quantum etiam est deum et hominem
sic in unum convenire ut salva
integritate utriusque naturae idem
sit homo qui deus. Quis prae-
sumat vel cogitare quod humanus
intellectus valeat penetrare
quam sapienter quam mirabiliter
tam investigabile opus factum sit.
Boso: Assentior. Verum nullus
homo potest in hac vita tantum secre-
tum penitus aperire. Et ideo non peto
ut facias quod nullus homo facere
potest, sed tantum quantum potes.
Plus enim persuadebis altiores
in hac re rationes latere si ali-
quam te videre monstraveris, quam
si te nullam in ea rationem intelli-
gere nihil dicendo probaveris.
Anselmus: Video me ab impor-
tunitate tua non posse liberari.
Sed si aliquatenus potero quod postu-
las ostendere, gratias agamus
deo. Si vero non potero, sufficiant
ea quae probata sunt supra. Cum
enim constat deum hominem fieri
oportere, dubium non est sapi-
entiam et potentiam illi non deesse

ut hoc sine peccato fiat. Boso:
Sic libenter accipio. Anselmus:
Oportuit itaque ut illa rede-
mptio quam Christus fecit prodesset
non solum illis qui eo tempore
fuerunt, sed et aliis. Sit enim
rex aliquis cui totus populus
suae civitatis sic peccavit
excepto uno solo qui tamen
de illorum est genere, ut nullus
illorum facere possit unde mortem
damnationis evadat. Ille
autem qui solus est innocens
tantam apud regem habet gratiam
ut possit, et tantam dilectionem
erga eos, quod velit omnes qui
suo credent consilio reconci-
liare quodam servitio valde
ipsi regi placituro, quod factu-
rus est die secundum voluntatem
regis statuto. Et quia non omnes
possunt qui reconciliandi
sunt ad diem illam conve-
nire, concedit rex propter ma-
gnitudinem illius servitii ut
quicumque vel ante vel post
diem illam confessi fuerint se
velle per illud opus quod ea
die fiet veniam impetrare
et ad pactum ibi constitutum
accedere, ab omni culpa sint
absoluti praeterita; et si contigerit
ut post hanc veniam iterum
peccent, per dignam satisfactionem
et correctionem deinceps volentes
pro eiusdem pacti efficacia ite-
rum veniam recipiunt, sic tamen
ut nullus palatium eius
ingrediatur donec factum sit
hoc unde culpae laxantur.
Secundum similitudinem hanc, quoniam
non potuerunt homines omnes qui
salvandi erant praesentes esse
quando redemptionem illam Christus
fecit, tanta fuit vis in eius

morte ut etiam in absentes vel
loco vel tempore eius per-
tendat effectus. Quod autem non
solis presentibus prodesse debeat
hinc facile cognoscitur. quia
non tot presentes eius morti
potuerunt quot ad superne civi-
constructionem necessarii sunt. Etiam
si omnes qui eius mortis
tempore ubicumque erant ad illam
redemptionem admitterentur. pauci-
res enim sunt demonibus
quorum de quibus restaurandus
est numerus eorum ea die viventes
homines. Nec credendum est
ex quo factus est homo
nullum tempus fuisse quo mun-
dus iste cum creaturis que
facte sunt ad usus hominum
sic vacuus fuisset ut nullus
esset in illo ex humano genere
adhuc pertinens ad id ad quod factus
est homo. Videtur enim incon-
veniens quod deus vel uno
momento permiserit humanum
genus et ea que fecit ad
usum eorum de quibus super-
na civitas perficienda est quasi
frustra extitisse. Nam ali-
qualiter in vanum esse viderentur
quamdiu non adhuc ad
quod maxime facta essent
viderentur subsistere. Boso.
Congrua ratione et cui nichil
repugnare videtur monstras
nullum umquam fuisse
tempus ex quo factus est homo
absque aliquo qui ad eam per-
tineret sine qua vane factus
esset omnis reconciliationi
quod non solum inconveniens
sed nimium esse possumus crede-
re. Si enim conveniens
et rationabile esset hoc quod
aliquando nullum fuisse de quibus

intentio dei qua hominem fecit
perficeretur. Nec est aliud quod hu-
ic obviet. Homini necesse est semper
aliquem ad prefatam reconcilia-
tionem pertinentem fuisse. Unde Adam
et Evam ad illam pertinuisse re-
demptionem dubitandum non est quam-
vis hoc auctoritas divina aperte non
pronunciat. Anshelmus. Incre-
dibile quoque videtur. cum deus illos
fecit et proposuit immutabiliter fa-
cere de illis omnes homines quos
ad celestem civitatem assumptu-
rus erat quod illos duos ab hoc
excluserit proposito. Boso. Immo
illos maxime ad hoc fecisse cre-
di debet ut essent de illis
propter quos facti sunt. Anshelmus.
Bene consideras. nulla tamen
anima ante mortem Christi pa-
radisum celestem ingredi potuit
sicut supra dixi de regio
pallacio. Boso. Sic tenemus.
Anshelmus. Virgo autem illa
de qua homo ille assumptus
est de quo loquimur fuit
de illis qui ante nativitatem
eius per eum mundati sunt a
peccatis et in eius ipsa mundicia
de illa assumptus est. Bo-
so. Placet michi multum quod
dicis nisi quod ipse debeat a se
ipso habere a peccato mundiciam
videtur eam habere a matre
et non per se mundus esse sed
per illam. Anshelmus. Non
ita est. Sed quoniam matris mundicia per
quam mundus est non fuit nisi ab
eo ipse quoque per seipsum et a se
mundus fuit. Boso. Bene est de hoc.

Cur ideo non sit necessitas vel im-
possibilitas et quod sit necessitas
cogens et non cogens. Capitulum

Ceterum ad aliud michi
videtur quemadmodum enim supra
quia non necessitate moritur

erat. Et nunc videmus quia virgo eius per eius mortem futuram munda fuit, quod nisi illa fuisset de illa ipse non processisset. Quomodo ergo non necessitate mortuus est qui non nisi quia moriturus erat potuit esse? Nam si moriturus non esset, virgo de qua assumptus est munda non fuisset, quoniam hoc nequaquam potuit esse nisi veritatem eius mortem credendo. Nec ille de illa aliter potuit assumi. Quare si non mortuus est ex necessitate, postquam assumptus est de virgine, potuit non esse de virgine assumptus esse postquam est assumptus, quod non est possibile. Anshel. Si bene que supra dicta sunt considerasses, hanc questionem nullo negotio solutam intellexisses. Boso. Non video quomodo. Anshelmus. Nonne cum quesivimus utrum ille mentiri potuit, monstravimus in mentiendo duas esse potestates, unam videlicet volendi mentiri, alteram mentiendi, et potestatem habendi hoc quod a seipso habuit ut non posset vel non velle mentiri? Boso. Certe. De sua iusticia qua veritatem servat eum laudandum esse. Boso. Ita est. Anshel. Similiter est in servandam vitam potestas volendi servare et potestas servandi. Cum igitur queritur utrum idem deus homo potuit servare vitam suam ut numquam moreretur, dubitandum non est quia semper habuit potestatem servandi, quamvis nequiverit velle servare ut numquam moreretur. Et quoniam hoc a seipso habuit ut sine velle non posset, non necessitate. Boso. Non omnino similes fuerunt in illo iste potestates mentiendi videlicet et servandi vitam. Ubi enim sequitur quia si vellet posset mentiri, hoc non videtur quasi non mori vellet. Non magis hoc posset quam posset non esse quod erat. Nam ad hoc erat homo ut moreretur, et propter huius future mortis fidem de virgine potuit assumi sicut supra dixisti. Anshelmus. Quemadmodum putas illum non potuisse velle non mori aut necessitate mori voluisse, quia quod erat non esse non potuit. Non enim magis ipse factus est homo ad hoc ut moreretur quam ut vellet mori. Quapropter sicut non debes dicere quia non potuit velle non mori, aut necessitate voluit mori, sic non est dicendum quia non potuit mori aut necessitate mortuus est. Boso. Immo quoniam eidem subiacent et mori et velle mori, utrumque videtur in illo necessitate fuisse. Anshel. Quis sponte voluit hominem fieri ut eadem immutabili voluntate moreretur, et per eius fidem certitudinis virgo munda fieret de qua homo ille assumeretur? Boso. Deus filius dei. Anshelmus. Nonne supra monstratum est? Sed video ex eo quia quod deus immutabiliter vult non potest non esse, quapropter si deus voluit ut homo ille moreretur, non potuit non mori. Anshel. Ex eo quia filius dei assumpsit hominem ea voluntate ut moreretur, probas eundem hominem non potuisse non mori. Boso. Ita intelligo. Anshelmus. An non similiter apparuit ex hiis que dicta sunt filium dei et assumptum hominem unam esse personam, ut idem sit deus et homo filius

voluntate non potuit non mori
et mortuus est. Boso. Ita
negare nequeo. Anshelmus.
Cum ergo voluntas dei nul-
la necessitate faciat aliquid sed
sua potestate et voluntas illius
fuit voluntas dei, Nulla necessi-
tate mortuus est sed sola sua
potestate. Boso. Argumentationi-
bus tuis obviare nequeo
nam nec propositiones nec quas in-
feres ullatenus infirmare
valeo, sed tamen hoc michi
semper occurrit quod dixi, quia si
vellet non mori non magis
hoc posset quam non esse quod
erat. Vere namque moriturus
erat quoniam si vere non fuisset
moriturus non fuisset vera
fides future mortis eius per
quam et illa virgo de qua
natus est et multi alii mundati
sunt a peccato. Nam si vera
non fuisset nichil prodesse po-
tuisset. Quapropter si potuit non
mori facere potuit non esse ve-
rum quod verum erat. Quare vero
erat eum mori? quia mo-
riturus erat. Boso. Quia hoc
ipse sponte voluit et immu-
tabili voluntate. Anshelmus.
Si ergo sicut dicis et ideo
non potuit non mori quia
vere moriturus erat et ideo
vere erat moriturus quia
hoc ipse sponte et immutabi-
liter voluit, sequitur illum non
ob aliud non potuisse non
mori nisi quia immutabili
voluntate voluit mori. Ita
est sed quecumque fuit causa
verum est tamen quia non po-
tuit non mori et necesse illum
fuit mori. Anshelmus.
Nimis heres in nichilo et
ut dici solet queris nodum
in scirpo. Boso. Non es

oblitus quod excusacionibus tuis
obieceram in huius disputatio-
nis principio quia scilicet quod po-
stulabam non facere doctis sed
michi et hoc ipsum mecum pete-
ntibus. Sustine igitur ut pro tardi-
tate et hebetudine nostra
querant ingenii quibus michi
et illis etiam in puerilibus questi-
onibus sicut incepisti satisfa-
cias. Anshelmus. Iam diximus
quia deus improprie dicitur aliquid
non posse aut necessitate facere. Omnis
quippe necessitas et impossibili-
tas subiacet eius voluntati.
Illius autem nulli subditur necessita-
ti aut impossibilitati. Nichil enim
est necessarium aut impossibile nisi quia
ipse vult. Ipsum vero aut vel-
le aut nolle aliquid propter
necessitatem aut impossibilitatem
alienum est a veritate. Quare quoniam
omnia que vult facit sicut nul-
la necessitas vel impossibilitas
precedit eius velle aut nolle
Ita nec eius facere aut non facere
quamvis multa faciat velit immuta-
biliter et faciat, et sicut non deus
facit aliquid aliquid postquam
factum est. Nam postquam non esse
factum quod factum est verum est factum
esse nec tamen recte dicitur impos-
sibile deo esse ut faciat quod
preteritum non esse preteritum. Nichil
enim ibi operatur necessitas non fa-
ciendi aut impossibilitas
faciendi sed dei voluntas
qui veritatem semper quoniam ipse veri-
tas est immutabilem sicuti est
vult esse ita si proponit aliquid
se immutabiliter facturum quamvis non
proponit antequam fiat non potest
non esse futurum. Non tamen
ulla est in eo faciendi necessitas
aut non faciendi impossibilitas
quoniam sola in eo operatur voluntas

quotiens namque dicitur deus non posse nulla negatur in eo potestas sed insuperabilis significatur in eo potentia et fortitudo. Non enim aliud intelligitur nisi quia nulla res potest efficere ut ille agat quod negatur posse. Nam usitata est huiusmodi locutio ut dicatur res aliqua posse quia in illa sed quia in alia re est potestas et non posse non quia in illa sed quia in alia re est impotencia. Dicimus namque iste homo potest vinci quia aliquis eum potest vincere, et ille non potest vinci quia nullus eum potest vincere. Non enim est potestas posse vinci sed impotentia. Sic et dicimus deum necessitate facere aliquid, non quod in illo sit ulla necessitas sed quod est in alio sicut dixi de impotencia quando dicitur non posse. Omnis quippe necessitas est aut coactio aut prohibitio, que due necessitates convertuntur invicem contrarie sicut necesse et impossibile. Quicquid namque cogitur esse prohibetur non esse, quemadmodum quod necesse est esse impossibile est non esse, et quod necesse est non esse impossibile est esse, et convertim. Cum autem dicimus aliquid est esse necesse aut non esse in deo non intelligitur quod sit in illo necessitas aut cogens aut prohibens, sed significatur quia in omnibus aliis rebus est necessitas prohibens eas facere aut cogens non facere contra hoc quod de deo dicitur. Nam cum dicimus quia necesse est deum semper verum dicere et necesse est eum numquam mentiri, non dicitur aliud nisi quia tanta est in illo constantia servandi veritatem ut necesse sit nullam rem facere posse ut verum non dicat aut non mentiatur. Quapropter cum dicimus

quia homo ille qui secundum unitatem persone sicut supra diximus est idem ipse est qui filius dei deus non potuit non mori aut velle mori postquam de virgine natus est, non significatur in illo ulla potencia servandi aut volendi servare vitam suam immortalem sicut, sed immutabilitas voluntatis eius qua se sponte fecit ad hoc hominem ut in eadem voluntate perseverans moreretur. Et quia nulla res potuit illam voluntatem mutare. Plus enim esset impotencia quam potencia si posset vellet mentiri aut fallere aut mutare voluntatem quam prius immutabilem esse voluit. Et sicut quemadmodum supra dixi cum aliquis sponte se proponit facturum bonum aliquid, et eadem voluntate postea perficit quod proposuit, quamvis cogi possit si nolit promissum solvere, non tamen est dicendus necessitate facere quod facit sed ea qua proposuit libera voluntate. Cum enim necessitate aut impotencia fieri aut non fieri dicitur aliquid ubi nec necessitas nec impotencia quicquam operatur sed voluntas, si inspicitur ita est in homine nullo modo necessitas aut impotencia. Nequaquam convenienter sunt in deo quia nichil nisi quod vult facit. Et nulla voluntatem violenter cogere aut prohibere valet. Ad hoc enim voluit in Christo diversitas naturarum et unitas persone ut quod opus erat fieri ad hominum restaurationem si humana non posset natura faceret divina et si divine minime conveniret

exhibere humana. Et non alius atque alius sed idem ipse esset qui utrumque perfecte existens per humanam solveret quod illa debebat, et per divinam posset quod expediebat. Denique virgo que per fidem est facta munda ut de illa posset assumi, nequaquam credidit illum mori nisi quia vellet quemadmodum per prophetam qui de illo dixit: Oblatus est quia ipse voluit didicerat. Quia propter quod vera fuit fides eius necesse erat ita futurum esse sicut credidit. Quod si te iterum perturbat quod dico necesse erat, ut voluntate sola moreretur, quia vera fuit fides sive prophetia que de hoc precesserat non est aliud quam si dicas necesse fuisse ita futurum esse, quia sic futurum erat vera fuit fides. Quamobrem si dicitur necesse erat eum voluntate sola mori quia vera fuit fides et prophetia que de hoc precesserat. Huiusmodi autem necessitas non cogit rem esse sed esse rei facit necessitatem esse. Est namque necessitas precedens que causa est ut sit res et necessitas sequens quam res facit. Precedens et efficiens necessitas est cum dicitur celum volvi quia necessitas est ut volvatur; sequens vero et que nichil efficiat sed fit est cum dico te ex necessitate loqui quia loqueris. Cum enim dico hoc significo nichil facere posse ut dum loqueris non loquaris, non quod aliquid te cogat ad loquendum. Nam violencia naturalis condicionis cogit celum volvi,

te vero nulla necessitas facit loqui. Sed ubicumque est precedens necessitas est et sequens, non autem ubi sequens ibi statim et precedens. Possumus namque dicere necesse est celum volvi quia volvitur, sed non similiter verum est: idcirco te loqui quia necesse est ut loquaris. Ista sequens necessitas currit per omnia tempora hoc modo: quicquid fuit necesse est fuisse; quicquid futurum est necesse est futurum esse. Hec est illa necessitas que ubi tractat Aristoteles de propositionibus singularibus et futuris videtur utrumlibet destruere et omnia esse ex necessitate astruere. Hac sequenti et nichil efficienti necessitate quia vera fuit fides vel prophetia de Christo, quia ex voluntate non ex necessitate moriturus erat, necesse fuit ut sic esset. Hac fecit et passus est, hac voluit quecumque voluit. Ideo namque necessitate fuerunt quia futura erant, quia fuerunt et futura erant. Et si vis omnium que fecit et que passus est veram necessitatem scire, scito omnia ex necessitate fuisse quia ipse voluit. Voluntatem vero eius nulla precessit necessitas. Quare non fuerunt nisi quia ipse voluit; si non voluisset non fuissent. Sic itaque nemo tulit animam eius ab eo, sed ipse posuit eam et iterum sumpsit eam, quia potestatem habuit ponendi animam suam et iterum sumendi eam sicut ipse dicit. Boso: Satisfecisti michi illum non posse probari ulla necessitate mortem subisse, nec me penitet ut hoc faceres importunum tibi extitisse. Anshelmus: Ostendimus puto certam rationem quomodo deus assumpsit hominem sine peccato

de massa peccatrice. Sed nequaquam negandum existimo aliam esse praeter istam quam dixi rationem pro hoc quod deus facere potuit, quam humana ratio comprehendere non potest. Verum quoniam et ista mihi videtur sufficere, et si aliam nunc inquirere vellem necesse esset investigare quid sit originale peccatum, et quomodo a primis parentibus in universum genus humanum praeter illum de quo agimus hominem diffundatur, et incidere in quasdam alias questiones que suum postulant tractatum, ea quam diximus ratione contenti, que de incepto restat opere persequamur. Boso. Ut vis, sed eo pacto ut tu aliquando auxiliante deo illam aliam rationem quam nunc inquirere vitas quasi debitum exsolvas. Anselmus. Cum hanc voluntatem habeam, non me negare quod petis non denego, sed quia de futuris incertus sum promittere non audeo, sed dei dispositioni committo.

Ratio vita Christi solvatur deo pro peccatis hominum et quomodo debuit Christus et non debuit pati. Capitulum xviii. Anselmus.

Sed dic nunc quid tibi de questione quam in principio proposuisti, quam ut quam alie multe se ingesserint solvendam videatur. Boso. Summa questionis fuit cur deus homo factus sit ut per mortem suam salvaret hominem, cum hoc alio modo potuisse videatur. Ad quod tu multis et necessariis rationibus respondens ostendisti restaurationem humane nature non debuisse remanere, nec potuisse fieri nisi solveret homo quod deo pro peccato debebat. Quod debitum tantum erat ut illud solvere cum deberet nisi homo non posset nisi deus, ita ut idem esset homo qui deus. Unde necesse erat ut deus hominem assumeret in unitatem persone, ut qui in natura solvere debebat et non poterat in persona esset qui posset. Deinde quia de virgine et a persona filii dei esset assumendus homo ille qui deus esset, et non sine peccato de massa peccatrice assumi potuit, monstrasti. Vitam quoque hominis tam sublimem tamque preciosam apertissime probasti, ut sufficere possit ad solvendum quod pro peccatis totius mundi debetur, et plus in infinitum. Restat ergo nunc ostendere quomodo illa solvatur deo pro peccatis hominum. Anselmus. Si propter iusticiam se permisit occidi, nonne ad honorem dei vitam suam dedit? Boso. Si possum intelligere quod non dubito, quamvis non videam quomodo rationabiliter id fecerit, cum et iusticiam inconcusse et vitam suam eternaliter servare potuerit, fatebor illum tale quid sponte dedisse deo ad honorem illius, cui omne quod deus non est comparari non potest, et quod pro omnibus omnium hominum debitis recompensare potest. Anselmus. An non intelligis quia cum iniurias et contumelias et mortem crucis cum latronibus sibi, sicut supra diximus, propter iusticiam quam obedienter servabat illatas benigna paciencia sustinuit, exemplum dedit hominibus quatenus propter nulla incommoda que sentire possunt a iusticia quam deo debent declinent

quod nimie dedisset si 2m po-
tentiam suam in morte pro tua
causa illatam determinasset.
Boso. Videtur quod nulla hec
exemplum ipse necessitate dedit
quin multi adventum eius et
Johannes baptista post adventum
eius mortem eius fortiter pro
veritate mortem sustinerent. illud
sufficienter dedisse non sunt.
Anshelmus. Nullus hominum hoc
moriendo preter illum deo dedit
quod aliquando ex necessitate perditurus
non erat sicut solvit quod non
debebat. Ille vero sponte
patri obtulit quod nulla necessitate
unquam amissurus erat et
solvit pro peccatoribus quod pro
se non debebat. quapropter ille
magis dedit exemplum ut
unusquisque quod aliquando immi-
nenter amissurus est pro
se ipso est reddere. Cum ratio
postulat non dubitet quin tu
nullatenus aut pro se indiget
aut cogeretur pro aliis quibus
nichil nisi penam debebat tam
preciosam vitam immo seipsum
tantam scilicet personam voluntate
dedit. Anshelmus. Multum p-
pinguas desiderio meo. sed sus-
tine ut queram quiddam quod
stultus forsitan fatuum querere
putes. Non tamen imprompti-
tudinis est quid respondeam.
Si a me querat dicis quia
quando mortuus est dedit quod
non debebat. sed nemo ne-
gabit melius illum fecisse qui
hoc exemplum tale dedit et
magis hoc placere deo quam si
hoc non fecisset. Aut dicet
enim non debuisse facere
quod melius esset. et quod
magis placere deo intellexit.
quod ergo asserimus eum non de-
buisse deo quod fecit id quod

melius esset et magis placere
deo convincitur fortasse, cum crea-
tura debeat deo totum quod est
et quod scit et potest. Anshelmus.
Quamvis creatura nichil habe-
at a se cui tamen concedit ille
deus aliquam licite facere et non
facere. Dat illi ita suum esse
utrumque et licet alterum sit me-
lius neutrum tamen exigatur
determinate sed sive faciat quod
melius est sive illud quod fecit
te dat quod suum est. Nam cum
virginitas melior sit coniugio
neutrum tamen ab homine
determinate exigitur, sed et qui
coniugio uti, et qui virginitatem
servare vult quod facit debere
facere dicitur. Nemo enim virgini-
tatem sine coniugium dicat eligi
non debere, sed dicimus quia
quod magis vult homo antequam
aliquid horum statuat hoc facere
debet. Et si virginitatem servat
quod spontaneum munere quod offert
deo premium expectat. Cum ergo
dicis creaturam debere deo quod
melius scit et potest si intelli-
gis ex debito et non subaudis
si deus iubet non est semper verum
virginem ut dixi non debet
uti coniugio. Quod si te movet
verbum quod est debere nec potes
illud intelligere sine aliquo de-
bito scito quia sicut contingit
posse et non posse et necessitatem
aliquando dici non quia sunt in re-
bus ubi dicuntur sed quia sunt
in alio ita non debere et improprie
enim dicimus debere pauperes a di-
vitibus elemosinam accipere non
est aliud quam divites debere
pauperibus elemosinam impendere
hoc namque debitum non est
exigendum a paupere sed a di-
vite. Deus quoque dicitur omnibus de-
bere posse. Non quia ille in hoc

aliquid sit debitor sed quia
omnia debent illi subesse et
debere facere quod vult quia quod
vult debet esse. Ita quando
vult aliquid creatura facere quod
suum est facere et non facere. Dicitur
debere facere quia quod vult debet
esse. Dominus Itaque Ihesus ad mor-
tem sicut diximus sustinere voluit
quia suum erat et pati et non
pati. Debuit facere quod fecit quia
quod voluit fieri et non debuit
facere quia non ex debito. Item
per quod ipse idem est deus et
homo secundum humanam quidem naturam
ex quo homo fuit sic accepta
a divina natura que alia est ab
humana esse suum quicquid habe-
bat ut nichil deberet dare
nisi quod volebat. Secundum personam
non sic a se ipso habebat quod
habebat. Et sic perfecte sibi suf-
ficiens erat ut nec alicui ali-
quid retribuere deberet nec ut
sibi retribueretur dare indigeret.
Boso. Aperte nunc video quia
nulla ratione seipsum morti ex
debito sicut oratio mea videtur
monstrare dedit ad honorem
dei et tamen facere debuit quod fecit.
Anshelmus. Honor utique ille
totius ad honorem trinitatis est
quare quia idem ipse est deus
filius dei ad honorem suum
seipsum sibi sicut patri et spiritui
sancto obtulit. Idem humanitatem
suam divinitati sue que una et
eadem est trium personarum est. Ut
tamen in eadem ipsa veritate mane-
tes apertius loquamur quod volumus
dicamus sicut usus habet. quia
filius sponte seipsum patri obtulit
sic namque modo aptissime dicitur
quia et in una persona intelligitur
et per nomen patris et filii in-
mensa quedam in cordibus au-

dientium ad patrem filius hoc
modo postulare pro nobis dicitur
pietatis sentitur. Boso. Et hoc libe-
tissime accipio. Anshelmus.

Quanta ratione sequitur de morte eius humana salvatio

Intueamur nunc ut possumus
quanta nunc ratione se-
quatur humana salvatio.
Boso. Ad hoc tendit
cor meum. Quamvis enim hoc
michi videar intelligere,
ipsam tamen rationis contexionem
a te volo fieri. Anshelmus.
Quantum autem sit quod filius
sponte dedit non est opus
exponere. Boso. Sufficienter
patet. Anshelmus. Eum autem
qui tantum donum dat deo sine
retributione debere esse non iu-
dicabis. Boso. Immo necesse esse
video ut pater filio retribuat,
alioquin aut iniustus videretur
esse si nollet aut inpotens
si non posset que a deo alie-
na sunt. Anshelmus. Qui retri-
buit alicui aut dat quod ille
non habet aut dimittit quod ab
illo potest exigi. Sed antequam
tantam rem filius faceret omnia
que patris erant sua erant
nec umquam debuit quod illi di-
mitti posset. Quid ergo retribuetur
nichil egenti? Et cui
non est quod dari aut dimitti
posset. Boso. Hinc una parte
video retribuendi necessitatem et
ex altera impossibilitatem quia et
necesse est deum reddere quod debet
et non est quod reddat. Anshelmus.
Si tanta et tam
debita merces nec illi nec
alii redditur, In vanum fi-
lius tantam rem fecisse videbi-
tur. Boso. Hoc nephas est
estimare. Anshelmus. Necesse
est ergo ut alicui alii reddatur.

quam illi non potest. Boso: Me vita
bilius sequitur. Anshelmus: Si vo
luit filius quod sibi debebatur
alii dare poteritne pater
illum iure prohibere vel ipsi
cui dabit negare. Boso:
Immo iustum et necessarium intelli
go ut cui voluerit dare fi
lius a patre reddatur quia et
filio quod suum est dare licet
et pater quod debet non nisi ali
i reddere potest. Anshelmus:
Quibus convenientius fructum
et retributionem suae mortis att
ribueret quam illis propter quos
salvandos sicut vera ratio
hos docuit hominem se fecit et
quibus ut diximus morien
do exemplum moriendi propter
iustitiam dedit. Frustra quippe
imitatores eius erunt si me
riti eius participes non erunt.
Aut quos iustius faciet he
redes debiti quo ipse non eget
et ex habundantia suae ple
nitudinis quam parentes et fratres
suos quos aspicit tot et ta
tis debitis obligatos conspica
te tabescere in profundo mi
seriarum ut eis dimittatur
quod pro peccatis debent et detur
quo propter peccata carent. Boso:
Nichil rationabilius rationabi
libus in mundo ~~[illegible]~~ audire
potest. Ego quidem tantam fiduci
am ex hoc concipio ut iam
dicere non possum quanto gau
dio exultet cor meum. Videtur
enim michi quod nullum hominem
reiciet deus ad se sub hoc
nomine accedentem. Anshelmus:
Ita est si accedit sicut opor
tet. Quomodo autem sit
ad tantae gratiae participationem acce
dendum et quomodo sub illa vive
ndum nos ubique sacra scriptura

docet quae super solidam veritatem
quam deo adiuvante aliquatenus
conspeximus velud super firmum
fundamentum fundata est. Boso:
Vere quicquid super fundamentum
hoc aedificatur supra firmam pe
tram. Anshelmus: Puto me iam
aliquatenus tuae satisfecisse que
stioni huius quamvis et melior me plenius
facere plenius possit et ma
iores atque plures quam meum
mortale ingenium comprehendere
valeat huius rei sint rationes.
Palam quoque est quia deus ut hoc
faceret quod diximus nullatenus
indigebat sed ita veritas immuta
bilis exigebat. Licet enim hoc
quod homo ille fecit deus dicatur fecis
se propter unitatem personae deus tamen
non egebat ut de caelo descenderet
ad vincendum diabolum neque ut per
iustitiam ageret contra illum ad libe
randum hominem sed ab homine
deus exigebat ut diabolum vin
ceret et qui per peccatum deum offe
derat per iustitiam satisfaceret.
Siquidem diabolo nec aliquid deus
debebat nisi poenam nec homo
nisi vinceret ut ab illo victus
illum revinceret sed quicquid ab
alio exigebatur hoc deo debe
bat non diabolo. Sequitur vero

Quam magna et quam iusta sit misericordia dei. Capitulum

Misericordiam vero dei
quae perire tibi videbatur
cum iustitiam dei et peccatum
hominis considerabamus
tam magnam tamque concordem
iustitiae invenimus ut nec maior
nec iustior cogitari possit. Siquidem
quid misericordius intelligi va
let quam cum peccatori tormentis
aeternis damnato et unde se
redimat non habenti deus pater
dicit accipe unigenitum meum
et da pro te. Et ipse filius

Tolle me et redime me te. Quasi enim hoc dicunt quae nos ad veram fidem vocant et trahunt. Cuius etiam iustitiae quam ille cui datur pro magno omni debito, si debito datur affectu, dimittat debitum. Sequitur.

Quod impossibile sit reconciliari dyabolum Capitulum

Dyaboli vero reconciliationem de qua quesisti impossibilem intelliges si diligenter hominis considerares. Sicut enim homo non potuit reconciliari nisi per hominem deum qui mori posset, per cuius iustitiam deo restauraretur quod per peccatum hominis perdiderat, ita angeli dampnati non possunt salvari nisi per angelum deum qui mori posset et qui per suam iustitiam deo repararet quod aliorum peccata abstulerunt. Et sicut homo per alium hominem qui non esset eiusdem generis, quamvis esset eiusdem nature, non debebat relevari, ita nullus angelus per alium angelum salvari debet, quamvis omnes sint eiusdem nature, quia non sunt eiusdem generis sicut homines. Non enim sunt omnes angeli de uno angelo quemadmodum omnes homines de uno homine. Hoc et removet eorum restaurationem, quia sicut ceciderunt nullo alio nocente ut caderent, ita nullo alio adiuvante resurgere debent, quod est illis impossibile. Aliter enim in dignitatem quam habituri erant non possunt restitui, quoniam sine alterius auxilio per virtutem suam quam acceperant stetissent in veritate si non peccassent. Unde propter hoc si quis opinatur salvatoris nostri redemptionem usque ad illos aliquando debere extendi, ratione convincitur quia irrationabiliter decipitur. Quod non dico quasi pretium mortis eius non superet omnia hominum et angelorum peccata sua magnitudine, sed quia dampnatorum angelorum relevationem immutabilis ratio repugnat. Quomodo quod sequitur.

Quod in hiis que dicta sunt veteris et novi testamenti veritas probata sit Capitulum ultimum

Rationabilia et quibus nichil contradici possit sunt que dicis omnia videntur, et per unius questionis quam proposuimus solutionem quicquid in novo veterique testamento continetur probatum intelligo. Cum enim sic probes deum fieri hominem ex necessitate, ut etiam si removeantur pauca que de nostris libris posuisti, ut quod de tribus personis dei et de Adam tetigisti, non solum iudeis sed etiam paganis sola ratione satisfacias, et ipse idem deus homo novum condat testamentum et vetus approbet, sicut ipsum veracem esse necesse est confiteri, ita nichil quod in illis continetur verum esse potest aliquis diffiteri. Anshelmus: Si quid diximus quod corrigendum sit, non renuo correctionem si rationabiliter fit. Si autem veritatis testimonio roboratur quod nos rationabiliter invenisse existimamus, deo non nobis attribuere debemus, qui est benedictus in secula. Amen.

Explicit liber sive disputacio de incarnacione Verbi domini Anshelmi Episcopi Cantuariensis

Incipit Hugo liber de virtute orandi capitulum i

Quo studio et quo
affectu a nobis
orandus sit deus
ex mea miseria
simul et ex con-
ditoris mei con-
sideratione debemus
et possumus. Primum enim efficaci-
tius homines ad orandum exci-
taret quam miseria et cala-
mitas tantorum malorum quibus
addictus presentis premitur.
Aut quid confidentius ad affe-
ctum orandi traheret quam
conditoris misericordia cog-
noscens mentis sua mala que
expergit. Hec ergo mens humana
ad orandum sit parata que
ex una parte sua necessitate com-
pellitur ne diffidens orat
aut trepidans. Ex alia miseria
dei provocatur. Item ergo
duabus alis scilicet miseria hominis
et misericordia conditoris sublevatur.
Anima cum mens al-
terna consideratione harum se in-
cessanter ad devotionem excitat
quadam spiritualis desiderii
impetu sursum levata vo-
lat. Hec oratio sancta medita-
tione concepta est ut sine oratione
perfecta esse nequeat si non
eam sancta meditatio premit-
tit aut precedat. Nam qui
mala sua considerare negli-
gunt aut recte nichil pete-
re aut aliud quam necesse
sit petendo facile per igno-
rantiam fallitur aut minus
digne quam expediens sit petendo
desiderium tepescunt. Primum
ergo necesse est si prudenter et uti-
liter deum orare volumus
iugi meditatione animum

exercere ut ex malorum nostrorum
circumspectione discamus quid necesse
sit petere et ex consideratione misericordie
dei quo desiderio debeamus
postulare. Cogitemus quam bre-
vis sit vita mea quam labilis
sit via quam incerta sit mo-
rs mea. Cogitemus quia lu-
gentes vitam hanc intravimus
in labore in illa vivimus et
cum gemitu exituri sumus. Co-
gitemus quantis vicissitudinibus
admixta sit si quid dulce est
aut iocundum in huius vite
via occursu suo nobis alludit
quam fallax quam fluxum etiam
quam instabile quam transitorium
est quicquid amor meus percipit
et quicquid spes et pueritia
temporis promittit. Alia namque
sunt mala in quibus nati
sumus sed processu temporis occulta
dei gratia sive per eandem
gratiam manifesta industria libera-
mur. Alia sunt que nobis
in hac vita veniunt sed ante
mortem non recedunt. Alia
sunt que post nativitatem contra-
himus sed ante mortem non
evacuamus. Et quis omnia ma-
la vite huius enarrare enumerare
potest ut cum premittat ea ma-
la que nos omnes communiter oppri-
munt quanta putas secreta
singulorum pericula quorum sibi quisque
conscii sunt. Si quis enim co-
gitare voluerit que ab ineun-
te etate mala fecit que ne
sustinuit ponat ante oculos
tempora preterita et dies vite sue
consideret diligenter que et quot
et quantos labores inaniter
pertulerit quotiens pro quibus
hanc amore frustra desudave-
rit quotiens in laboribus co-
natibus fallaces eventus invenit

profecto sciat quid de hac vi
ta indicet. Unde Salomon
ait: Qui addit scienciam addit
laborem et dolorem. Quanto
enim plus homo seipsum intel
ligit tanto plus suspirat
et gemit. Postremo autem fi
et ut in malorum suorum conside
racione et mente inie dum recor
dentur quia spiritualiter misericor
die eius in suis que eius de
quemadmodum uero in preterito miser
tus sit, cogitemus revocemus ad
memoriam bona que fecit quos
in periculis constitutos sepe re
dimens eripuit, quos peccatis irre
titos vinci permisit, quomodo
miseretur oblitos sui de se admo
nuit, errores a se revocavit re
meantes benigne suscepit peni
tentibus indulsit, perseverantes cu
stodivit, stantes tenuit, lapsos
erexit, noxias delectaciones in ama
ritudines commutavit. Tur su
salubri amaritate suas dele
ctaciones consolacione tenuit. Postre
mo autem tribulacione purgatos
paterne et quiete prestitam con
stituit, qui nec peccatoribus vin
dicem defuit, et corriget. Nec
iustis ut custodiret. Cum igitur
quis animum suum huiusmodi meditacio
nibus ante tempus oracionis
exercuit, ut impavidus securus
nec trepidus ad oracionem veniet.
Sancta namque meditacio assidu
am sibi parit scientia parata ygno
ranciam repellit et compunccionem
ingerit. Compunccio ingesta desi
diam fugat et devocionem quatit.
Devocio perficit oracionem. Sciencia
est qua homo illuminatur ad sui
cognicionem. Compunccio est qua Compunccio
ex malorum suorum consideracione ultro
dolore tangitur animus. Devocio devocio
vero est pius et humilis in deum

affectus qui ex compunccione gignitur.
Quamvis namque animus malorum
suorum magnitudine territus et de
viribus diffidens viribus se ad
deum convertit. Et eo ardencius
eius proximum expetit, quo
nichil extra ipsum nichil sibi
relictum videt in quo confide
possit. Est ergo devocio mentis
in deum conversio pia et humilis af
fectu humili quantum ad conside
racionem proprie infirmitatis, quantum
ad consideracionem divine clemencie
est autem hec tres principales
species et virtutes quibus innititur
fidem spem et caritatem. Nun
quam enim se ad deum per devocionem
converteret nisi crederet se posse
ab illo salvari et eum velle
misereri et nisi deum plus
quam diligeret nequaquam illa su
giens sibi in eo refugium eli
geret. Credit ergo homo et spe
rat et amat. Credit pote
stiam, sperat miseriam, amat iusti
ciam. Nichil ergo est devocio mentis
quam devocio id est pia et humili
mentis affectio in deum conversio
fide spe et caritate subnixa. Pre
quam mens in oracione duobus
modis per devocionem attenditur.
Tunc mens devota tra
ctus modis vero desperit. Ceyt
mens aliquas oracionis species
distinguere ut eius vires
valeamus aprime demonstrare.
Tres sunt species oracionis: sup- Tres sunt species oracionis
plicacio, postulacio, insinu
acio. Supplicacio est sine
determinacione peticionis devota et
humilis oracio. Postulacio
est determinate peticioni apposita
narracio. Insinuacio est
sine aliqua peticione per so
lam narracionem voluntatis
facta narracio manifestacio

Tria sunt supplicationis genera
captatio exactio pura oratio
Captatio quod fit ante postulationem
ad placandum et inclinandum animum
auditoris. Quod fit tribus modis.
Primus modus captationis est
ut cum miseriam nostram indicando
vel meritum nostrum commemora(n)do
addicimus quod nos commenda-
re valeat in animo eius quem
petimus. Secundus modus capta-
tionis est cum aliud in audi-
toris laudem dicimus quo eum
in animo nostro ostendamus
ut nos talem intuitum eius
dilectionem mereamur. Tertius
modus captationis est quando adver-
sarium accusando eum potius
odio quam amore dignum
demonstramus. Hiis tribus mo-
dis fit captatio. Hiis quibus
supplicationum frequentissime
utitur sacra scriptura. Hoc fit quo-
tiens laudem dei dicimus quoti-
ens miseriam nostram commemoramus
quotiens adversariorum nostrorum ma-
litiam accusamus. Hoc fit cum
quicquam actibus dei dignum con-
nicimus nec nostri congruum aut
vere petitionis eloquimur. Exactio
est quedam quod fit per certam
postulationem quam auditorem ne
apud eius animum nostra petitio
in oblivionem veniat quasdam
ut ita dicam importunitate
atque instantia memorare facimus
que mediatio fit tribus modis.
Cum nos vel petitionem nostram
vel utrumque in eius animum
revocamus. Hoc genus supplica-
tionis quamvis apud homines
importunum videatur atque dam-
nabile tamen apud deum gra-
tum videtur atque dampnabilem
cum apud eum gratum videtur

et laudabile. Pura oratio est quando
ex habundantia devotionis mens
ita accenditur ut cum deum postulatura
se ad deum convertit amoris
eius magnitudine et petitionis
sue obliviscatur et dum eius
bonitatem videt sui amore desi-
derat eius pro quo venit ha-
bere curam postponat. Hoc genus
supplicationis conforme est. Et
quanto ceteris omnibus est mi-
nus tanto ceteris omnibus est deo
gratius. Habet oratio suas capta-
tiones amorem exactionem similarem
puram vero orationem per solum amorem.
Notandum quod aliquod genus sup-
plicationis est quod fit per sola
nomina. Ut misericordia mea et refugi-
um meum susceptor meus et libe-
rator meus deus meus adiu-
tor meus. Aliud est per sola ver-
ba ut respice attende miserere
et fac. Aliud per nomina
et verba. Ut verba mea auribus
percipe domine intellige clamorem
meum. Illud autem supplicationis
genus quod fit per sola nomina
quanto magis est certius significa-
tione impositum tanto melius
est dilectionis habundantia plenum.
Hoc enim habet quilibet
affectus primum quod quanto est magis
fervencior interius tanto
minus explicatur ut vere certius.
Illud autem supplicationis genus
quod fit per sola verba ad capta-
tionem. Quod vero fit per nomina
et verba ad exactionem. Quod vero
per sola nomina ad puram pertinet
orationem ut pura oratio magis vim
attendat magis in melius
convertat magis se deo coniungit
et efficacius optineat. Postu-
latio est determinate petitionis
iusta narratio. Et fit tribus mo-
dis. Obsecrando Orando Rogando

postulatio

Similiter postulando. Obsecratio est
cum vehementer instancia agitur de-
votius insistere precibus. Rogatio
vero in rebus mediocribus. Insinuatio-
nis autem postulandi distinguitur
et habet suas differentias. Prima
supremum et excellentissimum est
obsecrare, medium rogare, infimum
vero postulare frequenter. Insinu-
acio est sine aliqua peticione
per solam narracionem facta volunta-
tis manifestacio. Et fit tribus modis
scilicet timore, fiducia et con-
temptu. Timorata insinuacio
est cum gravis est causa quam
agimus vel gravis persona quam
rogamus, ut est illud in Evangelio
Domine si fuisses hic etc. Voluit
enim deum rogare ut suscitaret
fratrem suum sed quia pro magnitu-
dine cause et benivolencia per-
sone timuit insinuare potius quam
rogare elegit dicens Domine si fuis-
ses hic etc. Dixit sic ut intel-
ligeretur ne reprehenderetur temeritas
vel non exaudita nullum repulse
pateretur obprobrium vel exaudita
voluntatis sue consequeretur effectum.
Fiducialiter insinuamus cum de fa-
cilitate cause et benivolencia per-
sone confidimus et ideo peticionem no-
stram exprimere non curamus sperantes
nos sola insinuacione obtinere
quod volumus ut in Evangelio mater
sua dixit Domino vinum non ha-
bent. Illa dixit Peto ut de-
fectum potens suppleas [illegible]
do quia hec matrem convenire
debere existimavit ut quicquid
illa velle se insinuasset nullam
pati deberet repulsam a filio. Ad
hoc utique iustum erat si tale ali-
quid peciisset quod ille ex natura
quam ab ea sumpserat conveniebat
facere potuisset. Alia autem quodam
modo iuste reprehendit quia in
ea quod de sumpcione causabatur ut
in natura quam non dederat obe-
dienciam in miraculo exigebat. Unde
et sibi dictum est Quid michi
et tibi mulier. Miraculum enim
facere utique dei est non hominis.
Unde Christus quod miraculum facere
a matre exigitur non quod homo
sed quod deus mulierem non matrem
de sumpcione causatur. Non
enim non ut matris affectio exigebat
sed si necesse esset quod miraculum
mulier ad deberet adeo po-
stulare. Contemptu fit insinu-
acio cum vilis causa agitur
et humilis persona rogatur. Homo
ad intima racione extenditur
apud homines maiores potentes
et superbos maximo studio co-
excetet, fit autem supposita ita
et ista sunt has tres. Quia
insinuare cum timore maiorem
cum est, ex fiducia peccatorum, ex
contemptu malorum. Item quoque
quam de oracione movere solet
questio in oracionibus nostris dicimus
pro salute vivorum et requie
defunctorum precari volumus
non nunquam quosdam per decata
mus qui vel verba peticionem
non habent vel ad nostram pe-
ticionem non pertinet. In aliis
etc. secundariis eandem monet
dubitacionem cum vel petendi for-
mam non explicant et illi quam
nos agimus cause non congruunt.
[illegible] enim. Primo potest
in oracione verba ponere quibus
nichil vel aliud quam intendit
invenimus adeo postulare non
orat sed potius ad iram pro-
vocat. Dum quandoque se ipsos
conspectu orantium constituit indi-
co se ad alia que ad rem
non pertinet replicando convertit
Clare pro ~~peccatum~~ remissione
peccatorum

deum orare volumus quid ad
hoc nobis prodest si. Quare fre-
muerunt gentes etc. Vel attendi-
te popule meus etc. vel aliud huius-
modi psalmum decantamus. Nonne
ridiculum est si talia cantantes
nos orare credimus. Sunt for-
tasse qui hoc credunt arbitran-
tes quod in nichil proficimus si talibus
modis orationibus adinsistemus.
Sed qui hoc dicunt ut arbi-
tror intelligunt supradictam spe-
ciem orationis efficaciam. Hoc
enim genus supplicandi multo minus
ad impetrandum invenitur effica-
tius quam istud quod nomine con-
formam petitionis nostre explici-
tam. Sed licet hoc ex superi-
oribus evidenter intelligi possit
si tamen hoc specialiter demonstra-
retur quid nisi amplius veri-
tas patefit. Sed hoc interest
quod rogamus deum et quod ro-
gamus hominem quod voluntatem
nostram docere quid velimus per
supplicationem aut persuasionem aut
annunciat quid petimus. In ista
autem que ad deum est oratione
non est opus nostra narratione
nisi ad hoc forte narrat ut
se ipsum melius intelligat et
per narrationem suam admoneat
quid petat considerat per conside-
rationem petitionis excitatus roget
devotius. Non enim deus hoc
modo narratione docetur ut sciat
sed supplicatione petendus est
ut annuat. Sane aut nimi-
dens ricius ad animendum
affectum quam ex ad orantis ani-
mus tota intentione per de-
votionem convertitur. Sola quod cogitatio
ad deum sufficere poterat suppli-
catione devota. Nisi ad hoc
in voce formetur oratio ut ora-
tis affectus ad maiorem accen-
datur devotionem. Convertuntur
verba orantis sunt superflua

non sunt sed ad hoc congrue profe-
ri possunt ut orantis animum ad di-
amorem excitent vel quod amplius
est excitatam devotionem devotius fove-
ant ut dictum est. Unde in orati-
one docetur sed orans monetur
considerare quid petat ut devotius
oret. Sola autem supplicatio cordis
sufficit quantum ad deum cui omne
cor patet et omnis voluntas lo-
quitur. Quantum ad hominem vale
est petitionem vocis exprimere quia
solent in devotione orantem accen-
dere. Sequitur quod ut quidam
aiunt ab oratione nostra illa verba
excludenda sunt que tamen si
petitionem nostram non explicant ora-
tionis tamen animum ad maiorem devo-
tionem inflamant. Sed quia huiusmodi
affectus medie distinctos per devo-
tionem attendere volumus ipsos modos
distinguere et distincte exem-
plis demonstrare. Sed prius no-
tandum quod omne supplicationis
genus quod a quibusdam videtur
a nostris excludendum orationibus
ad captationem pertinet quam vere
captationem quinque species quasi
species supplicandi duximus in
enim diffusiorem eius accepta-
tionem non supplicando sed vel postu-
lando et insinuando captamus.
In captatione benivolentia au-
ditoris capitur quod fit tribus modis
sive quando aliquid in eius lau-
dem dicimus sive quando nostram miseriam
ostendimus sive quando aliquid quod adversa-
rius depressionem inspectat proferimus.
Dicamus omnes illas species quibus
ab orationis usu quidam seces-
sit opinio. Primo convenient
posse et utiliter debere ad impetra-
dum quod petitur ab oratoribus
reverenter fieri quia in nobis devo-
tionem augent et cor nostrum sive lau-
dem dei dicendo ad eius amorem

excitant sive miseriam commemora-
do non in conspectu eius humiliant
sive adversariorum nostrorum maliciam
accusando utilem nobis sollicitudi-
nem et maiorem dedi una fiduci-
am pariunt laudem dei in bonita-
te eius atque potentia cognoscendo humi-
liationem nostram in hoc quod fragi-
les et peccatores sumus adversario-
rum maliciam in hoc quod ad deci-
piendum sunt astuti et ad deperi-
mendum impii. Sive ergo laudem
dei in eius potentia et boni-
tate sive miseriam nostram in culpa
nostra et fragilitate sive adversari-
orum nostrorum maliciam in eorum astu-
tia et tyrannitate ad cordis
compunctionem et bone voluntatis aug-
mentum commemoramus. Ulterius impetum
facimus sed per verba que in no-
bis ingerunt devotionem utique ora-
tes sumus. Et ut tacta breviter
completamus quecumque in laudem dei
eius quecumque sunt verba continuata
per se ipsa quid aliquid aliud ad
cor nostrum intus nisi hoc loquimur
quod tamen admirans amat quod
amando admiratur. Item cum de
miseria nostra coram deo orantes agi-
mus quecumque sunt verba per se
quid aliud dicit cor nostrum nisi
quod confitentur nos miseriam eius quere-
re et omnem fiduciam nostram in eo
collocare. Hinc devotio Christo humi-
liati per omnia est tanto deo ac-
magis grata. Similiter cum in devo-
tionibus nostris agamus accusando ad-
versariorum maliciam quecumque sunt
verba continuata per se ipsa. Quid
per hec omnia nisi iustum dei iu-
dicium ad nostram liberationem expostulat
ut eripiat nos ab hiis quorum ty-
rannide iniuste opprimimur et ma-
liciam iuste adversariis. Et ergo devo-
nem de nostris et mediam in
causa non facta de adversariis tunc
damnos divino relinquimus arbitrio

Aliud est quod probat humilitate ac
devotione non debeamus impetra-
re ab eo unde per se vel ali-
as speciales in orationibus suis de-
cantavit, considerat diligenter cui af-
fectu desiderat et postea suo
cor suum ad illum affectum appli-
cet ad quem magis pertinere videt-
ur quia affectum eorum que cani-
tur per vocem ipsum verbum virtu-
tem et intelligentiam obtinet patit
et per affectum sit in fortum solet
orator optatum consequi effectum.
Qualiter sit autem deo gratus bo-
nus cordis affectus ipsa etiam
consuetudo humana viciosa sit
quadam tamen virtutis imitatione
ostendit. Cerne videlicet adula-
tores qui sepius quod ad illos a
quibus aliquid expetunt
se devotos simulant presentibus
sepe adorant in turbis assi-
stentes compositis salutationibus
honorant tussire volentibus vi-
am parant euntes ad ventum
preclamant aliis locum dare iu-
bet cathedram in medio consti-
tuunt pulvinaria substernunt
se pedibus provolvunt. Et hiis
antiquis historiis primum ma-
gnalia repetunt. Et si in eis
non inveniunt quod laudant
priorum tamen facta ad filiorum
facta retorquent. Si devotos se
filios non solum dicunt sed iurant
et quod esse volunt hoc divino
videri volunt. Quod si ta-
les essent quales non sunt
sed esse se fingunt iuste culpari
possent. Immo si hoc malum
esset quod tales essent cur tanto
opere videri esse fingerent. Vel
ob aliam causam inde totiens in
petitionibus filios repellunt
nisi quia tales se esse simulant
quales non esse sciunt. Hoc

quid iuste Ut ergo quod nos a
deo petimus mereamur hoc obtinere
studeamus ei non simulatam devo-
tionem sed veram caritatem offerre
Ostendimus nobis foris non in-
tus habere erga deum caritatem
devotionis et non solum osten-
damus sed habeamus Quod si
solum ostendunt non veri amato-
res sed adulatores sunt Et
quia deum per simulationem
decipere non possumus nos per
nosmetipsos decepti sumus
Quemadmodum ergo illi sim-
ulatam devotionem pretendunt et
captant benivolentiam eorum
quos placari intendunt Et
nos in vera caritate deum nostrum
preveniamus ut ab eo petitionem
obtineamus Magnificentiamque animos
deum indulgeat inicio eius
laude laudesque in eo potenciam
admiremur sapientiam predicemus
bonitatem Apprehendimus equitatem
ostendamus ei humilitatem nostram
indicemus et iusticiam nostram de-
tegamus ei infirmitatem nostram ma-
nifestemus ei adversariorum nostro-
rum demonum scilicet et pravorum
hominum maliciam iniquitatem
crudelitatem astuciam et tyra-
nidem quod ei adversantur qui
nos persequuntur quod nobis hostes
sunt quia eis contradicendo ma-
lumus iram inimicorum perpeti
propter deum quam cum eis abire
torum enim Ante igitur scripture
ille que ad captacionem facere
dam pertinet sive captacio fiat
per supplicacionem sive postula-
cionem sive per insinuacionem
ab oracionis corpore alieni non
sunt quia quamvis eorum petitionem
non habeant verba habent
tamen devocionis efficaciam per
quam orantes citius impe-
trant quam per verba que

petitionem explicant Sed quia in
affectu devotionis omnis pendet
effectus oracionis quamvis non pos-
sumus omnes scire quia infiniti
sunt affectus aliquos tamen
enumeremus et enuatos exempla
demonstremus ex quibus possu-
mus facere quid in oracionibus coram deo
gratum sit atque laudabile Affe-
ctus dilectionis est cum mens
nostra aliquid sibi gratum videns
subito amoris igne corripitur
Affectus admiracionis est quando
mens nostra aliquid novum vel
mirabile contemplans quodam
stupore perfunditur Affectus congra-
tulacionis est cum mens nostra
aliquid sibi placens intuens
quadam iocunditate exhylaratur
Affectus humilitatis est cum mens
nostra ex consideracione infirmitatis
proprie sponte sua ab elacione exprimitur
Affectus timoris est quando mens
nostra ex presumpcione imminencium
penarum exhabescit Affectus
doloris est cum mens nostra ex
preteritorum malorum intuitu conteritur
Affectus indignacionis est quando
mens nostra in adversariorum odio
ob magnitudinem iniquitatis
eorum inflammatur Affectus zeli
est cum mens nostra ex honore
iusticie adulacionem attendit Affe-
ctus bone presumpcionis est quando
mens nostra ad vindicandam gratiam
plus solito maiori fiducia ani-
matur Ex istis enim affectionibus
illi primi precedentes proprie perti-
nent ad illud genus scripture
in quo fit laudacio quia ex
commemoracione potencie et probitatis
surgit affectus congratulacionis
Alii enim tres affectus conveniunt
illi modo disponendi in quo
fit iusticie recordacio et cala-
mitatis Affectus enim humilitatis

mento qui tamen te diligimus ut
quod tibi prodesse [illegible] non possumus
conferamus absentes. Finis hic

Finis de vita christiana etc.

Tractatus b. Thome de puritate anime

Quoniam fundamentum et ia-
nua virtutum omnium gratie
ac spiritualis consolationis primi
prium est consciencie puritas et cor
dis munditia ad quam primarie et pre
cipue per puram et veram integram
et perfectam confessionem peccatorum attenditur
nobis qui vocati sumus ad statum
gratie et acquirendas virtutes ac vita
da vicia de sufficienti confessione ac
modo confitendi ut decet viros ad
statum perfectionis electos cum summa dili
gencia et sollicitudine continua precipue mor
talibus est timendum primum et alia curandum

De pura confessione

Est igitur primo videndum quod con
fessio debet esse pura quia peccata
debent simpliciter dici et absque duplicatione
et excusatione sicut homo credit ea ma
nifesta esse deo nec debent dici vel pali
ancia aut coopiencia vel innora
cia peccati sicut faciunt multi magis
filaterias et hystorias longas dicen
tes antequam peccatum explicent aut sic per
illa ostendant se minus culpales de pec
cato quod peccatum peccatum in fine illorum
verborum superfluorum concludunt vitan
da sunt igitur superflua et excusa
toria verba sed pure dic peccata tua et sim
pliciter te accusa. Similiter non debet
dici quod cedant in infamiam alterius aut
quod possint confessorem probabili occasione
turbatorum contra aliquem aut materiam
contempnendi vel si expediens peccatum al
terius ostendendo propria peccata tunc taliter explice
tur quod confessor nullo modo possit intel
ligere personam cum qua peccasti aut
possit venire in noticiam complicis
in peccato sicut si dedisti petro occasionem
peccandi non debes ipsum denominare
sed sufficit tibi dicere fui causa committendi tale
peccatum eidem persone. ~~Sequitur~~

De vera confessione

Confessio debet esse vera quod nulla
falsitas dicatur nec aliquod dubium
affirmetur sed certa ut certa, dubia ut
dubia sunt dicenda et ideo qui confiteris
non dicas dico culpam meam sed feci
tale quid aut si dedi turbationis magis
aut fecisse tale peccatum si potuisse sed
dic simpliciter feci sic et sic habui
voluntatem deliberatam faciendi tale
peccatum et non dimisi nisi quia non
potui vel quia nesciui vel ti-
mui verecundiam aut penam
temporalem. Sunt tamen quidam
qui nescientes aut verecundan
tes aut non curantes specificare peccata
aperte menciuntur in confessione quia
faciunt duo quedam generalia ad qui
dam cautelam quibus comprehen
dunt peccata omnia que fecerunt. Sicut
cum dico culpam meam de quinque sen
sibus meis male custoditis scilicet visu
auditu etc. et tamen si interrogarentur
de qualibet per se invenirentur non
offendisse in aliquo precipue ma
xime qui confessi sunt et sic di
cunt de septem viciis capitalibus cum
tamen non offenderunt in omnibus
sicut sonat verba eorum. Talis ergo
modus maxime qui sepe confi
tentur est vitandus sed dicat vera
et necessaria et dimittat falsa et super
flua. Similiter autem confessionem sa
piens diligenter examinet et primo
dicat viciosa et gravia que pro certo
se novit fecisse ita quod sub humilitate
specie aut cum quacumque nullitate men
ciantur. Et postea possunt dici generalia
et levia que non possunt specialiter
explicari sicut sunt cogitationes oci
ose verba ociosa negligentia et pi
gricia circa orationem amissio temporis
distractio cordis dum orat aut orandum
dum ingratitudo beneficiorum dei super
fluitas circa corpus et de rebus
temporalibus tribulationes leves contra pro
ximum iudicium leue aliorum cordis
despectio proximi quo ad primam con
victam suis moribus non contentatur
scilicet de omnibus que debemus facit aut
facit aut si promittit et huius simi
lia que licet sunt inevitabilia
ab anima infirma non possunt in
uno declarari sed peccati ea expedit
ad lacrimas cordis dolere aut per
ipsam infirmitatem anime cognoscere
et in humilitate debita permanere

De integra confessione

Confessio debet esse integra
ut omnia peccata que habes in me
moria aut que oblitus fueras co
fitearis et modo recordaris integre
confitearis. Nec dicas partem uni
confessori et partem alteri quia
nullo modo debes diuidere hoc fa
ciunt ipsi qui timent despici a con
fessore vel reputari minus boni

plus timetes humanam verecun
diam quam divinam offensam et plus
amantes laudem extrinsecam quam intrin
secam pacem mentis et conscientie puritatem
Similiter si oblitus fueris quam confiteris
aliquod peccatum et postea die sequenti illud
recordaris si potes debes recurrere
ad eundem confessorem ut confitearis
Si potes habere copiam aut aliud alio
quin sufficiat tibi voluntas ipsi non
ex oblivione sed ex malicia aut
verecundia obmisisti confiteri ali
quod peccatum teneris recurrere ad primum
confessorem et si non recurrere ad ali
um teneris confiteri omnia peccata pri
us confessa et illud quod obmiseras
et omnia que prius commisisti a
prima confessione peccata et teneris con
fiteri de mendacio aut simulacione
quia commisisti quando dedisti intelligere
confessori tuo quod primo integre fuis
sti confessus

De circumstanciis

Item confessio debet esse plena de circum
stanciis aggravantibus peccata que sunt
locus in quo peccas quia gravius
est peccare in ecclesia aut sacro loco
quam in domo Et gravius est aliquod
cogitare inhonestum tempore missarum audiendarum
vel officium vel quando orabis quam quando
scribis et gravius respicere vel tangere
aliquod impudicum corporis hominis sub
pannis quam manum vel pedem quia
magis libidinosa cogitacio est ibi
et sic facies differentiam inter locum et locum

Aggravacio temporis

Tempus in quo peccas quando
gravius est facere a missa vel
ecclesia die dominico vel in festo sollempni
quam in alio die simplici et
gravius est quodcumque peccatum in ma
gna sollempnitate quam alio tempore et
gravius est non vacare oracioni
vel esse dissolutum in lingua
vel relaxatum in gula quando est
communicare et in die quo homo
communicat quam alio tempore

Modus culpe

Gravius est dicere et facere
coram eo quam potest ex hoc pe
occasionem sumere peccandi quam illud
dicere et facere occulte et gravius
est simulare esse pacientem quando
non in corde quam ostendere se
esse turbatum sicut est vel da
do tamen alicui per hoc turbacionibus vel
mali exempli occasionem ut dicit Brig'
et ideo non sufficit dicere sum iratus
de verbo michi dicto sed debet dicere simula
vi me esse pacientem in verbis et signis
exterioribus ut reputarer humilis ubi
eram superbus ita quod cum illa simulacione
addidi mendacium ad iram quia occul
tam Adhuc est gravius tangere btam
osculando quam ipsam in certo loco tan
gere cum pede quia modus tangendi
est magis impudicus unde non suf
ficit dicere tetigi btam impudice
sed oportet te dicere locum corporis quem
tetigisti sed manum vel pectus supra
pannos vel ad nudum et dicas mo
dum sed manu ore vel pede etc.

De mora in peccato

Quam ibi maius peccatum ubi maior
mora trahitur sive sit delectacio
corporalis sive mentalis sive ira vel odi
um teneas per mensem sive per
annum et diligenter modus est exami
nanda in peccato cogitacionis quia vi
dendum si in ipsa homo racio sucumbit
sensualitati consenciendo in opus volun
tate deliberata et tunc non est minor
culpa quam si peccatum opere perfecisset quia
sic voluntas reputatur pro facto
Si autem sucumbebat racio consenciendo in
delectacionem voluntate tamen ita quod non
velit in opus procedere sed velit insistere
in delectacione voluptatis et licet ibi
non sit perfectus consensus tamen est ibi
peccatum mortale sicut dicit augustinus
Sed minus grave quam primum quia
in primo est consensus in delectacione
et in opus Si vero in neutrum
non consentit sed ibi facit moram
aliquam in illa in mente quia sed
nescit vel non potest expellere tunc dicatur
occasione data quamvis habet sima
satis diva locum habeat in peccatis car
nalibus potest etiam notificari in
commestionibus et in aliis multis peccatis
quibusque autem sit expedit conscienciam
unde facere predictam examinacionem
in quibuscumque cogitacionibus vi
ciosis morose immoratum protractis

De iteracione peccati

Nam gravius facere quodcumque
peccatum cum corde aut cum ali
quo sensu corporis bis quam semel
et ideo si potes recordari debes
specificare vices cogitacionum malarum
aut motuum libidinosorum in carne
aut voluntatem faciendi aliquod

peccatum vel quotiens iterasti respiciendo faciem alicuius propter delectacionem visus aut quotiens iterasti turbasti aliquem aut murmurasti et sic de aliis quod non sit si es memor de numero dic bona fide secundum quod iudicas te totiens iterasse peccata et attende quod cogitaciones leves et levia verba non sunt nimio explicanda nisi essent occasiones alicuius peccati gravis vel vicii aut essent de se in aliquo genere septem viciorum capitalium si tamen propter aliquam cogitacionem levem fuisti minus longam distraccionem mentis in oracione vel psalmodia credo quod esset bonum explicare si esses memor propter magnum dispendium quod facit Si eciam propter verbum solacii sum vel leve aliquem turbares aut oriretur aliquod mala suspicio aut aliquod malum tunc specificandum propter malum ipsius effectum sic quod talia ociosa et levia sunt specificanda quando per ea incurrit aliquod grave delictum aut dat alteri materiam peccandi Sufficit ergo dicere simul omnes defectus mentis habitos in oracione et in officio propter cogitaciones leves sic dicendo dico meam culpam de mea distraccione mentis vagacione quam habui in orando audiendo missam et dicendo oras propter cogitaciones inutiles et ociosas in quibus cor meum nimis occupavi sic quod ibi non fuit intentus ut debui et potui cogitaciones aut viciose procurate et cum delectacione recepte omnes sunt explicande quantum est possibile quantum ad qualitatem moram et mores sicut supra dictum est. Cogitaciones vero quantumcumque male et viciose si non sunt studiose procurate nec cum delectacione recepte nec tu mora firmata in corde nec dedisti occasionem veniendi propter cibum et potum intemperanciam aut propter ociositatem sed subito venerunt et recesserunt et displicenciam habuisti in illo et statim cum sensisti ut potuisti expulisti aut expellere procurasti occupando te in leccione aut in meditacione sancta. tales dico quod non sunt confitende quia non solum in istis homo non offenditur sed multum meretur tamquam pugil pugnator et victor unde Jeronimus Ille predicatur esse beatus qui in statim ut cepit cogitare interficit cogitatus et allidit ad petram christum. Sed hoc quidam tales cogitaciones confitentur potius ad laudem et vanam gloriam ut confessor ipsos spirituales censeat cum tamen talia essent occultanda et in confessione tacenda quia solum confitens debet se ostendere simpliciter peccatorem unde tales sunt thezauri dei latrones quia vane glorie appetitores et ideo pena latronum puniendi sunt unde de talibus cogitacionibus quibus sic restitisti dicit apostolus Fidelis deus in temptacione proventum etc. dicit quia talibus resistendo merere et ideo intellige quod digni sunt suspendio qui sub specie cautele aut petendi consilium aut alterius cause colorate que soli deo sunt aperta manifestant et aperiunt maliciose suo dolo Sequitur

Motus vane glorie

Quia gravius est habere vanam gloriam de spirituali gracia a deo recepta quam de bonis opere manuali inde confiteri habes de vana gloria aut spirituali aut corporali et gravius est dolere de bono spirituali alterius quam de bono temporali ipsius Unde primus dolor ipsius est de invidia fraterne gracie que est peccatum in spiritum sanctum quod peccatum est irremissibile Secundus dolor ex simplici procedit invidia et non sufficit dolui de bono alterius propter invidiam sed debes specificare si de bono spirituali vel temporali et eadem racione gravius est gaudere de spirituali damno proximi sicut de peccato quod fecit. aut de ipsius infamia aut quia amisit graciam dei. quam gaudere de damno temporali hominis Cavendum tamen est qualiter confiteris peccatum vane glorie de gracia spirituali ne forte incurras maiorem vanam gloriam in confitendo illum defectum nam dando intelligere confessori quod habuisti vanam gloriam. quia fuisti visus orare vel in missa plorare vel laudatus quod bene predicaveras et sic potes incidere in peccatum vane glorie quod confessor ex hoc te reputet spiritualem debes igitur caute explicare confessori tuo graciam a deo tibi

datam in oratione et lacrimis et
huiusmodi. Potest tamen dicere sic
dum dicere vel audirem missam
vel predicare vel feci aliquem actum
propter quod persone alique videntes me
cogitavi quod crediderunt me habere
specialem graciam ibidem et sic in ipsa
cogitatione habui complacenciam et con-
sensum nec dolui. Vel dico me accu-
so vel sic appetivi quod aliquis hoc
me crederet habere cum non haberem
et ad hoc credendum feci aliquos
actus simulatorie et idem intelligas
de aliis peccatis. Similiter caute con-
fitearis vanam gloriam quam habuisti in
exercendo aliquos actus virtuosos suf-
ficiat tibi non explicando dicere feci ali-
quem actum propter quem non appetivi tantum
dei laudem sed pocius hominum quia non
solum volui reputari ab aliquo
cum feci vel dixi quoddam bonum
sed eciam petivi ut aliis publicaret.
Et nota quod cogitaciones de vana
gloria non sunt confitende nisi quando
ibi est complacencia et consensus et
delectacio morosa. Si autem statim
quando veniunt cognoscis eas non debere
venire et ex hoc statim displicet
tibi quod veniat et per hoc statim recur-
ris ad deum ut eas expellat aut
saltem te consentire non faciat sis
certus quod in eis non peccas sed pocius
pro eis coronam acquiris. Dic ergo sta-
tim in corde tuo quando sentis eas
Deus in adiutorium meum intende
domine vim pacior domine responde
pro me. Et caveas ne propter
huiusmodi tempestuosas cogitaci-
ones dimittas aliquid bonum
incipere aut inceptum continuare
ex quo periculose nocivum est bonum
sicut hoc multi faciunt credentes
spiritui diffidencie qui facit eos cre-
dere quod perdant quicquid agunt quod
in bonis actibus suis cogitaciones
vanitatis attingunt. Respondeas
ergo tali spiritui nec propter te facio nec
volo illud facere bonum nec propter
te dimittam. Unde quantumcumque
senseris in illis cogitacionibus aliquam
complacenciam et consensum doleas et
penitencie confitearis nec propter hoc ces-
ses a bono opere propter deum
principaliter inchoato sed pugna
viriliter et constanter orando deum
ut custodiat opus suum. Si autem
nimis es compassionatus et stimulatus
de vana gloria sicut sunt quidam
qui nil boni faciunt quin dicunt
sine ipsa tunc consulo tibi ut non
delecteris multum loquendo de deo
aut de vita spirituali docendo alios
sub specie caritatis quia pro certo
sub hoc velo caritatis latet dulce
venenum. Sed puto securius est magis
et expediens humiliare se et silere
a bonis ne forte curando infir-
mos quia mens tua adhuc
eget custodia et frenum est necessa-
rium lingue tue donec illa pestis
in corde fluctuare non cesset ali-
quos sicuti dixi salvando aut
sanando alios tua destruas sani-
tatem experto crede. Nam docere
et curare alios est eciam perfectorum.
Si necessitas inevitabilis aut
magna racionalis congruencia
loquendi occurrerit tunc loquendum
est tali quod ita te prius et alios inde-
cens arguere et quod ibi eciam non
desisset spes vane glorie cupiens
quod per huiusmodi modum loquendi re-
putaberis humilis et discretus.
Si eciam occurrit tibi loqui quando
oraberis vel quando de locucione te hu-
militer excusaberis nescio aliud tibi
remedium nisi confessionem puram
et lacrimas adhibere contra ma-
ledictam pestilenciam. Est autem
valde timendum ne timore despeccionis
humane quociens hoc malum con-
fiteri negligas tociens te ab ipso
novus superari nec ut minus vere-
cundaris multos sepius confesso-
rem immo ut plus confundaris
studeas eidem clavis et sepius
sollicitate confiteri sic eius virtute
humilis confessionis spiritus iste timoris
expelletur. Et si eciam tue confessi-
onis se ingerit de humilitate et pura
confessione appetas commendari inde
si te senseris vulneratum non time-
as in fine confessionis detegere
ipsum vulnus tuum et cetera.

Sequitur de condicione persone cum qua quis peccat

At sciendum quod gravius est
inobedientem aut irreveren-
tem patri vel matri propter quod illi-
cum non sic tenentur obediencia

vel reverenciam exhibere et grave
est turbare unum scilicet hominem a
devocione ipsum quam unum hominem vicio
sum Et grave est provocare unam
personam religiosam ad aliquod peccatum
quod est contra confessionem eius quam
unam secularem reducere ad idem peccatum
Et grave est inspicere impudice
unum iuvenem quam mulierem et
unum religiosum quam unum secula
rem Secundum enim beatum Gregorium
non licet intueri quod non licet con
cupisci Et ideo dico grave illud vi
ciose respicere quod est grave concupi
scere viciose Et hoc idem intelligo
de tactu et quocumque actu vel verbo impu
dico De condicione persone cum peccatis
sufficit eciam iam dictum Dico ergo
sic confitendo dicere quod non bene custodivi
visum aut intererum plures appa
in facie eiusdem persone cum complacenci
a et ymaginacione impudica sed
dic qualitatem et condicionem persone et
sic de visu si expedit dicere multo
magis de verbo impudico provocante
ad peccatum et de tactu aut commocione
carnis libidinosa habita ex allocucione
vel appropinquacione alterius ad corpus

Intencio habita in peccato

Pravius est facere peccatum quodcumque
intencione provocandi aliquem
ad simile aut ad aliud peccatum
quam ad satisfaciendum sibi ipsi tantum
ut si non comes defectum alterius ut
facies ipsum despici aut minus re
putari propter invidiam tuam vel ali
am maliciam aut si fecisti aliquem
actum tuum oculis aut cum nutibus
versus aliquam personam ut pro
vocares eam ad malum et sic
de aliis peccatis factis studiose non
tantum in dampnum facientis sed eciam
in proximi detrimentum Circa
quod peccata non sufficit confiteri
si non explicantur intenciones
maliciose Tales assimilantur demo
nibus qui sunt in ira et invidia studet
animas perdere pro quarum sa
lute Cristus sanguinem suum effudit

Sequitur capitulum

Item de peccato In peccatum est dili
gencia per se intendendum non cita
grave unum peccatum simplex sicut
est illud cuius occasione plura
alia sunt commissa ut si studio
se fecisti aliquod defectum tali modo quod alii
fuis inculpati de hoc et non excusa
sti innocentem sed permisisti peccatum in
iuste pati vel si pro defensione unius
mendacii protulisti varia iniuriosa aut
incurristi plura talia mendacia
aut si pro excusacione unius mendacii
vel peccato commisisti plurium et ob hoc
fuit suspicio de alio vel facta est
iniusta perturbacio super aliquem aut
forte est aliqua turbacio inter aliquos
omnia hec et similia que ex peccato
primo sunt consecuta debent cum primo
peccato principali explicari

Occasiones peccati

Similiter de plenitudine con
fessionis est dicendum non solum
circumstancias predictas vel similes
sed eciam occasiones vel causas peccatorum
propter quas incurristi ipsa peccata vel que
neglexisti ipsa vitare sicut potui
sti et scivisti Quidam aut causas
sunt taliter dicendo quod te non ipsos
accuses et excuses sicut quidam
faciunt imponentes culpam dyabolo
sicut Eva que dixit serpens decepit me
Dicunt enim demon me temptavit de
tali peccato quia me opportuit con
sentire nec potui me defendere
ullo modo Sed ista non est confessio vel
expressio peccati cause immo est excusa
cio sui et accusacio dyaboli Nec omnis
temptacio est a demone Sed secundum
beatum Jacobum unusquisque temptatur
a concupiscencia sua abstractus et illec
tus Multi ergo mentiuntur dicentes
demonium me seduxit ad hoc peccatum
quod sibi consenserunt cum sola sua tota
pestiferia temptatur tetendit Et ideo
debet dicere Quia senciens me stimula
ri ad tale peccatum perpetrandum fui ne
gligens in vitando occasiones me sol
licitantes ad hoc scilicet locum tempus et
personam et fui negligens adiuvando
me ieiunio et oracione et aliis neces
sariis sicut scivi et potui Sed propter ne
gligenciam et maliciam meam commisi
ipsum peccatum potius eligens servire
dyabolo et carni mee hoc suggerenti
quam spiritui sancto inspiranti michi ut
hoc non facerem Alii imponunt cul
pam proximo Sicut dixit Adam deo
mulier quam dedisti michi sociam dedit
michi de ligno et comedi Dicunt
eciam talis persona instituit michi roga
do et blandiendo et aliqua dona
dando quod nullus de mundo potuisset
se defendere sic quod opportuit finaliter

me consentire Alii dicunt quidam
dixit michi tantum malum de quodam
quod fecit me murmurare de illo et
aliud despicere si hec est viciosa confessio
Dic ergo sic de primo tamen expresso quod lo-
cutio est conversacio cum quadam persona
esset michi mortalis et periculosa et sen
tirem affectum cordis mei ad ipsam
personam aut ipsum ad me non esset pu
rum nec secundum deum sed potius sen
carnale et in appetitu et in presencia eius
habe nimiam complacenciam sensibilem
et ex hoc propter hec ymaginaciones in
pudicas de illa cum libidinosis mo
tibus carnis sita quod propter hoc debebam
fugere ipsam nichilominus fui secutus
propter voluptatem seu voluntatem carnis
intantum quod ad talem actum deveni
cum ea vel me et ipsam illaqueavi
De secundo dic sic credidi dicta alicuius
mala de quadam persona facilius ea
credidi quam credidissem bona si
audivisse propter levitatem cordis et
defectum caritatis et quam debui repre
hendere inimicum cum illo confirmando malum
de quo dicebat vel addendo ad id
quod dicebat ac per hoc dedi sibi occa
sionem magis murmurandi et non
quod hic non debet quis murmuran
tem nominare nec peccatum de quo mur
murat quam sic talis nominacio esset
in excusacionem sui vel infamiam
proximi Item si te accusas de
turbacione proximi aut de turbacione
habita propter aliquem defectum eius premittere
non debes exprimere illum defectum
ne per hoc ostendas te habuisse racio
nalem causam turbacionis et sic videaris
minus peccasse aut motus zelo iu
sticie Sunt enim quidam cum dicunt
in confessione vidi fieri tale defectum
et audivi dici tale verbum et de hoc
fui valde turbatus quia erat contra
honorem dei et contra bonos mores
mulier et in exemplum aliorum ut putet ipso
tenta quod dicis Nam te semper lau
das et in perdit confiteris Narras
peccatum tuum quod fecisti videndo alie
num defectum non videns proprium quod fuit
forte gravior quam ille defectus alterius
quia despexisti peccatorem cum debebas
compati et mentiris dicendo te esse
turbatum propter amorem dei et proximi
Cum tamen fueris turbatus propter
superbiam tuam et quia non habes
caritatem proximi que non permittit

aliquem contra proximum turbari Sic
ergo dicas videns aut audiens fieri
et dici aliquid quod iudicavi esse malum
et forte esse peius quam fuit propter
maliciam meam que non permisit me
excusare factum nec intencionem facientis
sicut poteram et debebam non fui motus
ad compaciendum illi vel ad ora
dum pro ipso sicut debui ex caritate
sed magis fui promptus ad iram contra
ipsum et expetendo statim punicionem
vel hec potestate puniendo eum et hoc
accidit michi propter duriciam cordis
mei et quia non recognosco paci
enciam dei que supportavit me in
gravioribus peccatis absque ulla punici
one et sic de aliis Sunt alii qui
se clamis laudant in confessione di
centes per graciam dei satis custodivi
me a tali tempore et a tali peccato
Nam bene cotidianam missas offici
um predicacionibus et oraciones meas
efficiat quam volui male quod ego
intendo bene facere facta mea et
me custodire a peccatis melius quam fa
ciat maior pars vicinorum meorum
et quia prius permittere me occi
di quam facerem tale peccatum et in
me non sencio aliquem defectum
nisi quod sum ingratus de beneficiis
dei nec sum sufficiens ad regracian
dum deo qui me liberavit ab
hiis peccatis que faciunt multi alii et
cetera Isti sunt similes phariseo
cum ascendit templum ut oraret
cuius oratio fuit tota sui exal
tacio super alios etc et isti faci
unt quando debent se semper accu
sare in confessione super alios se lau
dant narrando bona que faciunt
de superbia aut et de presumpcione
que latet interius ut dicunt
Sunt alii qui confitendo sua peccata
totam culpam sua imponunt deo
Sic enim dicunt deus dedit michi
naturam ita perversam et promptam
ad tale peccatum quod non possum me
cavere Isti dicunt cum Adam cum
dixit Mulier quam dedisti michi
sociam etc Ei dicat si non dedisses
michi non peccassem Isti aperte
menciuntur Nam secundum beatum
Gregorium peccatum mortale non potest vinci ...

volentem. Cum tamen de ipso dicatur, nō est ptās super terram que
illius ptāti valeat cōpari, ergo multo
minus tēpus pt violentiā et concupi
scentiā nāli. Sunt alii qui dicunt
conf̄ui decept⁹ a tali temptacōe, quia
deus voluit me adiuuare, cū tamen
sepe ieiunaciō et orare et ad ipm̄
recurrere, sic iste excusat pigriciam
suam et negligenciā, quia noluit
vitare occasione peccandi, etiā per
seuerare in oracōe, afferunt enim
deum impm̄ et negare, cum tamen
dicat in psalmo: Clamauit ad
me et ego exaudiā eum. Et alibi:
venite ad me omnes qui laboratis
et onerati estis. Et alibi: petite et ac
cipietis. Et apostolus dicit: fidelis deus,
qui nō patitur vos temptari sup
illud quod potestis, sed faciet cū tempta
cione prouentum. Creat ergo id de
liuerare a deo, quia insipide et sine fi
de orant, nec volunt pugnare cont
ra eos, nec perseuerare patient postu
lantes auxilium dei, sicut deus sic voluit,
sed grauiter statim sine labore pete
res etiā illud a deo non humiliter,
sed presumptuose tamquam indigni ac si
deus tamen obligatus eis, orant ipsum
cum securitate quadam ut exaudi
at statim ut ipsi volunt et nō sicut
ipse vult. Sic quod putantes ipsum
ad auxilium ducere, potius prouocant
ad delinquendum, tamquam superbe
ac presumptuose attendunt ad ipsum.
Cum ergo lapsus eorum est superbia et
negligencia sua, ipsi deberent accusare semper.

occasiones que dantur aliis

Sunt etiā in confessione
explicande occasiones date aliis
ad peccandum, tamquam cuius peccatorum est
homo particeps quibus occasione
dederunt, si maliciose vel nō malicia
ose, vel confiteri de peccato nec
nominare directe vel indirecte
personam cum dedisti causam, sed sola oc
casio est dicenda peccati, vero quod scitum est
ab alio occasionem cum pt dici explicate
quam est notum confessori, nō nominando
illum qui fecit. Alii dic solum quantitatem
delicti, sicut dicendo confiteri fieri quoddam
delictum siue peccatum mortale vel

graue propter talia verba que dixi,
aut propter tale malum exemplum quod
dedi. Item si habuisti turbacionem
cum socio in itinere vel in aliquo
opere, aut dixisti male officium,
quia male proferebat, non debes
dicere: socius meus me turbat in
tali facto, aut dixi male officium
propter defectum socii mei, quia sic ac
cusas peccatum in tuum, noticiam con
fessor posset venire. Dic ergo: habui
turbacionem cum aliquo propter meam
superbiam, quia ipsi dixi verba iniu
riosa et ipsum prouocaui ad con
tradicendum mihi, et si illa culpa fuit.
Dic: habui turbacionem cum quodam propter
impaciencia meam, quia nolui sup
portare eum in bonitate propter
aliqua verba ab eo dicta, vel dixi offi
cium male cum aliquo in tali hora,
et dicere in consciencia ut redicerem,
propter pigriciam meam nō redixi etc.

De pollucione carnis

Si habuisti pollucionem carnis
vigilando, dic causam expresse.
Si dormiendo, dic causam quam dedisse
credis. Cause possunt esse tibi vel
potus intemperantie dici potest aut
alio aut per deo ipsum dic nō propter
hoc dabis intelligere nimis dicendo
plurimorum cogitaciones inhoneste habi
te ante dormicionem, quas explicare
debes, potissime cum sompnias cum
ipsa que processisse casti nec sunt re
citanda sompnia viciosa vel inho
nesta vel cum cogitasses ea aut post
sompnum cum delectacione et mora
de motu carnis cogitasses, et hec
sunt recitanda tamquam cogitata ma
gis quam sompniata. Si vero sompni
asti aliquid hec acti cum persona
ad quam habes sompniale affectum
ad quam ante appetisti oculo im
pudico, hoc debes exprimere et causam
illius sompnii, et quia ego plus
in talibus delectatur. Et multi post
sompnium gaudent se talia sompni
asse. Ubi vero nō sunt aliqua
de predictis causis vel similibus, nihil de
sompnio est dicendum, quia nulla causa
est ibi, et tunc sufficit dolere in corde
et ad quietandum conscienciam potes dicere:
habui sompnium inhonestum, et
si dedissem causam quam nescio,
tunc ego dico meam culpam.

Sexualis pollucio evenit

Secundum patres sanctos triplex
est causa pollucionis nocturne
Prima provenit ex voracitate gule
et superabundancia cibi et potus que
est diligenter examinanda ab illis qui
vocati sunt ad spirituale exercicium racione
cuius accidit quia relaxantur nimis
in gula aliquo tempore et postea quando
abstinent polluuntur in sompniis cre
dunt quod hoc non accidit ex culpa immo
derancie sed potius ex natura vel debilitate
sue. Sed errant quia debent cavere et iudi
care ne veniat ex inimicitate saturitatis
preterite quod enim per voracitatem et inglu
viem congregatum fuerat in medulle
necesse est alium ut per corporis ieiunio affli
cti egerant. Propterea quod non solum absti
nendum est a delicatis vermiculata
a cibis et cum equali temperancia continencia
ymmo panis et aque sacietas est cauen
da ut possit in nobis acquisita puri
tas permanere. Isti ergo qui non equalis
continencie et moderancie graciam
sunt adepti non minus perfectam pollu
cionem consequantur que eciam abstinentibus
accidit. Secunda est que ignaviam
et immundiciam nostre elacionis naturalibus
exuberancia et distinctis cogitacionibus non
iterata carnem corporis per vanas et
immundas cogitaciones evagata ex eius
merito culpe elicitur hoc inmodo et
ideo volentibus obviare necesse est hanc
primam causam et eradicare videlicet mentem
corpore excute et sensus refrenare
ne mens ad vana et noxia distra
hat et illis assuescat ex quibus ad
immundissima incitamenta luxurie
sompniantis perturbetur. Precedat ergo
vigilia acquirendi iudicium et cus
todiendi munditiam in confessionum penitus
explicacione. Tercia causa potest esse quod illu
dentis inimici invidia pollucio pro
curatur. Dum enim videt se tam in eius
per solitam nostri moderacionem et in
tegram et perfectam ac frequentem
peccatorum confessionem perpetuam mundicie
puritatem acquirere conatur eius
constanciam perturbare maxime in die
bus illis quibus desiderat divino
aspectui complacere fluxum illius
corporis polluere et sic a sacra
communione trahat. Cum brevitatem [illegible]
contingit dicit ex debilitate nature que
non est ita fortis seu valida sicut

merces intrarie

sicut antiquitus dicitur extitisse
Hanc tamen potest quis in seipso deprehendere
qui nullo turpi moderamine victus
frequencius solito polluitur absque temporis
sompnii incovenientia sicut quosdam
cognovi hac peste certis temporibus
ter vel quater in ebdomada sordidari
quamvis non minus prodesse illusionem pos
sit ascribi.

Utrum propter pollucionem nocturnam sit vitanda sacramenta altaris vel non

Secundum sanctorum patrum sentenciam
vigilanti cautela pollucioni tamen
dum est ad communionem salu
taris quoniam accedere tempore quo
sentimus nos sompni pollucione
pollutos. Sed si hostis invidia ter
mentis me illuserit ut nobis celestis
remedii substrahat medicinam dummodo
nullus reprehensibilis interveniat prius
aut delectacionis consensus si fluxus ille
fuit naturali necessitate profusus aut in
pugnacione hostis antiqui provocatus
et absque consensu voluntatis adductus
debemus ad graciam salutarem cibi accedere
confidenter. Si vero contigerit eum esse
occasione viciosa die illa debet
humiliter se substrahere ab altari ne
in nobis perficiatur sentencia apostoli Qui
manducat et bibit indigne iudicium
sibi manducat et bibit non
diiudicans corpus domini i. non po
nens differenciam inter perceptionem cibi ce
lestis et carnalis nec iudicans summi
domini corpus esse tale quod non nisi pura
mente et carne liceat mandu
care. Et ideo statim subinfert idem apostolus
Ideo inter vos multi infirmi et
imbecilles et dormiunt multi quasi
dicat multi ex hac presumpcione et man
ducacione indigna corporaliter infirmantur
et sompno mortali dormiunt multi
per peccatum quod ex ipsa indigna sumpcione
incurrunt. Probet ergo id est examinet
seipsum antequam sacramentum percipiet
et diligenter se iudicet utrum sit mun
dus vel immundus utrum devotus vel
indevotus utrum reverens vel irreve
rens utrum timens vel presumens
accedat. Etiam qui dubius sit vel metu
se putat quod non sit viciose pollutus
vel aliquo tali peccato infectus non
enim debet volens illum panem celeste
sumere esse contentus si non habet peccatum
mortale neque precedenti nocte vi
ciosa occasione fuisse pollutum

cena licet hec duo quelibet ipso cibo
reddant indignum alia tamen plena
sunt quibus se debet homo ab hoc
abstrahere reverentia que explicare
non audent quamvis peritis et docto
ribus ipsa expressa non reperi atque
illustracionem gracie dei ea simplici
relinquo. Illud tamen quod pro me
ipso recitare est verum illius quod hic
instituit sacramentum quem non credo
illud frustra protulisse dixit enim
Quocienscumque hec feceritis in meam
commemoracionem facietis. Ex quo quidem
vos arguo iniunctum ipsi quod quociens id
volo agere quod ille instituit et non
condicto relinquo nequaquam sine remor
su consciencie ac preiudicio anime tunc
ad illud posse accedere non premo
morata ipsius instituti caritate ac
eius passione et morte. Si enim eius
memoria perpetue recolenda illud
sacramentum debet confici et percipi
ipse et hac asseruit et innuit. Con
siderans insuper tantam huius sacramenti
primordia locorum precedentem festam non
absque misterio et sacramento ibique
dictum fuisse a domino Si non lave
ro te non habebis partem mecum agno
sco et pro hoc ne dicto non sine presumpcione
et gravius offense puto aliquem
velle presente secum ipsum sacramentum
sumendo non plenum aliquam spiritualem
gracie locorum cenam quidem locorum
non solum per expressionem lacrimas
puto set verumeciam per interiorem
mentis devocionem et fidem in qua ipse deus
vocat et invitat et trahit animam
et quodammodo cogit ad ipsum cibum
angelicum et celestem. Unde et ipse di
xit ad ipsos quos lavabat Iam
mundi estis propter sermonem quem locutus
sum vobis. Non dixit propter aquam
quamvis loti essetis set propter sermonem. Hoc
autem est verum fidei quod predicatur secundum
apostolum. Unde in actibus apostolorum
legitur fide sive purificans corda
eorum. Hanc autem devocionem et fidem
celebrantis seu sacramentum sumentis
credo esse illam quamvis celebrat et con
ficit ipsum sacramentum percipi tam
affectu sicut et vasa casti sunt illa
quibus recipitur et transfertur panis

in corpus et vinum in sanguinem meum
christi quia quidem devocionem voco graciam
christi que prevenit et instruit et
disponit subsequitur et infundit
ad hac ergo sacramentum cum instancia
servencius et assidue oracionis provenire
non predicto vocat a domino videlicet
plenitudinem et ipsius memoria absque
compunctione et devocione et fidei
locucione ad que preparare nos oportet
per mentis et corporis mundiciam et
per linguae ac sensuum refrenacionem
et per irarum passionum quamvis
moderacionem

Effluxus libidinis

Fluxus libidinis pretermittendus
quod non est quod quibusdam contingit
interdum consciencie dubietatis perturbacio
magna vero ipsis vigilantibus absque
ulla commocione carnis et cogitacione
immunda humor quidam per membra
secreta egreditur sine delectacione et quasi
insensibilis ita ut multi de hoc aliter
non possint perpendere nisi se sentirent
madefactos. Cum tamen aliqui igno
rantes turbantur et orant putantes
se esse pollutos et io sciendum est quod
humoris ut effusio non est pollucio
quamvis ut dicunt medici sine libi
dinosa delectacione et carnis motu
nullus potest polluere vigilando ad ipsius
tamen effusionem humoris inducitur
natura condicio exhibere per materia
sed deinde id ad quod natura dispo
sita necessaria et evitat perficit et con
sumat. Est quidem vero hoc prevenire
aggressionem propter solam prevencionem et allo
cucionem per ne aliquid in eum apparet
sunt que placencia sensuale et vana
seu ad quam inordinato conficitur
amore ut per tactum impudicum levem
aut imaginando aliquos actus
impudicos fortiter et viciose. Sunt
hiis enim casibus et aliis similibus
multi inveniuntur hec calefaccionis
et commociones carnis libidinosas de
cetero quasi humorem emittere noluntur. Dico
causas tales et similes que sunt evitabiles
debet quilibet frangere et evitare prout posse
maxime qui sentit ad hoc se
inclinatum sive ex vicio mentis
sive ex debilitate nature et quem occasionem
huiusmodi non vitavit iuxta posse
relinquendo amiciciam et

familiaritate personarum ad quas
inordinate afficitur fugiendo eciam
allocucionem et aspectum personarum
licet non credam ipsum per dictam confessio-
nem peccati mortalis nisi forte a-
liter concupisceret aut impudice tan-
geret personam que est causa illius e-
fectus tamen credo eum grauis peccati
et magnis peccati mortalis periculo
subiacere Et ideo consulendo tali quod
absque dilatione morosa ipse sibi
violenciam faciat in hac parte
fugiendo huiusmodi personas adhuc atque
cum eis omnem opportunitatem
loci et temporis euitet Sic itaque
predictus fluxus qui ab aliquibus vocatur
libido si preter intencionem ipsius occasionibus
studiose euitatis est omnino confitendus
cum suis occasionibus et neglig-
encia circa ipsas si contingit ex causa
hoc intencionem non preter sicut quando audi-
untur verba impudica a causa vel
loquitur cum persona vel sedet
iuxta eam de cuius presencia habet
complacenciam et ab ea separatus tunc
non videlicet In hiis et similibus credo
sufficere quod tamen de occasione circa
ad impotenciam intencionem quam de fluxu
illius libidinis dolor simpliciter
est hiidque circa tamen dubitacio
in talibus que spectant ad conscienciam puri-
tate est tamen valde proficuum po-
tentis hec confiteri propter quietitudinem
mentis et pacem consciencie expe-
dire non credant Sequitur

De Complacencia

Sciendum est quod cogitas
de iniuriis receptis et in illa
memoria turbaris iuxta te cum
aliquo modo et petis vindictam
sive vel factam esse aut doles quod non
fuit facta per te aut per aliud aut
ymaginaris aliquid facere aut
aliquo modo tenes animo vindicta-
rum · Hec omnia sunt confitenda
et alia quecumque similia senties in
mente tua racione iniurie Si
autem reiniciando mala preterita
que fecisti non habens dolorem sed
delectacionem in eis et propter huiusmodi de-
lectacionem facis memoriam ibidem
non credo expedire quod specificentur ipsa
peccata reiniciata si alias sic ipsa
confessus es ea et non habuisti aliud
quam delectacionem in mente sufficit
tibi dicere veniat ad memoriam me-
am vindicte vel iniurie quas feci
vel quedam peccata grauia que commisi
de quibus non solum non habui dolorem
in tali cogitacione Sed de ipsis cum
multa complacencia cogitaui Et
si aliud tibi occurrit in carne vel
in mente propter dictam complacenciam
quod ibi videtur aggrauare peccatum ip-
sum debes explicare verbi gracia
Si de peccato luxurie per te facte habuisti
memoriam et ex hoc habuisti motum
carnis vel penitudinem quod ipsum
peccatum non fecisti pluries vel cum plu-
ribus tunc exinde debes sic dicere
Ex ymaginacione quam habui de quodam
peccato luxurie habui motum carnis et
complacenciam in mente et appetitum
illud fecisse multociens et cum multis
personis et non ostendit te indicare iam
fecisse illud peccatum nisi forte alios
indicasset eciam et nisi per maiorem
humilitatem et multo velles ipsum sic
explicare Si autem recordaris iam
te habuisse opportunitatem faciendi
aliquod peccatum quod non fecisti et in
recordacione non gaudes te euita-
sse illud peccatum nec regracians
deo · quia te custodiuit ab ipso et
abstulit opportunitatem ac voluntatem
faciendi ipsum eciam omnia ista sunt
precise referenda vide cum magis
magna ingratitudo et peccatum co-
missio voluntaria Sed si in predicta
recordacione peccatorum et maxime car-
nalium non possis vitare complacen-
ciam et motum carnis dum velles
ea studiose recolere eciam te ipsum exci-
tante ad compunccionem et dolorem
consulo tibi quod omnia ea specialiter
recoles nec eciam alia peccata quorum
non potes sine complacencia recolere
sicut est vindicta facta per te sine
per aliud de inimico aut dampnum vel
mors quod accidisti debes ergo peccata tua
omnia sic in confitendo generaliter sub
duobus scilicet superbia et delectacione
carnis confitendo debeo sic corde me-
ditando et ore proferendo dico me-
am culpam quod de superbia quia habui
contra deum et proximum irascendo
mordendo alios prouocando inudi-

gloriam appetendo proximos iudica
do dei creaturas contempnendo me
ipsum reputando alios vilificando
de dei operibus ac iudiciis et eius p
missionibus murmurando donis
eius inspiracionibus et omnia sua be
neficia negligendo. ineptos vicio
sos sectando blasfemando. et nomen
dei in vanum proferendo et linguam
meam contra veritatem per mendacia et
sibillaciones per duplicitates et adula
ciones per iniusticia et alia multa va
niloquia laxando ociose et arrogan
ter vivendo. De meipso nimis con
fidendo de fide dubitando de occultis
dei operibus racionem presumptuose
querendo plus quam oportet sapere
de deo et proximo et de hiis que scire
scire cupiendo graciam dei non stimu
affectando temerarie proclamando
vero in veritate sicut in ypocrisi et fal
sitate coram deo et hominibus am
blando per multa alia superbia excedendo.

Posteaquam confessus es dic anime
tue maxime quia te inducet per
proximum morti O anima mea
egressus tuus propinquat et ipse est
terminus superbie tue et finis dele
ctacionis tue mundi et iusticie carnis
tue que delectacionibus corporalibus
contulisti plus ipsam amando quam
deum plus sibi compaciendo quam tibi
plus laborando pro ipsa quam pro te
plus obediendo eius concupiscenciis
quam divinis inspiracionibus et con
siliis sed dum consensisti sibi satisfacere
in delectacionibus gule et luxurie
et multis aliis modis opere et vo
luntate atque saciare eius visum
auditum gustum tactum odoratum
contactum et quantum potuisti consensisti adhuc
ipsius carnis attingere partem pro
ximam tamen corporis superflue dor
miendo et quiescendo in multis operi
bus nichil te occupando in nimia
tua sollicitudine avaricia et delecta
cione quam propter necessitatem consensisti eius
pigriciem quia hunc ad pacienda
mala quod potuit quam in hiis fuit vita
~~vita~~ mea in hiis expendi tempus
meum. Ubi ergo es o veritas.

mea et superbia mea quo precessisti
delectaciones carnis mee quia ad
attulisti quia michi reliquisti
per subieccionem et ~~ob~~ obediencia qua
acquisivi misera perdidi gaudia infini
ta et lucratus sum lamenta eterna
privatus sum societate sanctorum et angelo
rum et merui fieri socius omnium
infernorum Considera ergo o anima
mea quem te fecit deus quia ad yma
ginem et similitudinem suam et nichil pr
es denegata preter nec aliquam virtutem
in te agnoscis Considero in te potius
ymaginem temptatoris quia te de
cepit colore superbie gule luxurie
avaricie vane glorie invidie accidie
et ingratitudinis et neglige odii
et vindicte tibi suasit contemptum
dei et apposuit amorem seculi te in
duxit contra proximum ad murmura
dum iudicandum despiciendum contempne
dum detrahendum et aliorum defectus
ponderandum et tua gravia vicia
non videndum Non invenio o ani
ma mea nisi ut provoceris ad gemitum
fletum et ploratum tristiciam et la
mentum et clames humiliter et
ferventer ad dominum Domine ne in
furore tuo arguas me neque et cetera

Plerique dubitant si cogitaciones
inhoneste sunt eximie expli
cande et credo quod hoc facere sit
proprie puritatis et perfeccionis et ma
gni meriti si non credo necesse esse
nisi quod ex nimia mora facta in
cogitacione illa homo sentiret se
inclinari ad faciendum et perficiendum
cogitacionem si haberet opportunitatem
aut si pollueretur ex illa vehementi co
gitacione morosa aut si inordina
te afficitur ad aliquam personam et
de ipsa multum molestare in cogi
tacione habendo motus carnis et yma
ginando hinc aliquos actus impudi
cos cum ipsa persona esset tunc eum
affectum inordinatum deus exprimere
cum cogitacionibus et motibus carnis
precedentibus ex ipso affectu dicendo pec
cabam affectum sensualem et inordi
natum ad quandam mulierem vel que
dam iuvenem talis condicionis et
hunc affectum concipiens complacencia
habita in aspectu et collocucione ac pu
ncta corporali ipsius de ipsa a de ipso

sicut tot vicibus aut multociens
ymaginacões turpes respiciendo
eum, oculo corporis vel mentis faci
em vel aliam partem corporis eius
et ymaginando sicut cum ipso am
plexus vel oscula vel talem actum
impudicum et in hijs feci moram
per magnum spacium sicut ibi motus
carnis libidinosos et ponar actu
mentis in oracione existendo aut
missam audiendo et per hoc negligens
laborare proposse ad expellendum
talia propter nimiam delectacionem
quam ibidem habebam nec curavi quando
tunc potuj refrenare oculos ab
aspectu illius persone sicut fuit presencia
eius Et nimius in tecs tali modo
cogitaciones et affectus exprimet
viciosas ab eis cito liberaretur
Animus cum tali confessione continuacione
oracionum et custodia sensuum Et ad
dominus non potest pati similem puire
confessiones Et cum sit superbus et inui
dus et omnis immundicie et similiter
inmundus Et ideo non est melior via
facilior ad evadendum temptaciones
invidie superbie et luxurie quam
omnes cogitaciones viciosas cum suis
circumstanciis generaliter in carne
vel in mente sepe et clare detegere
confessori et tociens exprimere quo
ciens renovantur Sequitur

De motibus carnis

Sciendum quod motus in carne
qui non proveniunt ex cogita
cione impudica absque vo
luntate aut sine eo visus vel
auditus sine ex aliqua causa extrinseca
inhonesta personis proveniunt ex
nimia repletione primo facta in
cibo vel in potu Cavendum tamen
putatur quod proveniat ex multa
vigilia quod potest et maxime quando
constat quod non provenit ex alia causa
predicta et ideo hominem oportet esse paratum
in dieta quo ad qualitatem et quan
titatem qui de talibus molestatur
contra voluntatem et displicenciam nam
vicina sunt oculis corporis et secundum
Jeronimum venter et genitalia pro
xima sunt et hoc intelligo quando
a causa extrinseca et tunc oportet cavere
ab aspectibus et collocucione personarum
in quarum presencia sentit se sensualiter
delectari aliquando ille qui ducitur
motus naturales quando fiunt viciosi
et quando sit secundum confiteri tales
motus predictos sine causa viciosa
hoc participancia videlicet causa dominus in
per ipsos non turbatur amor et dilec
cionis primitus in corde corporalis
castitas non maculatur Si vero pro
cedunt a causa viciosa confitenda sunt
cum loco tempore et mora contracta
in eis et iuvas motuum sicut supra
de circumstanciis peccatorum dictum est
nec sufficit generaliter dicere culpa
de motibus Sed debet specialiter dicere Cum
essem in ecclesia vel in oracione vel
audivi missam vel predicacionem
cogitavi talem actum turpem aut
sive memoria alicuius persone in cuius
aspectu sive voluntate complacenciam
aut inordinatum amorem ut apposui
in alia tecum personam ut complacencia
impudica tenui causa sive motus
impudicos tociens et per tantam
moram Et si dixisti illa per tibi fio
re aliquid valde prolixe aut fecisti aliquid
sensum maliciose ut scilicet sicut complacen
tia libidinosa et motus car
nales per maiorem moram totum con
fitetur Sed maxime si valde non pro
dixisse aut fecisse non fecisse post
prolixe illius presencia delectaci
onem non habuisses etc.

De periculo familiaritatis devotarum spiritualium

Quoniam multi videntur negli
gere ut agnoscant affectus suos
viciosos et proprios non curant
confiteri cum tamen sint diligenter
perscrutandi et ad finis viciis orie
tibus expresse exprimendi Ideo
terminare non intendo quod multi
afficiuntur ad personas scilicet ad
aliquas personas scilicet ad honores
scilicet ad divicias temporales et
tamen hec sunt media inter deum et
hominem animam Ideo nullus habet
aliquam de predictis potest in via dei pro
ficere nec habere puram oracionem
et maxime quando est carnalis affectio
ad personam et de hoc intendo modo
loqui Nam tales affectiones spirituales
precipue amicicie spiritualis a statu
oracionis impedit et impediunt hec
est infectio mentis pestifera ora
cionis et mentis inficiens et disp

gens et affectio gratia orationis in mente
generat et efficit. Nam sicut oratio
pura mentem purificat et illuminat
letificat fortificat et impinguat
Sic carnalis affectio immundam mentem
inficit et obscurat contristat debili
tat et excitat et corpus eius maledi
ctionibus implicat. Et quia spiritualibus
loquor propter quos ista scribo noverint
ipsi quod licet carnalis affectio sit omnibus
periculosa et dampnosa eis tamen perni
ciosa est magis. maxime cum conversa
tiones per ea que spiritualis videtur. Nam
quamvis horum principium videatur purum
frequens tamen familiaritas domesti
cum est periculum delectabile detrimen
tum et malum occultum boni colore
depictum. Revera quidem familiaritas quanto
plus crescit tanto plus infirmatur
principale motivum et utriusque puritas
maculatur. Ratione tamen de est statim procede
re sagittarius non mittat a primo
sagittas venenatas sed solum aliquas
vulnerantes id est amorem augmenta
tes. Ad tantum in brevi vero deveniunt
ut non vero angelos ut se invicem allo
quantur et videant. Sed tamquam carne
vestitos se mutuo intueantur et
sententias utentes quibusdam recomme
dationibus hoc est verbis blanditoriis
et adulatoriis. Exinde videntur ex presentia
devotorum procedere. Exinde incipit unius
alterius incipere presentiam corporalem
tenuia forma vel species utriusque in
utriusque mente recepta incitat eos
ad colendum presentiam carnalem quia magis
eis presentia mentalis. Sic quod spiritualis
dilectio paulatim convertitur in car
nalem et corporalem. Et sic eorum men
tes que solebant in oratione cum deo
absque intermedio loqui nunc vix se
et deum alter alterius ponit effigiem
quam velant et obtenebrant ponentes
sibimet faciem dei cum facie creature
et non nimis ~~cadendum~~ est cum hic ~~[illegible]~~
errorem perspicere et emendare debent
[?]elgut in ipsum porro introitum erroris totum
illud indicat ex maxima caritate
procedere. Et in multo puto et sibi impinge[?] meaetiba
referunt quod in oratione unius alteri
presentia magis eis delectabilis ac si per se invi
cem cognoscuntur gratia et divina dilectione virtute
per hanc contemplationem simplicitas sensualem
quam habent in illa reputatione dicunt se invi
cem facta in oratione perfecta estimare

et asserunt esse spiritualem gratiam et
divinam. Tales autem illusiones a
sagittario suspectos spectat mulieres
que citius fidem adhibent illusionem in e
tali. esset honorabile et quod magis est de
clarare. Sentiunt namque in oratione
et reputatione mentali calorem quen
dam igniturum a sagittario illo
iactatum quod credunt et credunt
de igne caritatis a spiritu sancto tamen missum
volentes augere spiritum unum spiritum
altius unialem caritatis. Et cum tamen
sit ignis libidinosi amoris prout
frequentia indicat. Et demum delibe
rant se tamquam spirituali unitos per
se secundum sepius ac prolixius se
loqui atque in hoc tempore non perdere
sed lucrari. Provide modos inpoli
tos et cautelas mirabiles adin
veniunt quibus procurant simul
colloqui et frequentius allegantes
verbum alterius utilitate ac necessitate
deputantes. Et cum in rei veritate nichil
sit aliud causa nisi omnibus cum ratio
nem succubuit. Sic itaque carnali con
placentia excecati ipsi quod olim consue
verant in oratione expendere ac spiri
tuali occupatione nunc in huiusmodi
familiaritatibus colloquiis perdunt. Et quod
quidem dolendum est allocutiones divi
nas pro carnalibus commutant. Ammo
veatur nisi hora serotina cogente
aut alia inevitabili causa possunt
ab invicem discedere. Et tunc invidi
et tristes discedunt. Quod autem tristia
est certissimum indicium quod carnis vin
culo sunt alligati et per hoc inspira
tiones et consolationes divine a car
nalibus et dyabolicis discernuntur.
Denique quamvis se multi exponunt
periculis et multa mala incurrunt
dum obtinebitur eorum consensus indicat
quod sibi tamquam spiritualibus esse licita
que sunt iniqua absque periculo et peccato
putantur tamen esse melius non multa
de hoc calamo exarare. Hoc tamen
tacere non valeo quod aliqualiter
referam maxime quia non longe
temporibus ipse similia contingerat
tamen spirituales predicti quamquam se dedu
ci permittunt ut se invicem familia
riter tangunt sub specie caritatis
referentes sibi invicem immensum
cordis amorem quod imprudentes
caritatem appellant. Sed in hac

conversacio amoris summum est periculum
quoniam ex hoc fabricantur sagitte que
mentes corporum vulnerant mortaliter
ac venenant. Et quod super super
omnia michi videtur horrendum deo
angelis hominibus demonibus sunt
atque spirituales spiritu luxurioso imbute
que in excusacionem sue libidinis pre
sumpserunt dicere se sensisse in illis
actibus impudicis magnum desideri
um de deo. Cum non nisi aliud in
dico nisi quoddam incitamentum et
inductivum ad similia secundum
iterandum et peiora perpetranda.
Dic michi qui talibus uteris et ad-
heres si isti sunt vere spirituales ut
asseras quid aliud loqui aut fa
cere docent nisi quod a spiritu sancto pro
cedit. Sed nec procedit ab illo et
nil procedit noxium sed solum quod
est utile et honestum. Dic ergo
ad spiritum sanctum de tactibus et osculis
aut qualem honorem inde consequ
eris et que utilitas aut que
necessitas tibi ad salutem vel alteri
ut hos tactus facias aut paciaris
que conveniunt ipsi ad libidinem car
nis. Que est presumpcio ut hanc con
tumeliam inferas spiritui sancto scilicet
attribuere sibi impudicicie fetorem
quem nisi demones paciuntur. Que
ingens temeritas tua vel ypocrita
a facie dei proiecta ut dicas de
lectacionem carnis libidinosam esse
graciam et contemplacionem divinam. Re
cede ergo sancta pessima de finibus
nostris cum demones tuam ne
queunt pati presenciam.

Hec itaque fratres carissimi sunt
opera nobis inconsuete sunt
nisi ita ut sciat unusquisque
cum hec venenosa affeccio sub colo
re spiritus acquisita sinistre impedit
puritatem confessionis et cordis mundi
ciam ut sic hanc fugiat tamquam inci
sam rubiginem quam nisi per defect
de mente et alicui sunt applicate
precipue cum tales persone spiritualem
hac sagitta sint percusse quam iniqui
pure et perfecte confitentur cum pro
morbum despectabilem in persona
spirituali verecundantur totaliter de
tegere plene et perfecte confessori quia

Nota Digna

verentur exprimere aliquas circum
stancias tali affeccioni annexas
spirituales vel tacent vel exprimunt
imperfecte utentes verbis operibus dicunt
morbum sicut sunt occupacio
mentis quasi continua circa personam dile
ctam in oracione et in cunctis acti
bus suis et ymaginaciones turpes
de ipsa complacencia in memoria
et appetitu mentali reminiscere et negligencia
cunctando eius presenciam et collo
quia et talia que ipsi exprimunt
propterea sepe mutant confessorem
aut vellet mutare si posset sicut
qui tristes sunt et accidiosi ut frequen
ter cum affectionem imperfecte dicunt
reprimunt contentam. Sed quod periculosius
est est quod ipsi deberent querere me
dicos spirituales cautos et peritos
et expertos qui sciunt egritudinem
illarum et causas eius agnoscere et
congruum remedium adhibere non so
lum hoc non faciunt sed sepe ad com
petentem pervenire ymmo eos fugi
unt nec revertuntur ad ipsum.
Querunt ergo confessores ydiotas
et simplices qui nec morbum in
telligunt nec causas agnoscunt
nec ideo sciunt congruam adhibere
medelam. Quantum de hac materia
dixisse sufficiat. Per hoc innuitur
per mariam puram et immacula
tam peccato et fuge pestem pericu
losam familiaritatem mulierum
spiritualium. Cum non melius
possit fugiendo vitare. Satis n
possent quibus sagitta hac percussi
se ieiuniis ac vigiliis ac disci
plinis affligere ac oracionibus cum
nisi fugiat personam et omnem
occasionem despiciat numquam curabitur
illo morbo sed magis augebitur
illud vulnus. Propter quod sequitur
consilium sancti Jeronimi dicentis
feminam quam vides conversantem
oportet te diligere non corporali
prius frequencia cum incitamentum
libidinis in visitacione mulierum
est et nudo cum mulieribus non
melius vincitur quam fugiendo
cum alii ceteris viciis et morbis
quis resistere potest hunc tamen non
potest nisi per fugam. Et alibi cum
mulier potuit vincere eum qui
iam erat in paradiso non est

Nimium si cor impediat quod non du-
venit ad paradisum. Et iterum
Solus cum sola non sedeas in secre-
to absque arbitro et teste. Et idem
Ne in eodem lecto solus cum muliere
maneas. nec in preterita castitate confi-
das. nam nec tu Sampsone fortior nec
Salomone sapientior. Si forte dicis
Iam corpus emortuum est. nam dya-
bolus vivit afflatus primas extinctas
ardere facit. Item dicit Omnes vir-
gines xpi et puellas aut equaliter
dilige aut equaliter ignora. Item be-
atus Augustinus dicit Sermo brevis et ri-
gidus quam cum mulieribus est habendus
nec tamen quia sanctiores sunt ideo minus
cavende. nam enim sanctiores sunt
magis alliciuntur et sub pretextu
blandi sermonis immiscet se viscus
impiissime libidinis. Crede mi-
hi ipse sum in Cristo loquor non men-
tior. Cedros Libani id est altissime con-
templationis homines et greges arie-
tes id est magnos prelatos etiam sub
hac specie corruisse repperi de quorum
casu non magis presumebam quam
Jeronimum et Ambrosium. Sic et Bernar-
dus cottidie conversari cum muliere
et continens non reputaberis. esto quod
sis. maculam tamen suspicionis
portas scandalum in eo tolle
materiam et causam scandali.
Alioquin ve homini illi per quem
scandalum venit. Sequitur

De verbis ociosis

Ultimo sciendum est quod verba oci-
osa et gravia distincte sunt
confitenda secundum diversas suas ad
suas circumstancias et occasiones
eorundem. De murmuracione que
fit quando narra defectus persone absen-
tis per confitentem hoc. Dic utrum vere
non false et propter quam causam scilicet
propter odium vel invidiam vel vin-
dictam. vel si induxisti vel indu-
cere cogitasti aliquos ad hoc vel despe-
xisti exhibere vel si exstis aliquem no-
cuisti vel aliam audientem quasi
odium de aliquo de quo dixisti
vel aliquid mali accidit aut vel-
let accidere voluisti seu desiderasti
Non ergo sufficit dicere murmuravi
multociens et de multis nisi ista
explicas. Non tamen dicas defectum
de quo murmurasti si est verus nec
nomen persone et dicatur qualitas per-
sone cum aggravantibus peccatum. sicut si de pre-
lato de sancto viro de prelato tuo et
propter quam causam. et si defectus est fal-
sus confitere defectum et personam cui falsum
imposuisti et debes revocare coram
illis quibus propalasti maxime si defe-
ctus esset gravis. Sunt tamen quidam
qui ut nimis displiceant confessori
exprimunt personam cui fecerunt murmu-
rium. vel de qua murmuravit quam
ipse pro reputat mala hoc ab omni-
bus odiosa ut per hoc iudicat minus
peccasse. Sed hoc est viciose dictum
quia debet in cordibus suis reputare
et per confessionem ostendere seipsos esse
peiores quam in suam excusationem nominare
presumunt. Quidam addunt peius
faciunt. nam ut placeant confessori
personam exprimunt de qua murmura-
verunt aut offenderunt auferen-
do rem aut impediendo eius bonum
quia sciunt illam personam displica-
bilem confessori. Isti gravius pec-
cant sic confitendo quam sit peccati
confessio. nam contra caritatem
proximi dupliciter peccant. nam
faciunt confessorem de peccato gaudere
quod confitentur et de iniuria
quam alteri inferunt. et sequitur quod
confitens de peccato non doleat quod con-
fitetur sed potius gaudet putans
per hoc captare benivolentiam confessoris.
De detractione que gravior est cum
detractio est quoddam homicidium
spirituale occultum. Sicut qui audit
aliquem laudari de aliqua virtute
conatur auferre de corde laudatis
aut corrumpit audientis illam bonam
opinionem que habetur de illo ne-
gando illud sed pocius defectum
illius declarando. aut ypocritam
appellando. Item dicit Quicquid
facit pro humana laude facit. Item
aut malum facit propter invidiam
aut vanam gloriam. Item detractor
qui vult super alios et potissime super
illum cui detrahit aut timet minus
reputari quam ille qui laudatur et in-
ducitur grande peccatum. Item affe-
ctando mortem aut expulsionem
aut turbacionem illius de cuius
laude tristantur et saltem sunt di-
spositi ad audiendum hoc de ipso cum

Vauctio ecd intus nonnullos spi-
rituales pulsat qui nondum para-
clitum receperunt. Quidam autem
ore non murmurant nec detra-
hunt de aliis ne et ipsi despiciantur
aut de ipsis murmurare appetunt
tamen illud ab aliis fieri et huiusmodi
talia cum motiuis et causis integre
sunt confitenda. De duplicitate que
dicitur mendacia que est cum lingua
et interius non concordat cum alia fatur
intelligi et credi quod non est. Ta-
les quoque duplicates sunt proditores
Sicut fuit in Juda cum dixit
aue Rabi. Isti mel in ore ge-
runt et retro pungere querunt
Nam post osculum fecit capi Xpm
De simulatione que in verbis signis
et operibus exterioribus cum contrarium
est in mente hoc est proprium
ypocrite. Est autem simulatio
falsitas veritate depicta vel menda-
verbis aut actibus interius opertum
Simulacio in verbis fit quando te dicit
insipientem et viciosum ut per hoc
humilis reputetur et tamen pele-
gis quod sic non credatur ut ita re-
putetur. Cum appetit virtuosus et
sufficiens reputari et contrario
turbatur si talis reputatur et ge
humilitas in verbo superbia autem
in mente. Simulacio in opere
est quando fit actus virtuosus ut ag-
gratur solum fama. Simulacio
in signo est cum ostendit ho-
nestas in sensibus et cor est plenum
inhonestate nec trahitur quis
ab opere nisi quia opportunitate
qua vellet. Sic quidam religiosi
de die quando videntur ut putentur
sancti et honesti sensus suos
valde componunt et in maxime
in officio et in choro inclinationes
prosternunt similia quod faciendo et
de nocte nulla signa deuotionis
ostendunt dum non senciunt se
videri. Sic quidam se macerant
abstinendo ut spirituales appareant
et videantur alii exterius appa-
rent pacificos subridendo cum
tamen pleni ira et tristicia do-
lent de iniuria eis facta. Et
sic omnis ypocrita est simulator

duplex et plus et perquis intus et
proditor veritatis. Et ideo quia
huiusmodi vicio multa sunt annexa
alia cum diligenti exami-
natione in confessione enume-
randa sunt

peccata oris

Crebra narratio. Periurium. Blas-
femia nomen dei irreverenter
assumere. Veritatem impugnare
Deum dehonorare et alios in-
struere. Contra deum murmu-
rare irreverenter hoc ab dicere.
Detractio. adulatio. assentatio.
vituperium. maledictio. Infa-
matio. Contentio. Impugna-
tio veritatis. Impugnatio caritatis
fraterne. Seminatio discordie.
proditio. falsum testimonium.
mala consilia. derisio. Contra-
dictio obediencie. Inadvertere
bona facta. In ecclesiis plac-
itare ad iram homines provoca-
re. Reprehendere in aliquo quod
ipse facit. Vaniloquium. Multi-
loquium proferre verba ociosa
vel superflua vel curiosa. Ia-
ctantia verborum. Pollucio peccatorum
defensio. Clamor risus. Ca-
chinnus. Turpiloquium. Lenocinium
Cantus. Cantilenas seculares
In cantu diuino magis studere
voce frangere quam deuote psal-
lere. Murmurare verba scurri-
lia proferre. Pro iniusta causa
aduocare. Indebite comendare

Mendacia sunt secundum suas
species confitenda. Quedam sunt
aliis et nociua et hec grauiora non
nociua. Quedam de libertate
prolata grauiora aliis que pro-
feruntur a casu. Quedam sunt
iocosa ad gaudium provocantia
Et tamen a viris perfectis sunt ca-
uenda. Cum vero dicunt per quandam
inadvertentiam sicut narrantes
hystorias aut multum et prolixe
loquentes debent confiteri que nesciunt
falsa. Cum vero in predicatione
narrant miracula non vera
aut hystorias derisorias seu fa-
bulas aut textum scripture tra-
hunt indebite ut coaptent va-

male fecerit et confiteri debent quia
tot veritates sunt in sacra scriptura
que possunt dici quam mendacio deus
non eget adulatoribus ut sunt verba blan
ditoria ad complacendum ut vel come
detur vel ut benivolus fiat vel ut
similem reperiat sunt confitenda tamquam
mendacia ex primo modo mendacium qua
sunt in peccatis et potissime qui
adulatur vestibus corporis et acti
bus manuum et oculorum ut ostendat
affectionem et compassionem ad aliquem
quia tales omnes sunt mendaces et fallaces

Ut autem melius scias confiteri
studeas saltem semel in die
examinare quo tempus expendisti
et discurre per singulas horas cogitan
do loca in quibus fuisti cum quibus
personis quid cogitasti quid audivi
sti quid dixisti et fecisti et agnoscas
relaxaciones cordis lingwe et sensuum
in quibus et quotiens offendisti etc
ordina in mente sicut fuis memor
commisisse que melius explicabis omnia
que fuis memor et illa
plures pertracta in mente et ordine
repete in mente tua nec te pige
at in tali examinacione exercere quia
pax et leticia mentis qua inde con
sequitur superexcedit omne mundanum
gaudium Cum sic absque magna difficul
tate et cum magna tranquillitate
te animum istum modum volueris
observare Studeas in paucis delinquere
ut pauca possis recolere et confiteri
Confessorem eligas expertissimum pro
batum in temptacionibus et in ma
xime contuleris excitate etiam sepe con
fitearis et aperias omnes defectus
tuos clare et lucide et stimulos
quibus molestaris Sit ille cari
tativus et similiter districtus et in
telligens ut ut ad ipsum possis con
fidenter recurrere et tibi remedium
adhibere Aliter autem si cecus ceco
ducatum prestet ambo in foveam
cadunt Ad ista melius obtinen
da necessaria est tibi solitudo que est
via principalis ad cordis mundiciam
et cautela ad custodiam virtutis sic enim re
ligiosus in pace quies semper minus
egredieris Cella quasi celum tibi

sit quia celica curas sive legas
et ores mediteris crimina plangas
pax est in cella foris autem plurima
bella Si autem tu secularis fuge con
sorcia quantum potes nisi pro cau
senti utilitate et necessitate Expedit enim
ut portes in corde propositum tibi ca
vendi posse ab omni offensa dei
et proximi et deo armare te cum
oracione dicendo Deus in adiutorium
meum intende etc Certum sine auxi
lio impossibile est quantumque peccato
minimo liberari Et quamvis deus
permittat quantumque ipsum rogaveris
in oracione labi in aliqua peccata
non propter hoc desistas a bono proposito
bene operandi quia hoc deus permittit
ut agnoscas te infirmum et continue
te divino auxilio indigere nec quod bonum
per teipsum posse perficere quantumque cu
pias et proponas propter quod oportet
semper orare et non deficere Ille autem
semper orat qui non cessat benefacere
et mala vitare desiderat Si autem
ab incepto bono destiteris eo quod in
oracione non exaudiaris tunc signum
est quod spiritualis edificii quod est confirme pu
ritas carens primario Cum est an
nexa coniunctio prope invitatis ad
quam consequitur virtus humi
litatis que mentem in bono con
firmat et facit hominem contentari
iudiciis et promissionibus domini
circa omnes creaturas et etc. Dum
enim in veritate teipsum agnoscas omnibus
compateris nullum odies nulla in
cautis plus gaudes de passionibus
et penis corporalibus quam de conso
lacionibus carnalibus quia te vides
illa meruisse et ea utilia hec autem
esse periculosa Si ergo omnia preter
peccata diligas nec preter peccatum ti
meas nichil te preter deum affectet
nec te nisi culpa contristet et
quam cognicio et accusacio sui ipsius
que acquiritur per mentis mundiciam
in solitudine et mentali oracione acqui
rere est ut quisque ad hanc puri
tatem perveniens affectet Solitudinem
velut nutricem oracionis et mundicie
amplectatur et ibi in lectione et sui cor
dis scrutacione . sic se cottidie exerceat
quod omni occupacione vitata omni quoque huma
na verecundia postposita et despecta

Ad veram et plenam integram et
plenam confessionem preparet et di
sponat integre et perfecte etc.

Modus cognoscendi peccatum

Postremo cum volt ad suam per
fectam cognicionem cito et faci
lius pervenire ac perfecte pacis conscientie
possidere primo cor suum spoliet
omni amore et affectione sensua
li ad quamcumque personam et rem tempora
lem sic quod inter deum et cor suum nullum
sit medium et nihil diligat extra deum
ita quod omnem creaturam quam amat
diligat in deo et propter deum et tunc
talis affectio non erit medium im
pediens sed coadunans et coaptans
Secundo exuat cor suum ab amore
inordinato ad se ipsum ita ut non
sit fur et latro honoris et laudis
appetendo aliquid de hijs que debe
tur soli deo vel etiam terrenum appe
tat nisi pro dei honore vel utilitate
anime sue vel proximi et abne
get propriam voluntatem Cupiat
alienum velle potius quam suum perfici
nec a voluntate dei et eius pro
ximi improprie animum suum discordet
Tercio ad sue conscientie stimulum
frequenter se excitat memorando
preterita delicta se ipsum arguendo
de negligencia concupiscencia et
nequicia De negligencia quidem se
arguat si cor suum non bene custo
divit si tempus inutiliter expendit
adhuc ut si fuit negligens ad agen
dam penitenciam de commissis ad proficien
dum in bonis sibi ostensis De con
cupiscencia autem se reprehendat cogi
tando si in se vivit aut vixit con
cupiscencia voluptatis appetendo dul
cia mollia et cibaria sapida et
vestimenta deliciosa et oblectamen
ta luxuriosa Cum omnia in primo
motu sunt fugienda Item si vivit
in se vel vixit concupiscencia curiositatis
appetenda scire occulta dei aut
creaturarum videre pulcra habere pre
ciosa et similia que omnia procedunt
ab avaricia Item si in se vivit aut
vixit concupiscencia vanitatis appetendo hu
manum favorem vel honorem laudem
aut gloriam Hec omnia que faciunt
hominem vanum sunt fugienda a

quocumque et maxime religioso quoniam
deus ambulat in veritate coram domino
deo et hominibus in cunctis bonis operi
bus suis et ordinat cor et verba et
opera in laude dei et edificacionem
proximi et utilitatem nihil extra de
um velle vel appetendo De nequicia vero
se arguat cogitando si in se vivit
aut vixit iracundia in verbo aut actu
in signo exteriori et si quem ad iracun
diam provocavit Hoc autem vicium non
potest corrigi nisi per spiritum veritatis
ut scilicet homo consideret quid meruit
per peccatum mortale aut per hoc boni
tate dei attendat et pacienciam quam
ipsum sustinuit usque nunc nec adhuc
eum dampnare voluit cum iuste pos
sit ac potuit quociens mortaliter
deliquit Cum ergo veritas ingre
ditur animam ut ibi permanet omne
cor impaciens et furiosum efficitur
humile et mansuetum Et omne
cor durum et impium efficitur
pium et compassivum Hec autem
veritas ingreditur in cor mundum
Item cogitet si in se vivit aut
vixit nequicia invidie que de bo
no alterius contristatur et de
malo iocundatur Cum vicium directe
contradicit spiritui sancto Et ideo
ex invidia oritur peccatum in spiritum
sanctum quod dicitur invidencia
contra quod scriptum est in Matheo
An oculus tuus nequam quia
ego bonus sum Et ideo hoc peccatum
non remittitur in hoc seculo nec
in futuro Item cogitet si in eo
est nequicia accidie que consurgit
ex tedio aut ociositate in anima
aut ex timore vel dolore alicuius
mali et ex hijs oriuntur pessime
suspiciones malique cogitaciones
blasfemie diffidencia de deo et
finalis desperacio Ad hanc freque
nter deveniunt insolencie dediti et
qui se negligunt in bonis exercere
et tempus suum inutiliter expendere
Tercio qui nimis est viciosus et
ambiciosus appetendo excessive ho
norem Talis qui appetit super
minum sue sufficientie insipiens
hoc quod appetit sed quod potius est

iusto dei iudicio tanto magis trahuntur quanto seipsos elevaverunt et pena verunt per alios trahi sursum Cum ergo hoc vicium vitare desiderat studeat ocium curiose ac mentis et corporis separare pigriciam eorumque occasiones speciales que sunt amor quietis et immoderancia victus propter has duas causas et peccata pessima perpetrata ex hiis occasionaliter venit ira dei super Sodomam et Gomorram Unde sancti patres fugiebant de seculo ad desertum contra illud vicium accidie que inficit et dissipat omnem bonum statum animus temperancie et occupacionis continere ne ociositate causam omnis mali incurrerent sic principaliter minuebant etc.

De septem viciis capitalibus

Omnium viciorum capitalium unum est malum scilicet magnitudo duplicem radix Radix est timor male humilians et amor male inflammans Triplex fomentum est concupiscencia carnis oculorum et superbia vite Septiforme caput est superbia ira invidia accidia avaricia gula luxuria Unde inter que sunt quinque peccata spiritualia et duo carnalia Cum tamen ipsum non sit aliud quam recessus a deo per eius contemptum in se vel in suo precepto Sed contemptus dei fit superbia vere Et ut omnis peccati mortalis culpa inicium sumat a superbia Causa vero nullus contempnit deum vel suum preceptum nisi quia ab ipso timet aliquid perdere aut vult acquirere Ideo oportet quod omne mortale trahat originem ab hac duplici radice amoris vel timoris Unus autem timor est ortus ab amore causa nemo timet perdere nisi quod amat et timor ab eodem fovetur Et quia amor inordinatus est respectu boni temporalis et illud est triplex excellencia et exterius pecunia interius carnis lascivia Ideo tria sunt fomenta peccatorum actualium radicalia ad que dum anima inordinata fertur omnia peccata actualia ordinantur Et quia hec fit secundum septiformem modum Ideo septem peccata capitalia ex hiis generantur universitas peccatorum

Peccatum in spiritum sanctum

Quamvis omne peccatum sit commune trium et unum appropriatum aliquod dicitur peccatum esse in patrem aliquod in filium aliquod in spiritum sanctum Peccatum autem contra spiritum sanctum est irremissibile in hoc seculo et in futuro Non quia in hoc seculo non possit dimitti sed non dimittitur nisi raro aut vix in hoc seculo quantum ad culpam 2 modo in futuro quantum ad penam Species autem peccati istius sunt sex scilicet Invidia fraterne gracie Impugnacio veritatis agnite Desperacio presumpcio obstinacio finalis impenitencia Primum est contra caritatem dei in spiritu sancto et quod deus est bonus qui ex bonitate sua graciam dat et est contra caritatem proximi Secundum est contra veritatem fidei que est fundamentum nostre salutis Tercium est contra misericordiam dei quia credit se plus peccasse quam deus possit parcere Quartum est contra iusticiam dei quia tamen presumit de misericordia dei qui credit se non debere puniri de peccatis aut per hoc se relaxat ad peccandum et penitere non curat Quintum est contra graciam penitencialem que facit peccare a committendis peccatis et in ipsa quoniam dicit propositum non penitendi Sic est speciale peccatum in spiritum sanctum Sextum autem quod ipsa finalis impenitencia dicit continuacionem usque in finem sic est sequela omnium mortalium peccatorum que in hac vita non remittuntur et maxime omnium speciei peccati in spiritum sanctum Et sic omne peccatum inicium sumit a superbia et finem est a finali impenitencia in qua qui perveniunt puniuntur in gehenna A qua finali impenitencia nullus peccans mortaliter potest liberari nisi interveniat gracia mediatoris Christi etc.

Quoniam omne peccatum dicatur recessus voluntatis a primo principio inquantum ipsa voluntas mota est agere ab ipso et secundum ipsum et propter ipsum Et ideo omne peccatum est inordinacio mentis seu voluntatis Inordinacio autem ista aut est tanta quod ordinem extimat iusticie Et sic dicitur peccatum mortale quod notum est aussic

vita ipam separando a deo perpetuum vivificatur anima iusti. Aut e̅ tam modica cum ordinem illum non perimunt sed aliquo modo tamen perturbat et tunc dicitur peccatum veniale quia de ipso possumus cito veniam obtinere pro eo quod ipsum non tollat gratiam meritum seu amiciciam dei. Ordo autem iusticie est ut bonum eternum preferatur bono temporali et bonum honestum preferatur utili et dei voluntas preferatur voluntati proprie et iudicium rationis preferatur sensualitati humane. Et quia lex dei precipit hec et vetat oppositum. Et ideo quando eterno temporale et honesto utile sensualitas rationi et voluntas propria prefertur dei voluntati committitur peccatum mortale de quo dicit Ambrosius est prevaricatio legis dei et celestium inobediencia. Hoc autem committi potest omittendo quod lex dei precipit sive fiat quod lex vetat. Ergo oritur duplex genus peccati scilicet delictum et commissum. Cum vero bonum temporale plus debito modo diligitur sed non prefertur eterno et honestum prefertur utili et voluntas naturalis plus debito amatur sic tamen quod non prefertur divine. Et caro concupiscit non tamen prefertur iudicio recte rationis tunc peccatum tantum est veniale quia licet est preter tamen legem divinam non tamen est directe contra eam. Sensualis autem appetitus non prefertur recte rationi nisi quando ratio ei consentit. Et ideo peccatum mortale non committitur sine consensu. Si autem sensualitas inordinate moveatur et in illa inordinatione ad malum inclinat et ad hoc ratio non consentiat aliquod peccatum est quia aliquid ledit ordinem iusticie. Et quia in statu innocentie non movebatur sensualitas nisi secundum motum rationis. Ideo stante hoc non poterat ibi esse veniale peccatum. Nunc autem quia rationem impugnat sensualitas velimus nolimus. Ideo necessario habemus committere veniale peccatum aliquod per primos motus licet particulariter ac sigillatim possunt declinari. Omnia tamen vitari non possunt caveri quia sine sunt peccata et pene peccati originalis vel

actualis. Et ideo multo dicuntur venalia quia hec ipso declinat digna sunt venia. Verumtamen quando hiis ratio consentire non compellit sed per consensum delectationis consentiatur in opus tunc est plenus consensus ac per hoc est peccatum consummatum que pervenit usque ad summam potentiam rationis ex qua pendet plenitudo consensus. Cum a vero non solum consensus in opus verum etiam in delectationem consensus est in quo inferior pars sequitur sensualitatem. Ideo si in delectationem sensuale ratio sensualitati consentiat et succumbat propter quod fit subversio recti ordinis et sic fit subversio iusticie propter quod committitur peccatum mortale quamvis minus grave. Quia non solum imputatur inferiori parti rationis sed etiam superiori que debuit compescere et cohibere inferiorem ne consentiat.

Ecce despexi cor meum et conscientiam puram mihi ego minime duco et maculat nimium me esse de scelere et scelestum nesciens alienos defectus diiudicabo et meos non inspiciens vicia et occasiones viciorum apparentes et ipsa intra in me ipso corrigere negligens festucam in oculo alieno perspiciens et in meo trabem non considerans aliene vite durus esse presumens et moderamina vite proprie non tenens. Omnes meos discuciens et meos deserens erga me ipsum tenerius permanens et ita alios occultans exinde fera tam caritate coarctat. Cum omnes fratres amas sincere amplector eo maxime quo eos sentio perfectam cordis affectionem iudicia modum quo sollicite ac studiose perquirere quo ipsam attingere valeat ut supra scriptum est vera caritate dilecte humiliter et benigne suscipiat ibi quasi sic quasi in speculo et in quo verissimo ma(?) et ianua per quam ingredi anima in atrium domus domini quod est conscientie puritas dilectissime per tueletur (?) firmiter attende quod ad decimum atrium nullus perveniri in hac vita poterit nisi suspecto (?) se ipsum agnoscere studeat secundum noticiam sibi datam a domino

Quam qui conscientiam mundam et im-
maculatam servare per confessionem
veram puram et integram su-
perius memoratam. Iste namque
modus confitendi super simplicitate
constitutam fundata procedens ex filia-
li dei timore. Cum non patitur in
corde habitare peccatum nec circumstantias
peccati quibus putet deum offensum
divina statim eliminat secundum
sui possibilitatem per confessionem et noticia
eiusdem de offensa et timore solli-
citudine servandi cor mundum et con-
scientiam puram est signum cognoscendi
et credendi quod aliquis inter dei electos
filios reputetur. Unde talis anima
sanctificata procedit dicere Domine
dilexi decorem domus tue i. mundi-
ciam anime mee et locum habitacionis
glorie tue i. puritatem conscientie et re-
gina in voluntate tua prestitisti
decori pulchritudinis mee virtutem. Ego in iu-
sticia apparebo purus et mundus
in conspectu tuo et satiabor
cum apparuerit gloria tua. Ad
quam nos perducat qui cum
patre et spiritu sancto regnat in
secula seculorum Amen

Explicit tractatus sancti Beati
Thome de puritate anime

Incipit planctus beati Bernardi de passione Cristi

Adoramus te Criste Jhesu pre-
ciosum nostre redempcionis
precium: Hostia pacifica que
sola inestimabili suavitate deum pa-
trem placatus de excelsis respicere fe-
cisti tibi sacrificium laudis ymolatum
pro multis iniquitatibus nostris
Cum enim adhuc essemus inimici tui
tu domine recordatus es verbi mi-
sericordie tue et inde vidisti affli-
ctionem populi tui tactus que dilectione
caritatis intrinsecus apposuisti su-
per nos cogitare pacem et rede-
mptionem et quid cum esses filius
deo patri sancto que spiritui coequalis
dignatus es inclinari ut no-
stram miseriam absorberes nos
que reparares ad gloriam Inde tu
domine creator omnium qui nulla habes
indigentiam inter ipsa nativitatis
tue inicia non horruisti paupertatis
incomoda. Cum natus in diu-
sorio vilibus pannis involutus
in presepio es reclinatus sed et te-
nella tua infantia a passionibus
et a persecutionibus non potuit esse
secura. Post circumcisionem fugi-
ens herodem in egiptum es ductus
Infantia vero teneriori decursa hu-
milis in medio doctorum audiens
et interrogans illos sedisti autem
ubi robustioris etatis plenitudo
advenit misisti manum ad for-
tia egressus es in salute populi
tui. Et primo quidem ut per omnia
fratribus assimilareris inter pecca-
tores a servo tuo Johanne baptizari
voluisti. Inde in desertum in spiritu
fortitudinis egressus es quadra-
ginta dierum ieiunium et tempta-
menta dyaboli es perpessus De-
inde venisti ad oves que perierant
domus Israel regnum dei annuncians
et gratis exhibens omnia que salu-
ti eorum conferebant. Sed obscura-
tum est insipiens cor eorum et pro ta-
libus beneficiis infinitis contumeliis te
dominum maiestatis affecerunt di-
centes. Non est hic homo a deo
In principe demoniorum eicit demo-
nia Demonium habet seducit turbas
vorax est potator vini amicus
publicanorum et peccatorum.

Hiis ergo et similibus blasfemantes
et aliquociens te lapidibus impe-
tentes Jhesu bone pacientissime
sustulisti et ergo novissime iniustu
sanguine a discipulo tuo triginta
argenteis fuisti appreciatus Cum
ergo remeare disponebas unde ve-
neras instituisti convivium pri-
mum quo preciosum corpus et
sanguinem tuum ministrasti. Sed
te perfidissimum proditoris tui perfidia
non latebat quin in cena coram ipso
genu flexo procumbens maledictos
pedes eius tuis sanctissimis ma-
nibus tu dominator celi et terre
dignatus es lavare. Hoc quoque
mansuetudinis tue erat domine
quod perfidiam illius in cetu fratrum dete-
gere noluisti sed leniter commo-
nuisti. Hinc sublevatis in celum
oculis orans nobis remissionem
peccatorum ac undarum sanctificacionem
et clarificationem divinam que unio-
nem impetrasti et inde caput
tuum orationibus dominacionibus que
tremendum inclinasti revereno-
rans ignominiose passionis tue inevi-
tabilem mortis tue acerbitatem
et omnia que super te ventura
erant. Que presencia per ymaginacionem
presensisti tunc spiritus tuus totum
dissimulatus anxiatus est cor tuum
mellifluum contritum est anima
tua magno divinitatis conturbata
et omnia interiora tua tremefacta
velud mortuus es effectus. O
dulcissime Jhesu cum in tali ergo mise-
ria surgens cum discipulis tuis
a monte Syon usque ad montem
Oliveti ad montem predium Gethse-
mani in ortum properasti et ibi
habitans divinum imperium amplius
cepisti pavere quam in auribus tri-
um discipulorum non es dedignatus
profiteri dicens Tristis est ani-
ma usque ad mortem et inde pau-
lulum progressus procidisti in
faciem tuam orans unde ex
ymaginacione amarissime mor-
tis cor tuum sanctissimum medul-
la omnium ossium omnia que interi-
ora tua cum viribus totius corpo-
ris contremuerunt. Oculi tui plora-
verunt et omnes vene innocen-
tissimi corporis tui movebantur
dentes simul cum ossibus concussa sunt

ta vehementer ut de omnibus membris et por-
sanctissimi corporis tui sanguinis sudor
emanaret in tanta habundancia quod
cinerem loci orationis irrigabat. Ubi
factus in agonia prolixius orabas
tu deus et creator angelorum ab ange-
lo dignatus es confortari. Dominator domine
Jhesu Christe hec tam vehemens tristicia et
tam anxia supplicacio non erat pro omnino
voluntarium sacrificium obtulisti et
nichilominus pertulisti. Utique domine ar-
bitramur quod hec ob consolacionem infirmorum
membrorum tuorum suscepisti ut etiam
maiores erga te gratitudinis sti-
mulos haberemus. O desiderate Jhesu Christe
discipulos ammonuisti ad vigilandum, tercium
ad orationem festinas flexis genibus pa-
ternam misericordiam invocasti ut sui uni-
geniti misereri quia multorum iniquorum
super te manum esset. Igitur flebas
amarissime super sentencia et immanitate
iniquorum orans et dicens: Exaudi domine
et ne avertas intende anime mee. Et iterum
Abba pater si possibile est transeat hic calix
a me. Verumtamen non sicut ego volo sed
quod tu. Post hec iterum egressus ad di-
scipulos proxima nocte quiescentibus omnibus
tu auctor eterne quietis pro libertate
hominum tamquam fur vel latro a sequentibus
turbis malignancium ad mortem es que-
situs. Cernas iudeos omnibus viribus de-
stitutus qui semimortuus vix pedibus
subsistebas quia omne martirium et mor-
tem amarissimam poculis habuisti
et singulorum malicia cordium contra
te pessima voluntate persensisti.
Sed tamen amore nostre salutis de met-
cis vultu placido obviabas quem propter
ad paciendum sunt spiritus tuus suffi-
cienter ostendisti dicens: Ego sum. Sini-
te hos abire. Et sic ad perfidissimum
iude osculum tu intime felicitatis ne-
xus es benigne declinatus. Et quis
tam ferrei cordis qui sine ingenti
gemitu et dolore valeat cogitare.
Sic tu unice securum refugium in te
confidencium tunc ab omnibus amicis dere-
lictus quasi a ferocissimis leonibus co-
prehensus et inmisericorditer trahe-
baris omnibus quibus quicumque sanctissimum
corpus tuum contingere poterat sive per
brachia sive per vestita aliis te prope-
des dorsum trahentibus aliis pectibus
suis nequiter impellentibus in terra
sepius te collisis atque sequentes
super te atrociter corruentes et conculca-
tes. Dure opprimebat et percuciebat

sarum pectus tuum cor tuum omnia que
membra tua sanctissima pugnis ba-
culis indagis crudelium acerrimis vex-
Sic quod omnia membra tua delicata in-
tumuerant lassata quod nullum omnino
aliud iuvamen valebat. Oculi quoque tui be-
nedicti lacrimas iure et merrore
sine intermissione effundebant. Super
dulcia Iudeorum talique insolencia ra-
pti porci qui tunc dignatus es to-
lerari alapari colaphari depilari
crudeliter ut tibi cutis cum carnibus
abstraheretur. Et sic per crines capitis
sursum et per barbam deorsum tra-
hentes. Sputo immundissimo os tuum
et pectus tuum fedissimis sputis omnibus
quasi immundiciis usque ad os stomachi
replentes importabilem nauseam tibi
fetido vinum provocabat. Et inde
fluens saliva ex ore tuo sanctissimo
profluebat. Et sic vituperiis iniuriis
hic Guana ymo dyabolica malicia
unquam potuit excogitare crudeliter
dignatus es affici affici omni quod immun-
dicia continere fragiliter sordidam tu
speculum eterne claritatis talibus et tam
maledictis miseriis complateas ser-
bantur et phariseorum qui super iniuriis
tuis plura modo gaudebant ut sa-
turari poterant penis tuis usque in
domum anne. Tu dominus universorum
es productus. O vita et salus amor
et gaudium anime mee amatissime
Jhesu Christe quanta illic et quam indigna sit
et heu alibi a perfida gente pertulisti
ubi cum mille parti delicati cor-
poris tui percussisset qua non spaci-
alibus plagis et tumoribus durissime
laceratis et etiam carbunculinos
oculos tuos sordido panno sanc-
tissime ligabat brachia quoque tua
regia retrorsum crudeliter reflecten-
do alligabat. Ita quod omnes com-
pages membrorum tuorum dissolvebantur.
Sic quod ex immanitate diversorum
inmirabilium et inauditorum tormento-
rum acerbis et omnibus membris tuis
tremefactis capite cruento facie
quasi leprosa simile et quasi exanime
cora anima stante quilibet meda
nasia contra te proferebat
et faciem tuam impiabiliter singulis un-
guibus lacerabat cervice colaphis
collum pugnis baculis quoque verberabant
multiplicitur animas cum omnibus
qui aderant te illusit flectentes
genua caput tuum reverendum
tam dure percuciebat quod crudelis ta

pitis flagello adherebat. Hinc
minabant te de angulo ad an-
gulum quasi fatuum prophetare compelle-
bat. Adauctisque novis contumeliis
et suppliciis gaudebat. Ea nocte ia-
cere tu maiestatis acriter molesta-
bat. Deinde mane facto iterum
ad eadem semita ductus ad domum
Cayphe, ubi omnes contumelias et
derisiones denuo es passus. Hoc ad-
auxit quod presentia genitricis tue cuius
animam doloris tui gladius pertrans-
ibat omnem tibi cruciatum duplica-
bat. Populus nequam undique confluebat
sicut ad consummacionem suam ne la-
teremus sic supprimendo de utrusque
vestrum miseria exultabat. Atque
sic iterum summis penis et oppro-
briis infinitis Pilato Saraceno
es presentatus tu iudicantibus astitisti
tu qui ad iudicandum celum descendisti
et terra ad discernendum populum tuum
et ibi linguis iudicorum tu dominus
et rex angelorum es crucifixus. Hinc
ad Herodem contumeliose missus et
ab ipso in alba veste derisus re-
missus es ad Pilatum talem iniuria
et cruciatu quod nullus in exitu Herodis
fuit quin non singularem contumelia
te vexatum ipse afficasset. Sic quoque
Pilati tribunali omnibus pene viri-
bus destitutus astans inclinato ca-
pite infinita falsa testimonia
quasi agnus mansuetissimus pacientis-
sime supportasti et hinc dirris ver-
beribus ad statuam minatum et cir-
ca ipsam tam strictissime ligatus es
ut sanguis de unguibus tuis di-
stillabat, et sic acerrime fla-
gellatus tam in anteriori parte cor-
poris quam a tergo quod tota tua
tenerrima nodis flagellorum
cum carne et sanguine adherebat
a planta pedis usque ad verticem. Hinc
spinea corona cum lapidibus scissi-
mo capiti tuo impressa mille
punctorum sanguine per faciem
tuam regiam diffundebat. Deinde
Iudei verberibus conspuitacionibus
et illusionibus ceterisque suppliciis
quibus ante punitus fueras ac
si primo punitum inciperet te delica-
tissimum iuvenem appetentes ut
malefactorem sceleratissimum propriis
humeris patibulum iam quasi exanimem
portare per multas penarum tribulaciones ba-
iulare compellebat. Unde innumeras
contumelias a concurrentibus pertuli-
sti quia te procedere non valente pre
pondere crucis ut asinum impellebat
et pedibus impingebat. Super te cade-
bant pugnis et verberibus lacera-
tes pueri lutum et lapides contra
te proicientibus, et hinc mutatus pe-
nisque multis et iniuriis affectus
sicut ab inicio male tractatus es
vel pugnis et virgis diris duriori-
bus verberibus et durissimis tor-
mentis capillacionibus conspuitac-
ionibus vngulacionibus ceterisque sup-
pliciis crudeliter laceratus es. Donec
omnes lassarentur turbati quod plus
inferre nesciebat. Hinc acerrime
distensus in medio latronum cum tribus
clavis durius es affixus. Ubique iterum
unguibus laceratus et conspuitus
ceterarumque subsanacionum nequis-
simarum potacionum fellis et aliarum
amaritudinum mille modis perfe-
rens septem saluberrima verba
dixisti. Pater ignosce crucifigentibus
me. Hodie mecum eris in paradyso.
Mulier ecce filius tuus. Ecce mater tua.
Sitio. Heli heli lamazabatani. Con-
summatum est. Pater in manus
tuas commendo spiritum meum. Et tu
tu vita vivificans omnia inter tot
penarum crudelitates inclinato
capite divinum spiritum tuum tradidisti.
Et ex amore rupto corde lancea
aperto latere sanguinem et
aquam profudisti in mei redempcionem.
Hinc tu filius paterne glorie tam
exanime cadaver de cruce deposi-
tus devotorum amicorum lamentari
et contractari dignatus es ac
aromatibus condiri. Et sic tu quoque
solus es inter mortuos liber
infernum spolians in sepulcro
quievisti. Qui es benedictus
in secula seculorum amen.

Explicit planctus beati
Bernhardi de passione
Cristi

pylatus saracenus

x. pe. itte

O vos de
mille punctis sanguinis
Domine ...

Tractatus de corpore Cristi magistri Mathei de Cracovia

Multorum tam clericorum quam
laycorum querela est non mo
dica occupacio gravis et que
stio dubiosa quomodo se habere debeant
in celebrando vel communican
do quomodo videlicet accedere quo
accidentibus moti vel dispositi esse a
quibus motivis aut disposicionibus
abstinere debeant et an melius
sit communiter sumere corpus Christi
et frequenter aut raro. De tam
utili et multum quodammodo necessa
ria materia sepe interrogatus
et pluries interrogavi sentiens du
dum varia et respondi nec tamen
adhuc sum quietus quin sepe di
sceptem et litigem in meipso
iam volo accedere iam nolo. hinc
attrahor hinc retrahor nunc
spe divine misericordie animor
ut faciam nunc timor miseri
conscientie aut districti iudicis ter
rent ut dimittam. Et ita ne
sciens quomodo deo magis placeat
vel michi magis expediat ve
reor me sepius accedere dum
abstinendum est et dum accedere
dum est dimittere ymo tam
diu mecum disputando mecum
dubito quod ex ista disputacione
tempus transit. vel eciam
impedimentum occurrit et ne
gligo. licet autem hys dubys et
tot ambiguitatibus consciencie
satisfacere non valeam et hec
lis nunquam aliquando bona sit quia
ex ea consurgit discussio con
sciencie ut probet homo seipsum
quia tamen consciencia nunquam
erronea vel nimis scrupulo
sa est. et movetur ad unam
partem tali motivo quo vel
ad oppositam partem vel in
omnibus moveri deberet. ideo
visum est michi iudicet qui
voluerit an bene quod non est
omnino ociosum et aut super
fluum audita lecta et cogitata
et que adhuc deus dare potest
prout ipse inspirare dignabitur
in unum quasi duelli circulum com
portare et utriusque partis mo
tiva quasi quadam disputa
cionis lucta collidere. Ut forte ex hac
contrarietate magis appareat que
pars forciores raciones habeat
et per quas cui homo magis debeat
consentire et quia in duello vel
lucta debet esse pars invadens pars
defendens et arbiter diffiniens. sit
racio que semper deprecatur ad optima
aggrediens. sit consciencia remordens
vel timida se defendens. Illa est
enim que communiter a communione
retrahit vel retrahitur. Sit volun
tas super arbiter iudicans que car
triumphat et ex hoc eligat quid
sit agendum

Aggreditur igitur racio con
scienciam utpote minus iuste
agentem vel nimis timida
m hec verba. Quare a tam
nobili facto ac salubri opere absti
nes et sic fugis a facie domini
qui sic appropinquare nobis voluit et
per nature assumpcionem et sacra
communionem per quam sic nobis
cum esse usque ad consummacionem
seculi repromisit cum non est alia
nacio tam grandis que habeat deos
appropinquantes sibi sicut adest nobis
deus noster **Consciencia**
Et quare deberem accedere **Racio**
Nullam ne causam habes que te ad
accedendum invitat. **Consciencia**
Habeo quedam motiva que me
sepe multum inclinant. habeo et
alia que me retrahunt vel retar
dant et quia non dum habeo que
magis racionabilia et sequenda
sunt hinc est quod in illo dubio con
stituta dimitto **Racio** Quare
in isto dubio abstines et non ma
gis oppositam partem eligis et
accedis **Consciencia** Ardua res est
dominicum corpus suscipere et nul
latenus attemptanda nisi prima
bona racione ad dimissione
vero videtur sufficere si quis non
habet preponderantem racionem que ma
gis ad accedendum quam abstinendum
melius esse decerno **Racio**
Dic raciones te ad accedendum
inclinantes **Consciencia** Has audire
a te expecto cum prius metuam cer
tamine illud ingredi et me non
tamquam recte agentem reprehendere

Rj abstineo Motiua eni partis
mea dubia et responsiones quam
velut veracolem reputas adquiui
et tuas proposse elidam racones
Racio Placet quod dias dummodo
no proterue sed illud qd racionis
fuit et sequi volueris et magis ra
tonabilibus motiuis consentire
Consciencia Putas me libenter et sine grandi do
lore vixe hm ferre miseria et
q non magis quieta esse vellem
et certa qm sic in dubio fluctuare
Certa igitur sis ex cum gaudio
et graciarum actione recipiam de quod
ex etiam parte me reddideris securam
Racio Certitudine no promitto
si hoc de tibi sufficit si racionabi
lius esse q attendas tm q abstine
as potero persuadere Consciencia
Optime gretabor Racio Dic ergo
nunquid no mouet te satis tanta vti
litas et consolacio tocius ecclesie prout
institutum est misse officium Racio
Que est illa Consciencia Cum honor ig
rat mi mirum est si minus ad celebra
dum afficiatur Consciencia Si aliquid
intelligo vel fide concipio minus
vtique est quod scire vel velim vel
debeam. Desidero autem ex collacione
tua amplius erudiri Racio
Sacramentum corporis christi est
redemptoris mei et redempcionis
nostre memoriale dulcissimum pi
gnus hereditatis eterne future io
cunditatis amabile plidum arra
sponse iocale dum celitus ei do
natum ecclesie militantis tu timum
phemite suaue glutinum et vinc
fraternalis dum eandem dulce
dinem qua illa fruitur sine ve
lamento ista habet sub mirabili
sacramento. Cum ueritas ibi reuelata
hic habetur palliata licet autem
diuersimode habeatur idem tamen
indubitanter est quod et de quo gau
dium hic et illic habetur vtrobique
veraciter presens est sed illic sub in:
visibili specie feliciter videtur hic
sub specie mirabili inuisibili occul
tatur. et si illa celestis sit rlm
habet dominum iocundum illa habet omnio
secure. Ista multum proficue

Illa feliciter Ista salubriter
Et si illa in hoc priuilegiata
est quia no potest sicut ista defi
cere neque ultra sponsum amit
tere. habet et ista quod illa no
habet quia potest nunc proficere et
dilectum amplius possidere. Cuius
autem estimacione sufficiat quanta vti
litas et consolacio ecclesie sancte
proueniat dum tantum bonum
sibi de celo ei mittitur et per fidelem
ministrum presentatur. Putas eciam quante
dulcedinis et iocunditatis est tante
rei sacramentum vos confitere habere
pre oculis tractare manibus ore
sumere et aliis ministrare etiam
est mi tam dilectos sponsum et
sponsam paranimphum amoris
et mediatorem existere gratum
omnium Vota sponse quibus
dilecti sui presenciam vehementer
affectat sponso deferre suum et
referre et mox reportare sponse
plena sponsi gracia quilla pa
ratus est ei desiderium cordis
eius tribuere exhibere presenciam
et venire omnino ministro committere
vt ipsum sponsum sponse presentet
Nunquid potest sponsa non amare tam
vtile sibi ministerium qui eam sponso
cordialiter recommendat. Aut
quo sponsus no diligeret eum
in tam grato in tam amabili
seruicio occupatum multum ne
cesse diligi cui tam secreta
tam nobilia committuntur. Vt autem
agnoscas quanta sit ad talem mi
nisterium beniuolencia vtriusque ecce
sponsus tribuit et sponsa committit
ac vicem suam committit vt ma
gnum illud bonum quod sponse tuis
mittitur ipse primo percipiat
et ipso fruatur qui tanto pla
ceret amplius quanto dulcius
frueretur et aliud no minus
alicui quod ex eadem radice consur
git quibus est cum que no mul
to delectare debeat occasione
plebe deuotis affectibus suspiriis
et compunccionibus et sanctis si
delibus ad deum et tantas oble
ctaciones spirituales quas habuit

Misse astando corpus cristi
venerent adorando et memo
ria agendo sue sctissime pas
sionis maxime tum myster
orum sperare possit et debeat
ipsi fideles devociores quia eo mi
strante percipiunt non nichil
in eum saltem optando resid
dat Sed si non sufficiunt motiva
allicies accedit quasi cogens
nomine timeris sacerdotibus
commissum est tanti mysterii of
ficium ut illud offerat pro vivis
et mortuis et in memoriam
dominice passionis dicente do
mino hoc facite in mea comme
moracionem et si officium eorum necce
est vel utile sancte matri ecclesie
cur illud volunt ei subtrahere
et negligere sine causa xpistus ipse eos
elegit et tanta contulit digni
tate si non reputant illud necces
vel utile cur assumere volunt
Nomine eciam hii conducti videntur
per xpi fideles qui ad hec sacer
dotibus viteque stipendia contulerunt
et beneficia ut ab aliis magis
liberi pro ipsorum salute hoc ac
ceptabile sacrificium offerant
Alie enim oraciones eorum non pos
et alii minus valent oracionem
sed devotorum simplicium nisi ingin
gerunt officium ecclesie et rep
sentant personam et quod me
lius pro benefactoribus ora
toribus et amicis satisfacere
aut quid gracius exhibere eis
aut pro ipsorum vel propriis pec
catis sacrificium maius possit
afferre Hec sunt que non solum
utilitate inducere si necesse quasi
ad frequentem celebracionem
compellere eos videtur presertim
cum periculum sit in mora et defa
tiliter infirmitas irregularitas
aut alius defectus vel impedi
mentum posset incurrere
Ita quod dum non aut forte magis
celebrare contingat R Consci
In actu quemcumque presbiteros quod
est ex parte officii vel beneficii
celebrandi esse suasisti Racio

Constat ergo quod presbiter tota dilige
ncia tenetur ut celebret nec abstine
nisi causam habeat abstrahentem Con
non solum non video quid illud ne
gem si ultra modum mirari ma
gis quod presbiteri talia non adtendunt
quod multi et ex minimis causis
missas obmittunt attendunt tam
difficulter et levissime se retra
hunt vel impediri permittunt
Racio Non miror movens
hec tam eciam movens contra te ipsum
non tamen hec te huius officii cura an
gariat quid cause ut videtur abste
nendum Con Adverto eciam me
causas velles hic retrahentes
enim ego a te magis cupiam indu
centes audire dicimus ne pro
terve et conducta iudicare et non
sunt iustar Respondeo circuit
racio tua ad eum qui presbiter non e
nulla esse videtur sic eciam eum presbite
rum qui non presbiteros vel laicos
eque indispositus est nulla efficaciam
ciam hic probatur celebrare
enim quibus misse sacrum ecclesie profi
cuum et ut tamquam sacerdoti commis
sum fit ego tamen tale indisposici
onem huius xpistus qua laicos non ex
pedire contemplare ne licite possu
nt debeo eo quod sacerdos sum
accede Sacerdocium enim auctoritatem
celebrandi tribuit non sanctitate
Sacerdos quod peccator et eo celebra
ndum minus dignus et si coram
hominibus celebrare permittitur coram
deo tamen illud agere strictissime
prohibetur et si facit iudicium sibi
manducat et bibit Absit igitur
Absit igitur ut ad dampnacionis
mee periculo aliorum saluti provideam
enim nichil prodest homini si universum
mundum lucretur anime vero
sue detrimentum paciatur nisi
ergo probaveris quod michi ut cristi
ano communicare conveniat ce
lebrandi esse racionem officii non
convincis Racio Satis augetis
michi laborem Con Tu me
provocasti Racio Placet tibi quod
testem Con Nequaquam si magis
at vehementer placet audire si
tam magna et dulcia habet
incitamenta non presbiter ...

Pro presbiteris adduxisti que si talia
fuerint redargutam me fatebor
et victam Ratio Non potest esse equale
quia omnia que mouere possunt
intellectum Christianum etiam presbiteris
conueniunt sed ultra hoc habent aliquid
dignitatis sacerdotum Bene autem
de tibi sufficit si paruam et maxi
ma motiua que presbiter habet et quilibet
Christianus vel sufficiencia mo
tiua et forciora pro ista parte
quam pro alia Consciencia Bene contentabor
Consciencia Credo in hoc sacramen
to panem celestem dari continentem
in se omne delectamentum et omnem
suauitatem saporis Consciencia Quis de
hoc dubitat nisi incredulus cum
de hoc sacra scriptura dicat Ratio
Desideras ne percipere illam delecta
cionem et gustare dulcedinem
Consciencia Nescio cur de hoc queris
nisi ludendo Ratio Minime lu
do Cum enim sim in tali ma
teria quid scire possum sim respon
siones tuas. Probes an habeas moti
va que te retrahat a tanto gu
stu dulcedinis Consciencia Cur occulte
me subsannando redarguis sic ne
a proposito meo distrahamur ad
alia queso te de hoc non queras
Nam quamuis pectus meis ab hac
dulci consolacione secludar spe
tamen est quam summe desidero
quam in omnibus studiis exercicys
meis quero et obtinere laboro
Ratio Iuste moueris et bonum
est desiderium sicut mirandum
esset si hoc desiderium non haberes
sic non minus mirabile videtur
cum tale desiderium non habens
a sumpcione illius sacri te remo
ues in quo scis aut credis illam
suauitatem quam desideras veris
sime contineri Cum enim non
minus iudicatur si quis vinum
vehementer appeteret et vas nol
let tangere in quo esset Consciencia
Primo concluderes si solum hic
vel melius quam alibi hauriri
illa dulcedo Nunc autem

Aut quocies alys exerciciis
et per alia media melius vi
detur posse hauriri illa dul
cedo utpote in secreta oracione
quam in celebracione solemni na
tiuitatis quando frequencius in angulo
plus deuocionis et consolacionis
recipimus quam presbiter celebrans
in altari Ratio Licet presbiter
celebrans aliquando distraccionem
habeat ceteris tamen paribus
esse non potest quin magis pro
motiuum ad deuocionem habeat per
alia media quam per istud presencia
enim corporis Christi sub hoc
sacro que ad excitandum deuo
cionem est ordinata summo est
promotiua et grauis negligencia
est impeditiua quando est exspec
[illegible] si ergo eque bene hic sicut
alibi posset illa dulcedo perci
pi Cur alibi et non hic Con
sciencia Questio tua magis hic quam
alibi eque [illegible] cur magis
hic sit querenda Ratio Quia
hic est fons tocius dulcoris
et gracie hec gracia que in fon
te suo bibitur ymmo fons ipse
percipitur et inde sumitur ac totalis
bonorum plenitudo nichil autem
racionis habet riuum querere et fon
tem deserere dum potest habere esto
igitur quod alibi tam bene possit
haberi quod queritur melius tamen
iocundius et securius est ab
arbore summere et fructum quam fru
ctum solum habere Consciencia Quod quam mul
ti hunc fontem suscipiunt qui de
eius dulcedine nichil sciunt
fons ergo dici potest et in veritate
est non tamen ut licet est patens
sed signatus est sicut scriptum est
Ortus conclusus fons signatus
Ratio Ita est ut dicis de
hiis qui ad exteriora effusi ad
intra respiciunt quos similes
eis dixerim qui nucleum naturaliter
dulcem summere volentes dum non
comminuunt sed summe cum testa
deglutiunt nec percipere possunt
latentis intra dulcedinis sa
porem et multo amplius in
gustu spirituali est ubi ipsa consi

deraco masticatos locum habet Ita q(uod)
sine ipsa sapidum nil est De illis
vero qui non considerat illud quod
tractat et sumunt non estimo q(uod)
loquar Consc(iencia) Immo et de
hys qui valde conantur ad ute(ndum)
et libentissime gustant nec pro hoc
peregrina testimonia querere ne-
cesse est. tu enim ipsa teste et me-
lius me nosti quociens ad hunc
fontem accessimus instabamus
et tota affectione conabamur in li-
tam reportavimus nisi cor durum
tepidum et triste In hys autem
nullam cognosco dulcedinem Tu
si aliud sapis edicito michi
Racio Non erat intencio-
nis mee probare dulcedinem cor-
dis esse tui sed sacramenti Ergo
dulcis et rectus est dominus ymmo
ipsa dulcedo quo potest sumi sine
dulcedine Consc(iencia) Sit quantumlibet
dulcis in se ego si dulcedinem
non percipio quid dulce esse michi
vel adesse dulcedinem iudicabo.
Racio Audis dicere te nunquam
sacramenti hominis percipere dul-
cedinem Consc(iencia) Confiteor ut veri-
tatem et ne ingrata iudicer non
nunquam me dulcem affectum ha-
buisse. ante vel post vel circa
ipsam sumpcionem qualem tamen
circa dum nulla esset sacramenti
memoria sensi nescio utrum illa
fuit suavitas sacramenti sicut
scriptum est Spiritus ubi vult spi-
rat et nescis unde veniat aut
quo vadat. Racio Non dubitas
omnem hominum veram dulcedinem
omnem devocionem aut virtutem
aut graciam a Christo capite nostro
fluere Cuius quidem corpus non
solum est res hic sub speciebus
contenta sed eciam sacramentum
Si igitur meditacionis oracionis
vel alterius pietatis exercicio alicui pre-
ter pro ipsius hominis dulcedo spiritualis
proveniat. multo magis et dulcior
dulcedo hominum tamen hoc sacramento
occupato proveniens cuius utilita-
te accessit Cum hic non solum
fiat opus per quod deus voluit
conferre graciam sed motum

Nectitur per quod homo excitatur
ad devocionem et prius sit omnis gracie
fons et dator et quantum ad se con-
paracionem cum sacramento ministrando vel
sumendo omnibus exerciciis prestancior
est intantum quod eciam si alicui non in-
digno daretur et nulla gracia habi-
tualis infunderetur adhuc esset
minus delectabile ut patet in Cristo
Cum sicut cum desiderio desideravit
hoc pascha manducare cum discipulis
sic sine dubio delectatur corporis sui sac-
ramentalis sumpcione nullam tamen
inde consecutus Certe enim iocundique
dulcius delectabilius potest esse quam ha-
bere personaliter et corporaliter do-
minum Ihesum Cristum Dominum utique
excellentissimum et tocius spiritualis de-
lectacionis obiectum seu materiam cau-
sam efficientem et finem et hec dul-
cedo que huius sacramento singulariter
est et ei nunquam deest. in qua est
transcendunt omnia alia sacramenta
Hec enim est que sola actu desideri-
um humilitate ingerere compunctionem
inducere prebere fiduciam spem erigere
ad amorem inflammare infundere
gaudium excitare ad reverenciam
totam mentem liquefacere et oblecta-
re deus ac ad affectus dulcissimos
provocare. Per hec enim in nobis
excitanda tanti boni presencia indul-
ta est. nec quantum ad hoc obstat indi-
gnitas cuiuscumque quia quanto indignior
est tanto maior fit sibi gracia et
tanto magis movere deus debet. enim
aliquam causam credendum est deum
manifeste hominibus indignis tan-
tam exhibere pietate corporalem
videlicet presenciam Ihesu Cristi nisi
ad confundendum et vincendum eorum
pravitatem sua tam largissima
pietate ut eam advertentes eru-
bescant revereantur ac revertantur
Consciencia Si ad racionem attendi-
mus verius dicere possum cum tanti bo-
nus presenciam esse dulcissimam Sed
si me ipsam et exigenciam considero
nescio quid loquar nisi quod super-
mirabile et miserabile esse videtur
Cum tante dulcedinis presenciam
cordi meo nedum nil delectacionis
conferre sencio sed nec amaritudi-
nem et duriciam et insulsitatem eius
in aliquo minui vel tolli percipio

Ratio

Et quid si alij reddit magis amarum
Consciencia Cogitabam bene et hoc
est quod magis me monet quia enim
inde amaritudine recipis vnde
aliqui solet et omnes communiter hauri
re dulcedine non solum non habeo
graciam accedendi sed magis ut videre
tur abstinendi motiuum ratio
Gaudeo me non penitus laborasse
in vacuum qui in hac collacione tota
saltem hanc a te non celebrandi
racionem extorsi Ex hac racione
multos irracionabiliter moueri existimo quod
non nunquam excellacione uel pigricia di
cunt se non habere graciam quibus eciam
euidentissime responderi potest verbo be
ati Bernardi dicentis in quodam ser-
mone Omnes causamur nobis deesse
graciam sed iusticius forsan ipsa conqueritur
gratia sibi deesse nonnullos Consciencia
Debet quis sine gracia ad tantum sa
cramentum accedere ratio Quid intel
ligis per graciam Consciencia Inspiracionem
dei et mentis affectum ratio Habes ne
inspiracionis diuine noticiam ut intel
ligas quod tibi deus communicandum
esse inspirat Consciencia Non aliam
nisi quod quando sencio me dulciter
vel ardenter affici Credo hoc opus
esse diuine inspiracionis non enim
puto quod dyabolus hoc immittit
Ratio Etiam sis certa Si ergo hoc
cognosceres eciam tibi deus inspiraret
non tamen debes expectare donec tibi
dominus daret hoc signum Vbi enim
secundum scripturam et racionem habetur
quid agendum sit ibi signum expe
ctare generacionis peruerse est et
deum temptare Credito mihi igitur
expectanda est inspiracio vbi signum
tam fallax habetur et nulla penitus
certitudo Cum enim certum sit dyabolo
eciam irreuerencia dei delectari quis du
bitet quin sepe quos scit indignos
instiget ad communionem quatenus
et deum inhonorent et iudicium sibi
manducent et bibent Non credis
quod Iudas inspirante deo receperit
corpus Cristi Consciencia Minime
credo hoc sed verbis tuis sic me ponis
in dubium quod penitus ignoro quid
dicam aut quid eligam Hactenus
enim hunc pro signo percipio ut ac
cederem quando in me sensi aliquid
desiderij vel feruoris et quando illud
in me reperi abstinerem Racio
non

Racio Hoc non iam uidere intendo
destruere naturale erudicionis desiderium
quid in hoc utilitatis sit uel erro
ris latet Consciencia Aliud est habere
desiderium aliud sensibilem desi
derij percepcionem habere Sine de
siderio nemo debet accedere Cum
autem Cristianus sit viuens dedicat
ut ipse mereatur accipere magnum
debet esse sine desiderio corpus Christi
sumendi quando et quociens reue
renter potest et crediderit ex
pedire et in hoc multi errant qui
solent sibi prefigere non nisi tociens
in anno vel in septimana cele
brare sed hoc est ponere obicem gracie
et animacionem dei et sibi tempus
miseracionum domini in sua potestate
constituere Ita quod eciam si deus
vellet venire per graciam ipsi sunt
determinati ad contrarium Cum
magis dignum esset et iustum ut
sicut oculi in manibus dominorum
suorum Ita ipse eciam essent oculi ad
dominum habentes ad hoc diligen
tissimum respectum ut quandocumque
esset tempus beneplaciti domini
ut tunc quando in nobis esset
essemus dispositi et parati Vnusquisque
autem hanc disposicionem in se uidi
cat uoluit ex sensibili cordis com
punccione perfusione lacrimarum
feruore mentis et similibus sen
tiens Ita quod tunc credit se di
spositum quando aliquid sentit talium
et quando non percipit se indispositum
incaute valde ambulat et se
pissime decipitur Multociens enim
qui nichil talium habent sunt in ma
gno statu gracie et qui habent
sunt omnino extra graciam
gratum facientem ratio
Vellem declaracionem huius habere
Consciencia Primum sic accipe Sepe
contingit hominem ab huiusmodi fer
uentibus affectibus impediri sine
omni culpa sua ymmo ad maius
meritum non enim possunt conuenien
ter homines confecti senio la
guentes corpore grauati ma
gnis curis et laboribus predica
do Confessiones audiendo Cu
ram infirmorum aut aliorum inda
genciam gerendo magnas in
oratione percipere uel expectare
dulcedines et quando ymmo ipsum esset

Hominem pro hiis operibus
remouis a sacrato pie tibi et illud
primae etiam sacramentali refe
ctione. Cum aliud ex obediencia
voluntaria cogitur aut ex cari
tate eligit propter salutem proximorum
a dulcedine orationis vel contem
plationis studio se abstrahere et la
boriosas tediosas et amaras oc
cupationes ad dei gloriam tolleret vel
cum tamen non potest se ad huiusmodi affe
ctus excitare. Racio Ego ipsa non cre
derem tales prohibendos quinimmo
si minus frequenter esse admitten
dos. Consciencia Et quare minus frequenter
Racio Eterna videntur utique minus
despicia Consciencia Dummodo quis non solum
tamen laboribus grauatus et curis
quam adhuc posset vacare huic offi
cio et hiis que ad hoc necessaria sunt
utpote discussioni proprie consciencie
confessioni ac orationibus
ex debito dicendis quamquam tunc
dicte exterioris vel interioris occu
pationis et laboris minus de
dulci affectu senciat non video
quia debeat abstinere cum
illa compleat ut premissum
est et presupponitur ad que deinde
teneretur. Et insuper operibus
piis intendit. que utique eum
ad gratiam dei magis disponunt
quam reddunt indignum. Racio
Ego intellexi et hactenus credi
di quod hoc sacramentum esset cum
deuotione sumendum. Consciencia
Sed quid putas esse deuotionem
Racio Non aliud nisi sicut
describi solet promptitudinem
animi et feruorem bone vo
luntatis ad deo fruendum quam
mens cohibere non valens certis
manifestat indiciis. Consciencia
Putas ne quod illa solum habeantur
et ostendantur in suspiriis et
lacrimis et non etiam in predica
tione confessionibus audiendis et
in aliis operibus misericordie
tam corporalibus quam spiritualibus
Racio Bene credo quod etiam
in hiis habeantur secundum ut co
muniter magis ac dulcius in
abstractione quam occupatione. Consciencia
Hoc consistit in gracia dei sed lig

Ut communiter contemplatiui ma
gis deuoti sunt et feruidi non propter
hoc actiuis neganda est omnino
Cum etiam unus contemplatiuorum
deuotior sit alio. nec tamen propter
hoc minus deuotus abstinere tenetur
maxime cum bonitas hominis
plus multo consistit in virtute
animi quam feruore. Consciencia
Non habeam quid opponam quando
talibus piis operibus vacantibus
presuppositis eis que premissa sunt
etiam frequenter possis accedere
licet etiam in se non notabilem dul
corem senciat vel feruorem. Racio
Et quid si quis nullis aliis curis
grauatus solum contemplationi
orationi diligenter vacet et ta
men parum aut nichil talium percipi
at. Consciencia Ego non reputarem
bonum signum. Racio Ita credas
quod multis suauitas illa ex magna
dei gratia negatur et ad magnum
bonum ipsorum. Consciencia Sepius re
peri et audiui et ideo negare non
audeo sed scio quod quidam homines ac
valde probati in vita dolent de sub
tractione huiusmodi gratie et etiam
periculosam sibi reputant et pena
lem. Racio Periculosa solet esse
temptatio carnis et penalis ma
xime homini spirituali. nichilominus
tamen ex speciali gratia et ad ma
gnum bonum suum fuit immissa ut
premissa apostolo. Consciencia Scriptura
testatur. quod dicis vellem autem
audire ad quid valeat homini cum
de qua loquimur gratie subtractio
Racio Valet quidem ad seruandam
humilitatem. Ut enim ait beatus Bernar
dus super Cantica sermone v°
Argumentum superbie priuatio est
gratie ad excutiendam quoque va
nam gloriam. Cum enim ex talibus gra
ciis sepe magna sumitur occasio
adeo quod qui tali semper consolatione
gauderet difficillime posset a
vanitate spiritus nam gloria
preseruari nisi refrenaretur per tem
ptationes. De paulo enim iam meminimus
legitur quod datus est ei stimulus car
nis ne eum magnitudo reuela
tionum extolleret vel per tribula
tiones exteriores quibus vix caruit

Aliquis sanctorum qui huiusmodi
dulcedinibus fovebatur nisi mater
virgo beatissima Et hec ideo fit quia
cognovimus non nisi virtute divini
auxilii et dono gracie superne no-
bis celestia sapiant et terrena vi-
lescant et deus bene posset per
graciam suam omnem difficultatem
ammovere et facere quod terrena nichil
saperent sed sola celestia sicut
hominibus solet contingere huiusmodi
dulcedine debriatis Sed tamen
sic vult pure supernaturaliter nobis-
cum agere sed eciam humano modo
salutem nostram operari Ne tem-
ptacionibus ocio sed eciam exercitemur
et quia adiutores dei sumus ut ait apostolus
Si enim talibus graciis deus semper
hominem visitaret et tunc hoc a su-
perbia et vana gloria preservaret divino
et non humano modo sciret agere
videretur Et nunc in nullo appa-
reret homini infirmitas Ut igitur
humano modo et non penitus
supernaturaliter agatur cum ho-
mine convenit aliquando dari dulcedi-
nem aliquando negari ut homo ex
illo graciam dei agnoscat et confi-
denciam accipiat Ex isto vero in-
securitatem defectum et infirmitatem
suam agnoscat vel si propter data
fuit opportunum est ut tempta-
cione vel tribulacione temperetur
gaudium Et mens hominis ne la-
sciviat refrenetur Valet quoque
huiusmodi subtractio gracie ut homini
timor incuciatur ne tam dele-
ctabili bono tam breviter quam in fu-
turo perducitur Ac eo ardencius
tendat ad eternam vitam ubi
semper habendum est atque ut per sic
dubitantes amplius mereamur
Plerique enim in hac simplicitate dotati
magis gustum et experienciam solent
inniti quam fidei Et quando alias
occupaciones et opera fugiunt
ac oracioni vel contemplacioni
vacant plus desiderio illius con-
solacionis quam pro gloria dei vel
acquisicione virtutum necnon ut tam
desiderabile bonum ferventius de-
sideremus gratancius acceptemus

Et cautius custodiamus acceptum
Non vult etenim dominus parum
perdi et vilescere dona sua Se-
cundum ut nos videntes quia pri-
vati illa gracia mox graves
sumus ad bona et pigri dispo-
nimus gracie et non nostris
viribus sed gracie dei ascribamus
quociens nos promptos et hila-
res in eius servicio reperimus
Ac per hoc timeamus iudicare
alios ex apparente eorum segnicie
sed magis compaciamur eis utpo-
te a gracia dei destitutis Postremo
sepe providet in hoc divina mi-
seracio indiscrecioni nostre ne
videlicet illam dulcedinem secta-
tes vires nostras ultra modum
et irracionabiliter consumamus
Consciencia Apprehendo racionem
minime quod dicis et gratanter
vellem accipere nec aliquando
propter hoc abstinere quando ex huius
causis non me sentire affectum
Sed quia timeo illud ex ira dei
et meis peccatis accidere Ideo se-
pius abstinuisse me recolo
Racio Timorem non reprobo
si tamen nimius vel curatus
non fuit Sed hoc tibi consensum
et persuasum videor non prop-
ter hoc abstinendum esse ex quo
non sensibiliter huiusmodi affectum
sentis Cum ex multis causis bonis
quibusque hominibus non donentur
Consciencia Non hoc quod oppo-
nam sed quid esset agendum
dum scirem aut crederem hos
affectus ex peccatis michi subtrahi
Racio Non de facili potes
hoc scire nec debes tale credul-
itatem tibi fingere nisi mota evi-
denti racione Siquis tamen
hoc sciret vel firmiter crederet
adhuc non oportet communionem
dimittere maxime si essent peccata
dudum preterita pro quibus et con-
fessio et contricio et satisfaccio
completa vel saltem esset re-
aliter incepta Non est enim
incredibile quin aliquibus propter peccata
deleta plene quo ad maculam
deus subtrahat graciam

Devocionis ingressum terre pro-
missionis negavit mors propter
peccata longe ante preterita In
quibus nequaquam constat nec
verisimile fidelissimum dei fa-
mulum tanto tempore sine di-
gno fructu penitencie sorduisse Si
nec creditur deus hoc facere
propter peccata recencia vel vetera
non dum emendata tunc
abstinendum esset non tam propter
gracie substraccionem quam sceleris
feditatem **Consciencia** Satis vos
ostensum esse eos qui huiusmodi af-
fectus non habent adextra non propter
hoc expertes gracie esse iudican-
dos **Racio** Videamus igitur
et de secundo sequens ergo ut qui
tales affectus notabiliter senciat
putas ne eum propter hoc magis
securum et ad sacramenti suscepti-
onem dispositum **Consciencia** Credo
quod quivis omnes ita senciant
et ego sepius ex hoc consolacionem
accepi **Racio** Seculis te vilissime
decepta ita quod cum compungebaris
ferviebas estuabas et peccata tua
plangebas Nec tamen remitte-
abas Nec etiam remittere vo-
lebas pompis et vanitatibus
mundi nec huiusmodi voluntatem
dimittendi peccata saltem mortali-
a aut occasiones immedia-
tas et media ad ea inducen-
tes et omnino sic vivebas quod
iam te vivere extra statum
gracie te esse putares **Consciencia**
Scio de me et de pluribus esse verum
quod non nunquam corde compungimur
lacrimas fundimus dulciter af-
ficimur ad orandum et tamen re-
tinentes aliena detinentes proximi
vel ad mundana inordinato
amore aut cupiditate ferven-
tes extra graciam dei sumus
et ideo mirabile videtur si tales
boni et tam suaves affectus
ex gracia dei sunt quod secum
compatiuntur peccata Quoniam autem un-
de veniat aut quare eciam devo-
tissimi eos pro magna gracia
recipiunt et ad eos obtinendos

Vehementer insistunt **Racio** Affe-
ctus huiusmodi aliquando veniunt preter gra-
ciam aut cum gracia sed non ex gra-
cia aliquando ex gracia et speciali dono dei spāli dono
Nam et gentiles in ritibus suis Iu-
dei in sacrificiis heretici in erroribus
suis nonnunquam lacrimas fundunt
et cordialiter afficiuntur quis du-
bitet preter graciam omnino tales venire
et qui cooperante dyabolo diu quasdam
dementatos vel deceptos creditur
ab infidelibus resuscitare mortuos
et aliud facere quod miraculosum
et divinum reputatur Cum
gracia veniunt non tamen semper
ex gracia dum quedam boni ma-
xime simplices moventur et pro-
moventur ad dulces affectus
ex cantu suavi et devoto vel or-
ganis Ex gracia vero sunt lacrime
sanctorum quorum exemplis scriptu-
ra est plena **Consciencia** Video quod in
tantum est credendum assiduis sentimen-
tis huiusmodi **Racio** Multum memini
tamen meum quedam in hispania natum
qui postquam inductus ad fidem non
inveniret se tantum affectum in
oracione nec sic abundanciam lacri-
mis ut antea dum adhuc esset
in errore consueverat cepit
temptari de fide qui primus in me-
liori statu et magis gratus deo
fuisset quam maiorem ut sibi vi-
debatur graciam deo sensit Simile
legitur in collacionibus patrum
de quodam sene decepto errore
antropomorfitarum tenencium
divinam naturam habere formam
corporalem ad cuius ymaginem
et similitudinem sit homo formatus
et quia ad illam conformam se con-
sueverat in oracione convertere
postquam fuisset informatus de
errore et iam nesciret quo aut
ad quid se in oracione converteret
exclamasse fertur Heu me mise-
rum abstulerunt michi deum
meum Sed adhuc de illis affectibus
qui pure ex dono gracie proveni-
unt necessaria est cautela quia
pluribus sunt errorum occasio non
tam data quam accepta **Consciencia**
Hoc mirabiliter sonat cum gracia

Auct. Bndi

Dei sit accepcionis occasio. Tercia quod
dixi quod tam nimis tibi videtur presumpci-
onis mee forte non crederes. Audi re-
cipe testimonium beati Bernardi in
epistola ad fratres de monte dei sic dicentis.
Non nunquam prius oracionis affectus et bona
illa affectionis suavitas non invenit
sed qui invenit tamen non petentem non
querentem non pulsantem et hii nescientem
gratia prevenit et tamquam generosiorum
suscipitur filiorum in mensa.
Tamen rudis adhuc et insipiens animus
in eum orandi assumitur affectum
qui proprius sanctis reddi solet
meritis perfectorum. Sed tamen sic agitur
ut michi in iudicium suum non liceat
nescire negligentis quid negligat
vel ut provocatus caritatis amore
in ea gratie ultro se offerentis ac-
cedat. In quo proch dolor plu-
rimi falluntur. Tercia cum pascun-
tur panibus filiorum iam se filios
esse arbitrantur et deficientes
unde proficere debeant ex visitante
gratia evanescunt. Conscientia
sua arbitrantes se aliquid esse cum
nichil sint et de bonis non emendant
et fiunt de quibus per psalmista dicitur: Inimici
domini mentiti sunt ei et erit
tempus eorum in secula. Et cibavit
eos ex adipe frumenti et de petra
melle saturavit eos. Pascuntur
enim aliquando a patre de preciosiore gre-
cia sua sicut ut affectant esse filii ipsi nec
gratiam abeuntes efficiuntur vani ut enim
abutantur etiam scripturis sanctis in
peccatis vel quapropter cum sint recedentes
ad eas post oracionem dicunt sibi illud
uxoris manue si dominus voluisset
nos occidere non suscepisset sacrifici-
um de manibus nostris. Concl. Ut au-
dio non tantum certitudinis et conso-
lacionis possent tales affectus sicut mul-
ti credunt cum pro eis abstinendis
toto conatu desudant. Racio. Quoniam
non adest testimonium conscientie que
est gloria nostra sicut ait apostolus

De affectu ad Sacramentum

tunc huiusmodi affectus de tanto consola-
tur peccatorem. Ex quo ex insitato huiusmodi
gratie hic homo signum evidens di-
vine bonitatis per quod deus solet ho-
mines ad amorem suum allicere et abs-
trahere et a delectacionibus huius
seculi et ad huiusmodi finem debet homo
et potest quilibet etiam peccator per ea pre-
cibus et desideriis toto labore.
Quamvis nec vellet ex hiis affecti-
bus reputare se gratum deo et ad
sacramenti suscepcionem minus indi-
gum vehementer erraret. Quia ma-
gis indignius fit si in istis ammo-
nentibus et promoventibus gratie
divine preparare se negligit. Cum
autem adest testimonium consciencie
et ea securitas que se potest habere
tunc certior fit homo de talibus
signis devocionis et verius
consolatur ac per ea ad augmen-
tum gratie promovetur. Unde ap-
prehendo melius esset insistere
interioribus signis gratie quam
istis corporalibus sentimentis.
Questio. Queso ut exprimas que
sunt illa. Racio. Frequens displi-
centia et detestacio peccati tam
proprii quam alieni zelus animarum
odium iniusticie humiliacio con-
tinua et infinita suspirium de-
siderium celestium promptitudo
ad carendum omnibus que in mun-
do sunt quantitudinis deus voluit
et sustinendi que supervenire
permiserit. Contemptus et fuga
vanitatum et mundanarum con-
solacionum vel si eis adesse con-
tingat non ex electione vel delibe-
racione complacencia mino-
rata. Hec et hiis similia nunquam
possunt esse consortantibus sine di-
vina dulcedine. Tercia sicut
ait Augustinus sexto musice nunquam
expugnatur amor temporalium
nisi aut suavitate superiorum
aut eternorum. Hec est reputan-
da parva dulcedo per quam
redduntur amara et vilescunt
omnia delectabilia huius mundi
et omnia penalia eius dulcia
sunt vel saltem levia et tolle-
rabilia. Hec est consolacio hec est
dulcedo qua homines habent spiritu-
aliter et quilibet secundum gradum
gracie sibi date. Licet autem
hec dulcedo spiritualis aliquando
sic effundatur quod mentem reddit
ferventem et hylarem ad spiritualia
et divina tediosam nec et odio-
sam ad queque alia et hic fit ali-
quale signum eius quantum ad tam

Continencia et refrenacio sum in
prosperis paciencia in adversis et con
stans equanimitas inter utraque
perseveranter quod voluntas ad bene
dum et placitum deo et submitte
dum se voluntati sue et alia que
supra dicta sunt certiora et effi
caciora sunt signa illius habitua
lis dulcedinis quam illa notabilis
et quasi rara eius effusio ac per
cepcio sensibilis. Vero in hac dulce
dine utpote necessaria instanter la
borandum est et precandum est sim
pliciter et sine aliqua condicio
ne. Pro illa autem actuali et actu
aliter perceptibili laborandum est
non tamen necessario sed per quodam
subsidio ad vincendum adver
sa facilius et delectabilia contemp
nendum et sub condicione hac qua
dam videlicet committendo hec vo
luntati divine dicendo Verumtamen non
sicut ego volo sed sicut tu pater.
Et siquidem data fuerit eius devota
gracia et actualis debet homo eam
suscipere et se in ea racionabi
liter exercere non tamen oculos ex
terendo per fletum vel vires alio
evacuando aut de tali dono
nimium confidendo vel exultando
sed trahat illud in spem vite eter
ne. Si vero negata fuerit a deo
vel quacumque accione impediatur ho
mo ideo mente decidat vel absorbe
atur tristicia dummodo nec actu nec
affectu nec voluntate nec dissimula
cione nimia et negligencia aver
sus sit ab illo desiderio spirituali
quod se habuisse fervidum alias cogno
scit ut si non desiderat tamen saltem
vellet saltem desideracione concupi
scat cum psalmo qui ait Con
cupivit desiderare iustificaciones
tuas. Sufficit enim non neglectis
illis operibus que si deus habi
tualis et radicata dulcedo tua
quasi summa capitalis que non tollitur
donec deus desipiat et sapiat
mundus. Si quid autem super ero
gatum fuerit pro lucro reputetur.
Consciencia Verumtamen libenter lucrum
super erogaciones quod tamen delecta
bile est sentire. Sed timeo quam tamen
sine negligencia mea negatur.

starem in ea quam capitalem dicis
gracia et dulcedine habituali con
tenta. racio Numquid ergo certum
sit omnino in hoc sacramento graciam
illo conferri si non sit defectus ex par
te suscipientis, racione sufficiente et similiter
urgente communicandi causa habes
etiam si sciret quod illa dulcedo sensibilis
numquam habenda esset in hac vita sicut
Beato Bernardo testante in sermone
de Tradicione domini multi tota
vita sua ad hoc tendunt et numquam
pertingunt. Consciencia Ita est ut dicis
experiendo sed nescio quomodo non contenta
tur homines nisi super erogetur
aliquid actualis dulcedinis. racio
Si ergo illam graciam cum tanto affectas
quomodo putas te ad illam magis pro
moveri abstinencia vel accessu. Consciencia
Non bene discerno inter ista. Nam
post abstinenciam vidi me quasi ma
gis quasi minus affectam. Item fre
quentando aliquando ferventior facta
sum. Sed nescio quod illorum ex qua causa
accidit. racio Quid boni potest absti
nencia a tanto bono conferre et cetera.
Consciencia Nescio quid boni auferat
nisi quod communiter reputantur rarius
communicantes magis affectu et reve
rencia accedere. Puto autem quod obstet
multi rarius celebrant causa gra
vis id est magne perpe. racio
Hoc non potest esse a sacramento de se cum
continuo est de esse sacramenti semper
est idem effectus. Consciencia Sic videtur.
racio Nec ex eo quod ceteris paribus
deus magis diligit rarius quam
frequencius accedentes. Consciencia
Non video cur magis eos diligeret.
racio Ergo nec ex generali vir
tute sacramenti nec ex speciali dei
munere vel gracia est opportunum
quod sit vel ex isto sumente vel ex cir
cumstancia accidente. Consciencia Ita oportet
sed vellem scire quo modo.
Naturale est quod raritas rebus
precium facit et plus trahit affectum.
Hinc homines in loca ad que de no
vo veniunt multum devocionis
habere videntur a qua tamen postea
modum temporis vel frequencia vi
sitandi tepescunt. Sic nonnulli qui
solempnitatibus tantum vel in pulsis
vernatibus aut in pertica multi

De abstinencia a sacramento

[S]itudinis putant se magis devotos alii vero qui ex hoc in multitudine sunt affectuosius moventur si venerint in locum solitarium et abstractum Consciencia Quid est sentiendum de huiusmodi affectibus Racio Non omnino refutandi sunt maxime incipientibus ut per hec assuescant in dei suavem delectacionem vetito in creaturis mente vel in corpore ut alleviacionem huius ad spiritualem iocunditatem promoveatur que difficulter habetur gravata natura Nam propter hoc sancita sunt etiam organis et pulcris ornamentis prestitum in festivitatibus uti consueverunt Creatis per hoc hominum animis excitare que etiam ut ait Augustinus in prologo super psalterio delectabilibus modulis cantilene vim doctrine sue promiscuit ut cum suavitate dulci sermonis pariter utilitas inseratur Nec debet ob hoc reprobari quia opus nature non gracie Gracia enim natura tanquam instrumento et in bene disposita melius operatur Licet autem licitum et concessum sit quod homo posset per talia nature succurrere ad erigendum mentem onere laboris aut tedii depressam vel ad sustentandum ne deprimatur multum tamen intendere vel immorari talibus periculosum est et in tantum maxime qui spirituales sunt vel fieri cupiunt Tum quia internam delectacionem impedit Cum enim foris est nescit quid intus agatur Sic senior filius de agro veniens ad gaudium convivii noluit fratris introire Tum quia sepe mentem obnubilat ut credatur esse devocio vel iocunditas spiritualis ubi plus est mundana complacencia carnalis delectacio vel curiositas intimi Tum eciam quia et si quandoque surgat ex hoc vera devocio per suffragia mendicata Ad propositum igitur dicendo Siquis tali nature vicio vel mentis infirmitate laboraret quod ut communiter ex frequentacione actuum veniret in tedium aut in

[S]olitis modis vel multitudine distraheretur animo aut loca aut ornamenta simplicia nimis vilescerent ei et sic errorem incurreret non inconsulte ageret si talibus casibus occurrentibus aliquociens abstineret verumtamen quia in hoc homo suspectum se debet habere de curiositatis vicio que novitate gaudet pulcris et novis vel male consuetudinis que facile inconsueta contempnit et horret eo indubitanter melius est ut conetur in se mortificare hanc infirmitatem colligendo mentem cum diligencius ad intra frequentando. et tractando abiecta et humilia et talibus exerciciis illa impedimenta removeat vel remittat quam quod intrat. in se vicium illud vel defectum abstinendo consenciendo illi inclinacioni naturali ne forte plus quam debent malicie quam infirmitati nature consenciat dyabolus enim vere consuetudinis vel nature vicia habentem in adiutorium recipit tamen ut nos ad mala provocet quam ut a bonis avertat Consciencia Si bene capio abstinere a communione nil prodesse quantum est de se sed si quandoque videtur prodesse hoc est valde peraccidens et per occasionem quia inoptinentem velle accedere si aliquo modo noceat

de abstinencia a sacramento

Racio Immo non ex abstinencia longa a cibo homo perdit appetitum edendi ita ut oporteat quandoque contra appetitum et cum horrore cibum sumere quatenus possit appetitum provocare Consciencia Ita scio esse in corporalibus Racio Plus est in spiritualibus quam in aliis Nam ut ait Gregorius in Omelia Corporales delicie cum non habentur grave in se desiderium accendunt cum vero habentur comedentem in fastidium per sacietatem vertuntur Sed econtra spirituales cum non habentur et fastidio sunt ad non habentur

desiderio et hoc est per sapientem
dicitur Item qui me edunt adhuc
esurient et qui me bibunt adhuc
sicient Igitur sicut hoc sacrame
ntum ordinate sumpti nisi obice
ponat auget desiderium spiritualium
Sic dum vel multum abstinendo
sapor interius perditur ut inde est
ut ait s. bernardus in suo libro
de amore dei etc. ante media
toris adventum omnes spiritus langue
bant propter abstinentiam gustus
spiritualis Item inde licet sapien
cia dei sit incarnata vel
ut ita dicam panificata ut ci
baret hominem aperiret sensus
Sic cristus post resurreccionem
fecit ut saporem redderet Item
quia sapor postquam perditus
fuit. propriissime per hoc sacra
mentum reformatur Item enim
sacramentorum reformacio noue le
gis efficiunt quod figurant Tercio est
quod per commemoracionem gustum refor
macionis et cordis palato possit
sapere. sicut corpus et sanguis
cristi que sola sub forma gu
stabili proponuntur Unde hugo
super prologum angelice ierarchie
sapiencia incarnata que se per invi
sibilia manifestat volens osten
dere Item ipsa amatoribus sit
et refeccio propterea carnem assu
tam nobis in edulium proposuit
ut per cibum carnis nos invi
taret ad gustum deitatis contra
Iuxta hec que predicta sunt elicio
quod sine preiudicio melius est commu
nicare quam abstinere racio
multiplicitur melius est tam ex
genere facti quia melius est per
se bonum quam per actus Tunc
aut communicare gratum est de se
non potest nocere sed semper prodesse si
suscipiens capax fuerit abstinere
non est bonum hoc utpote quedam
privacio nisi homo eligat ex vir
tute abstinere et tunc magis
eleccio abstinencie quam ipsa abstinen
cia est laudanda Item eciam

ex parte effectus Item duplex bonum
provenit simplicium maxime ubi omnia
includitur in duobus Primo vero
ita est quod accedens non indigne
recipit effectum sacramenti et habet
utilitatem ex opere operato et cum
hoc habet meritum ex opere operante vide
ex desiderio studio labore devocione
et reverencia quam exhibere conatur
Abstinens autem non habet meritum nisi de
devocione et reverencia vel aliqua bona eam
comittit Item melius est accedere
ex parte huius inclinantis et cause
moventis Item cum dubitat quia
amor dei fiducia de pietate eius
desiderium percipiendi gracie et dulce
dinis hinde memoria passionis
dominice et cetera que ad celebran
dum inclinat et movet meliora
multo sunt illis que solent a com
munione retrahere ut sunt timor
consciencie indignitas vite igno
rancia beneplaciti dei pusilla:
nimitas et alia huiusmodi Po
stremo volens accedere habet causam
et motivum accedendi disponendi
se per oraciones et alia extendi
se in bonis et cavendi a malis
tam ante sumpcionem quam post et
ad omnia illa habet adiutorium ex
virtute sacramenti Abstinens autem
licet quisque posset se ad bona con
vertere per hoc tamen quod abstinet
ad nil boni disponitur sed ut quandoque
magis indispositus redditur iuxta
illud poeticum Item qui non est hodie
die cras minus aptus erit contra
prioribus motivis consentire me
facit racio sed illud ultimum experi
encia me docuit racio Videbis
nunc ex hiis quid sequatur. contra
Tercio inferas racio quod cuicumque li
cet accedere et habenti oportunitatem
loci et temporis melius est frequenter
accedere quam raro ymmo quod numquam
debeat abstinere nisi habeat specialem
causam racionabiliter retrahentem contra
Ista conclusio videtur multis gravis
esse. racio Pro quo Item nullus racionabilis
est qui quocumque bono sibi vel viti
abstinere vellet quod comode posset
habere nisi videret per racionem
vel saltem verisimiliter indicaret
Item melius esset id non habere

Melius est frequenter accedere quam raro

Vel dimittere et quare non habet iudicium de tam salubri cibo et sa
cratissimo sacramento. Consciencia
Credo quod multi si hanc racionem adu
terent et quam bonum est ipsum sumere
vel habere negligunt carius absti
nerent. Racio Ita est sed quasi sub
dissimulacione transeunt non aduerte
tes ut in principio dixi quam parue
ymo nulle cause sunt ex quibus
obmittunt quia ex quadam consuetudine
pro nichilo reputant quod abstinent et
in hoc plerique uidentur habere
mensuram pondus et pondus
que sunt abhominacio apud deum.
Nam quando communicant reputant
et gaudent se bonum fecisse sed
quando abstinent pro nichilo ducunt
nec dolent se bonum obmisisse.
Consciencia Non habeo de conclu
